ctum est quod a passione domini usque ad de-
structionem urbis fluxit / ad quam subiun-
gitur ¶ Argentum tuum versum est in scoriam vi-
num tuum mixtum est aqua / Purgamenta
sordesque metallorum vocantur scoria quia
et rubigo potest appellari / Argentum ideo
nitor sacri eloquii est / quia eloquia domini
eloquia casta / argentum igne examina-
tum / et argentum electum lingua iusti /
Scoria autem traditiones phariseorum designat
Argentum ergo iherusalem versum est in scoriam quia sor-
dida interpretatione scribarum et phariseorum ob-
fuscata sunt / apud iudeos eloquia sa-
cra / vinum quoque spiritualis sensus divine scri-
pture est / quo mentes audiencium inebriantur
aqua ideo carnalis intelligencia eiusdem
scripture / sicut evangelium designat / ubi do-
minum aquam in vinum convertisse refert / Vinum
ergo iherusalem mixtum est aqua / quia sensus
scripturarum apud iudeos emollitus est
admixtione carnalis intelligencie Se-
quitur // Principes tui infideles socii furum
// Omnes diligunt munera sequuntur retribu-
ciones // Pupillo non iudicant / causa
vidue non ingreditur ad eos / Principes
tui infideles / quia nec deo nec hominum
fidem servant / Socii furum / quia et ipsi
cum sint et principes furtorum / Omnes
diligunt munera / quia repleti sunt ava-
ricia / Sequuntur retribuciones quia in macca-
beis recipere querunt / quibus aliquod bonum

tribuunt / Pupillo non iudicant / id est
populum illum in iudicio non sustentant / Et
causa vidue non ingreditur ad eos quia
non diligunt eam audire / nec ab iniuriis
defendere / quia non habet munera quod porrigat
Tales erant principes synagoge / quos
salvator in suis temporibus accusabat
Sequitur ¶ Propter hoc ait dominus exercituum
fortis israel ¶ Heu consolabor super ho-
stibus meis / et vindicabor de inimicis
meis / Vindicabit se dominus de inimicis
suis iudeis per romanos / Unde et dominum se
exercituum dicit / quia exercitus romanorum licet
nescientes ei servierunt / dum iudeos
ob necem eius puniret et exterminaret
vindicavit se de eis et postea occisi
sunt / quia penis infernalibus gehennalibus
eos tradidit / et in hac ultione similiter
sunt ei exercitus angelorum / fortemque
eum senserunt / quem in passione puta-
verunt infirmum / Iniquorum ultione se con-
solandum asserit / quia malis actibus eorum
contristabatur / Et tamen dicit Heu consolabor
ostendit se tamen noluisse consolationem
Unde et alibi loquitur / Nunquid voluntatis
mee est mors impii dicit dominus / et non
magis ut convertatur a viis suis et vivat
Invitus enim facit quod peccatores iusto
iudicio condempnat / qui omnes homines
vult salvos fieri / Denique quod adiungit
dicit / ad eam solummodo partem israhelitice
gentis / que per nova predicatione credi-
tura erat pertinet ¶ Et convertam
manum meam ad te / et excoquam ad
purum scoriam tuam / et auferam omne
stagnum tuum / et restituam iudices tu-
os ut fuerunt prius / et consiliarios tuos
sicut antiquitus ¶ Post hec vocaberis civi-
tas iusti / urbs fidelis / Manum suam
quippe convertit ad eam partem / quam re-
fectis in fidelibus signa et miracula po-
tentibus per eos qui crediderunt operatus
est ad illuminationem ceterorum / Illi autem
profecti predicaverunt ubique domino co-
operante et sermonem confirmante sequentibus signis / Et ex-
coxit ad purum scoriam eorum / quam ab-
lata rubigine veteris intelligencie
aperuit illis sensum ut intelligerent scri-
pturas / et abstulit omne stagnum eorum

quia tunc iudeys sancti paulatim ab
eis recessit. Stagnum quippe cum argen
ti colorem habeat, sed vile metallum
est. doctrinam phariseorum designat, que diui
nis eloquiis videbatur similis. Stagnum erat
doctrina eorum, de quibus scriptum est: Murmura
uerunt pharisei autem et heresi phariseorum qui
credebant diuites esse omnes iusticia eos
saluare esse seruare lege moysi. Sed
hoc stagnum abstulit dominus dicente petro
Quid temptatis imponere iugum super ceruicem
discipulorum, quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus. Et restituit iu
dices tuos ut fuerant prius, esse que
patriarchas et iudices prophetas antiquitus
habuerat, ut loco eorum apostolos et prophetas
atque doctores acciperet. Unde alias dicitur
est ei: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii
quorum est p ... Post hoc vocaberis ... Post hec nomina synagoga
iudeorum sed ciuitas iusti vo
cata est, i. ecclesia christi, de qua dicitur
quod iustus dominus in omnibus viis suis. De
urbs eius fidelis, quia fidem integram
regi suo seruat. Sequitur: Syon in iu
dicio redimetur, et reducent eam in iusti
cia. Syon que dicitur specula, plebs hebre
orum est, que christi prestolabatur aduentum.
Hanc enim ipse christus veniens suo san
guine redemit in illo iudicio districto
eius. De quo dicitur: Iudica me deus
et discerne causam meam. De quo non sancta ue
nit iudicium in mundum, nunc princeps hu
ius mundi eicietur foras. Et quoniam redemp
ta est, reduxerunt eam apostoli ad gratiam re
demptoris, et hic fecerunt in iusticia quia
iusti erat ut eis filiis implerentur
que fuerant patribus promissa. In hac iusti
cia petrus eam reducere satagebat
cum diceret: Vos estis filii prophetarum et testa
menti quod disposuit deus ad patres nostros
ad abraham dicens: Et in semine tuo
benedicentur omnes familie terre. Vobis
primum deus suscitans filium suum mi
sit eum benedicentem vobis, ut conuertat
se unusquisque a nequicia sua.
De illis non qui credere noluerunt sub
iunctum est: Et conteret scelestos et peccatores
simul. Scelesti namque in illi qui dominum
occiderunt et ceteri peccatores illius populi

in obsidione ierusalem, simul consumpti sunt
pestilentia et fame et gladio. Scele
stos enim vocat homicidas, de illis
quod qui relicto cuncta templo domini co
nsi sunt a ydola. Sequitur: Et qui
dereliquerunt dominum consumentur. Confu
dentur enim ab ydolis quibus sacrifica
uerunt. Nam et illi consumpti sunt gladio
babiloniorum et assiriorum, et confusi
sunt ab ydolis suis cum in tempore necessi
tatis iuuari nequierunt ab eis ad
quos uel oratione subditi. Et
erubescetis super hortis quos ele
geratis cum fueritis velut quercus
defluentibus foliis et velut ortus
absque aqua. Hortos elegerant ut
in eorum amenitate satisfacerent ydo
lis. Et super eis tunc erubuerunt, qui
facti sunt ut quercus ex qua decidunt
folia, et ut ortus qui non irrigatur
aqua. Quercus enim cum folia de
ponit, iam nec fructum habet nec fo
liorum viriditatem, et ortus sine aqua
nichil viride gignit, sed quicquid
in eo virebat marcescit. Sic et isti
per assyrios et chaldeos omnem prospe
ritatem pristinam, decoris et floris glorie
viroremque amiserunt, atque bonorum suorum
cum suorum perdiderunt, nec ad inuente
cum ferta et rapinam. Sequitur:
Et erit fortitudo vestra ut fauil
la stuppe, et opus vestrum quasi sci
ntilla. Et succendetur utrumque simul,
et non erit qui extinguat. Pugnan
tibus chaldeis et obsidentibus ierusalem,
fortitudo iudeorum contrita et arida
fuit ut fauilla stuppe, et opus
rebellionis eorum sicut scintilla
genuit ignem, quo ipsi cremarentur.
Nam si colla sua iugo chalde
orum subiecissent, non perirent.
Unde ieremias: Qui habitauerit in urbe
hac morietur gladio et
fame et peste. Qui autem egressus
fuerit et confugerit ad chaldeos qui
obsident vos, viuet, et erit ei
anima sua quasi spolium. Opus igitur
eorum instar scintille effecit et
ignem qui sic stuppam incendet

fortitudine eorum quia diu permanent
rent in infirmitate se defendent
sic offendunt chaldeos ultimam
merentur demenciam. Et illa
tribulacione sincesa est utrumque sit
et fortitudo et opus eorum nec fuit
qui extingueret ignem tribulacionis
illius sed dimitissime permissi sunt
ideo detorqui. Cessit autem ista
que discussimus retractare libet.
Quomodo inquit facta est meretrix civi-
tas fidelis plena iudicii. Iusticia
habitavit in ea, nunc autem homicide.
Civitas fidelis est ecclesia que
xpo regi sua fide servat. Et ipsa
eciam fuit plena iudicii, omnia
recte diiudicans, et equa lance
queque pensans. Spiritualis enim iu-
dicat omnia. Quomodo sed ecclesia non
tota quidem facta est aut fiet um-
quam meretrix, sed quia per iniquitatem
mundi tamquam zizania et palearum
habundat multitudine, ut vix quis
quia ecclesia iustorum appareat, merito
propheta quiaeritate multitudinis suis
corruptis et castitatem que in xpo
est amittere poterit, clamat in voce
doloris et admiracionis erumpit
dicens: Quomodo facta est civitas meretrix
fidelis plena iudicii. Meretrix non
facta est multitudo maxima populi huius
qui veritatis nobilem portat quia
legittimum virum id est xpm deserens
fornicatur cum suis amatoribus, divi-
narum voluntatem facere respuit
et in sordorum spiritu desideriis sese
involuptatibus et peccatis mollitus pro-
stituit. Nam et propheta cum ea di-
xit: Frontem meretricis que non infirmat.
Quomodo iusticia quondam habitat in ea,
cum mandatorum celestium observancie
plena esset, nunc autem habundat ho-
micidis, qui alios vel gladio
feriunt vel odio habent. Ita omnis
qui odit fratrem suum homicida
est. Et omnis homicida sine carita-
te est. Plebes ergo que iusticiam a se
expulit et homicidiis plena est
merito dicitur esse facta meretrix, quia
caritate sponsi qui xpus est de-
serviit et adulteris qui sunt demo-
nes ardenter adhesit. Sed et non
nulli sacerdotes qui eius mores
corrigere debent iam simul per
universitate sunt depravati, ut et
ipsi iniqua subiectorum imitantur. Unde
sequitur: Argentum tuum versum est in scori-
am, vinum tuum mixtum est aqua.
Plerumque enim doctor qui docere au-
det quia negligit agere, cum deserit bo-
na loqui que operari contempsit.
Docere incipit subiectos prava que
agit, ut iusto dei iudicio iam nec
lingua bona liceat qui fere bona
accioni renuisset. Quibus cum tenaci re-
rum amori intendit, detentus rebus
que loquitur et locum terrenis que ad
fructum voluptatis teneat non ad
usum laboris. Argentum ergo predicacionis
huius versum est in scoriam. Sordide lo-
cucionis quia pro celestibus terrena, pro
spiritualibus carnalia predicacionis mala
loquitur. Vinum quoque eius quo ce-
teros inebriare possit mixtum est aqua
quia spiritualem sensum scripture secundum suo
sensu emollit, ut deficiat potius au-
dientes quam corrigat, nec eos igne ca-
ritatis inflamet, sed in sue insensibi-
litatis frigore torpentes remanere si-
nat. Vel potius plebi dicitur: argentum
tuum versum est in scoriam, vinum tuum mi-
xtum est aqua, quia iam raro quisque elo-
quia divina prophete dei sine admix-
tione loquitur mendaciorum, et eorum que ad
edificacionem non pertinet, neque non stu-
dent observare modum predicatores.
Hic quia ait petrus: Si quis loquitur
quasi sermones dei, et argentum plebis
huius dicitur argentum sacri eloquii quia
ipsa percipit a doctoribus. Hoc quo-
que quod subditur evidenter depingit mo-
res eorum quos nunc potencia se-
culari videmus. Principes tui infi-
deles et cetera. Infideles enim sunt
seculares isti principes quia iam fere
nemini fidem servant sed erga omnes
fraudulenter agunt. Quomodo et socii furum

quos tenent et ea eis diminuit quod
illi furantur. Omnes non solum accipi-
unt sed et diligunt munera quia non
amore iusticie sed cupiditate pecunie
consulunt subiectis et opitulantur. Na
scunt et tribuentes quia solummodo illis
bona faciunt a quibus retribuciones spe
rant. Quia electi miserende iubent
beneficiis cum audiunt: Si benefeceritis
hiis qui vobis benefaciunt que vo
bis est gratia. Et quidem et peccatores hoc
faciunt. Et si mutuum dederitis hiis
a quibus speratis recipere que vobis est
gratia. Nam et peccatores peccatoribus fene
rantur ut recipiant equalia. Hec est
sequi retribuciones. Porro isti prin
cipes pupillo non iudicant et causa
vidue non ingreditur ad eos quia diuin
primis cuncta faciunt in nocencias
pauperum defendere negligunt in quibus
eterna lucra non sperant acquirere.
Propter hoc autem ait dominus exercituum
fortis israel. Heu consolabor super
hostibus meis et vindicabor de in
imicis meis. Quasi non malis ac
tibus istorum irritatur videam quid fiet
de illis cum de eis iudicabitur. Unde
et dominus exercituum appellatur quia vin-
dictam pangentes exercet. Fortis quoque
israel dicitur quia fortis potencia sal
vabit humiles qui nunc affliguntur
et dampnabit potentes qui eis non
auxiliantur. Exiguo enim ut scriptum
est conceditur misericordia. Potentes autem po
tenter tormenta pacientur et fortioribus
fortior instat cruciatus. Hostes et in
imici eius sunt presertim principes propter
mala que descripsit eos facere. Cru
delibus iudicium dampnacionis ut scriptum
est imminet. Et hec mala que de
scripsit hactenus et que in hoc vano populo
multiplicari cottidie cernimus per ec
clesiam corrigentur ut credimus quia
salvator in evangelio dicit Helias
venturus est et restituet omnia. Un
de hic subiungit. Et convertam manum
meam ad te et excoquam ad purum sco

riam tuam et cetera. Quasi dixisset non prius ab
hac plebe que nunc tot mala operatur
manum castigacionis sive [illegible]. Sed cum
venerit Helias et restituet omnia con
vertet ad eam rursus manum suam ut
sicut fit olim mirabiliter operetur. Et
perfectam igitur excoquam ad purum
scoriam tuam id est purgabo rubiginem scela
rum in malignitate desperatorum et auferam
omne stagnum tuum id est consilium falsi
dogmatis habitus. Helias non restitu
et omnia. Et restituam iudices tuos
ut fuerunt prius et consiliarios tuos sicut
antiquitus ut quia in principio apostolos
christi in fine sicut Helias apostolus He
liam et Enoch, alios quoque doctores egre
gios non inferiores hiis qui fuerunt pri
apostolos. Post hec in prophecia. Post hec vocaberis de
cetero vocaberis civitas iusti et urbs
fidelis. Quam nunc aut accusare esse fra
ctam? Facta est meretrix sic [illegible]
ingens multitudo populi huius quia semper
diabolo prostituit in voluptatibus. Sed
prophetiam Helias qui restituet omnia
reduxit eam ad castum amorem le
gittimi viri non iam meretrix vocabitur
sed civitas iusti id est plebs dei. Frequens de
inde veniet dies iudicii. Quoniam sub
iungit Syon in iudicio redimetur et con
Syon namque in extrema iniquitatum redimetur
ab suis miseriis in illo iudicio. De quo
redempcione dicit ipse salvator: Respi
cite et levate capita vestra quoniam appro
pinquat redempcio vestra. Et reducent
eam angeli in iusticia quod mittet
filius hominis angelos suos cum tu
ba et voce magna et congregabunt e
lectos suos eius a quatuor ventis.
Et tunc conteret simul scelestos id est infi
deles eorum et alios peccatores et qui
ab antiquo seducti dereliquerunt deum
consumentur eternalibus suppliciis. Confu
dentur in ydolis quibus sacrifica
verunt ydolis sacrificassent quia
iuxta fidem apostoli iohannis adora
verunt draconem qui dedit potestatem be
stie et adoraverunt bestiam et ymaginem
eius aut habent caracterem eius in

cm xxo

dextra manu et in frontibus suis aut
nomen eius aut numerum nominis eius.
Talibus ydolis sacrificaverunt nequissi
mas actiones suas quibus abstinens
confident et advenienti iudicio. Sequitur
Cum erubescetis super hortis quos elegera
tis, cum fueritis velut quercus deflu
entibus foliis, et velut ortus absque
aqua. Hortos eligit quisquis se ex
terioris visitationis voluptatibus tradit.
Hortos elegerunt qui sicut scribitur in li
bro sapientie dicunt: Venite et fruamur
bonis que sunt, et utamur creatura tam
quam in iuventute celeriter. Vino precio
so et unguentis nos impleamus, et non
preteriat nos flos temporis. Coronemus nos
rosis antequam marcescant. Nullum pra
tum sit quod non pertranseat luxuria nostra.
Nemo sit exsors luxurie nostre. Ubi
que relinquamus signa letitie, quoniam
hec est pars nostra et hec est sors nostra. Et
te quoque elegerunt amenitates hor
torum, et quod est hortos eligere. Super
hijs igitur erubescent cum in fine ex
pleri stabunt ante tribunal eterni iu
dicis. Et namque erunt ut quercus ex
qua defluunt folia, quia nullum in
presenti delectationis fructum habebunt,
et omne prorsus decorem amittentes
nudi remanebunt et aridi atque
adhibunt ydonei. Erunt et sicut
horti absque aqua, cum sol iusti
tie apparens in iudicio urebit illos
et omnem humorem ac viriditatem eorum
exsiccabit. Unde Jacobus: Exortus est enim
sol cum ardore et arefecit fenum, et
flos eius decidit, et decor vultus
eius deperiit. Et addidit: Ita et
dives in itineribus suis marcescet.
Sequitur: Et erit fortitudo vestra ut
favilla stuppe, et opus vestrum quasi scin
tilla. Et succendetur utrumque simul
et non erit qui extinguat. Impiorum
fortitudo qui confidunt in virtute sua
et potentie humane concupiscentiis tot la
bores fortiter tolerant, erunt in consum
matione consumpta et arida, et adequate
mandam [illegible] ut favilla stuppe

unde et alias dictum est: Stuppa collecta
synagoga peccantium et consummatio
illorum flamma ignis. Et opus illorum
quasi scintilla erit, quia incipiet eos incen
dere recordatio malorum que fecerunt,
quando scriptum est: veniet in cogitatione
peccatorum suorum timidi, et traducent
illos ex adverso iniquitates ipsorum.
Et sicut scintilla mittitur in stuppis
et incendit eas, sic peccatorum suorum me
moria fiet ipsis initium perpetue
concremationis. Et postquam audierint:
Discedite a me maledicti in ignem
eternum, succendetur utrumque simul in
gehenna, et ipsi scilicet et opus eorum. Et
enim ipse finis est cum illo qui fecit tor
menta patietur, sicut viri sapientes lo
quuntur. Et non erit qui extinguat,
quia vermis eorum non morietur et ignis
eorum non extinguetur.

Visio quod vidit Ysaias
filius Amos super Iudam
et Ierusalem. Nomini ordinis
Simone premittit nomen
titulum, ut ea que scivit distinguat
a superioribus. Cum se verba nequaquam
audisse dicat, sed vidisse, quia qui non
per subiecta creatura, sed per semetipsum
Dominus loquitur, de verbo eius sine verbis
ac sillabis cor audientis docet. Deo
enim quodam nobis verba dicere est occul
te ea que agenda sunt intimare
et cordis humanis ignaram non adhibito
strepitu exteriori sermone docere, re
pente de absconditis instruere. Nam
quia auditus ea que sunt ad se
non simul omnia dicta comprehendit, quippe
qui et causas per verba et particulatim
verba per sillabas percipit, visus autem
eo quo se dirigit totum subito et
simul apprehendit, de locutione ad nos
intrinsecus facta videtur potius quam
audire, quia Dominus semetipsam sine
mora sermonis insinuat, repenti
na luce mentis ignorantie tenebras
illustrat. Bene itaque propheta verba se
vidisse testatus est, qui in secreto
visionum celestium lucidissimo men
tis intuitu simul totum cognovit

quo non simul totum foras loqui po-
tuit. Vidit autem super iudam et ierusalem
quae vel synagoge vel ecclesie ve-
ntura erat divinitus agnovit. Iudas
namque primo iudeorum ac deinde xpia-
norum populus intelligitur et ierusalem primo
synagoga deinde etiam significat. pro-
pheta non quod videat narrare incipiens
subdit. Et erit in novissimis die-
bus preparatus mons domus domini in
vertice montium et elevabitur super colles
et cetera. quem deinde ait in capite dominus et
erit et non prius erit. Et namque est
copulativa coniunctio et semper quia non
coniungitur sermo subsequens nisi ser-
moni precedenti. Hoc autem quomodo in
exordio narrationis suae loquitur
continuari superioribus dictis non po-
test quod perturbationis interpositione
representatur ab eis iterum aggreditur in-
choat dicens et erit cum non sit ser-
mo cui iste subiungatur. Et sic
in re facilem quod sit nobis corporalia sicut
prophetarum spiritus spiritualia aspiciunt
eis quod et illa sunt presentia que nostre
ignorantie absentia videntur. unde
fit ut inter prophetarum ita cuncta sit
exterioribus interiora quibus simul utraque
videant simul quod in eis fiat et intus
verbum quod audiunt et foris quod dicunt.
Patet igitur causa cur inchoavit dicens.
Et erit quod scilicet verbum quod foris protulit
illi verbo quod intus audierat coniunxit
continuavit itaque verba que foris
protulit visioni intime ideo in-
cepit dicens. Et erit in novissimis
diebus. Coniungit enim hoc quod exterius
loqui inchoat ac si et illud foris
sit quod intus videt. Dies autem no-
vissimos appellat tempus adventus
predicationis. Nos enim sumus in quos
fines seculorum devenerunt. Erit in no-
vissimis diebus preparatus mons do-
mus domini in vertice montium. domus
domini israelitis populus fuit. Mons
ergo domus domini ille appellatus
est qui ex ipso populo incarnari
dignatus est. Fuerit autem in eorum

populus salvator qui montes nostre
vocatur. quia paulatim nostri ad
celestia propinquabat. Et incarna-
tus unigenitus istis montibus equa-
lis non fuit quia nostra omni ex
sua divinitate transcendit. Unde et
recte mons super verticem montium
dicitur quia ex divinitate sua in-
mentibus est etiam super culmina sanc-
torum ut qui nostri in deo presenti
eius vestigia vix potuissent tan-
gere ex vertice cogitationis. Ita
quod preparatus est in vertice montium
quia inter homines apparuit
super omnes prophetas et apostolos celsi-
tudine. Et elevatus est super col-
les quod designat et alios homi-
nes discipulos qui sublimes
quidem sunt sed tamen apostolis inferiores
ut montibus colles. Ipse enim super
eos qui fide susceperunt elevatur
omnes quamvis excellentes sancti qui apostolis
secuti sunt in comparatione eorum colles
vocari possunt. Sequitur. Et fluent
ad eum omnes gentes et ibunt populi
multi et dicent venite ascendamus
ad montem domini et ad domum dei ia-
cob et docebit nos vias suas et
ambulabimus in semitis eius.
Quia predictos montes et colles to-
tius orbis ad xpm convertendus erat
recte subiunctum est et fluent ad eum
omnes gentes et ibunt populi multi
Quia non paulum eorum qui con-
veniebant sese invicem ad conver-
sionem exortabantur. Quorum dictum
esse memorati sunt. Venite ascen-
damus ad montem domini et ad domum
dei iacob id est ad xpm et ad ecclesiam
et docebit nos vias suas. via au-
tem eius pax via eius humilitas via
eius patientia est. Nam in mundum ad
obprobria et ad contumelias ad
passionem venit et adversa equanimi-
ter pertulit prospera fortiter vita-
vit et ad eterne vite premia invita-
vit. Has ergo vias docuit eos
qui post ad fidem venerunt ut se-

queriuntur vestigia eius. Verum quia dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Et vide-
mus iste gentibus esse futurus ut ad
verbum quod efficeret submittendi est. Quia
de syon exibit lex et verbum domini de
ierusalem lex vetus moysi et verbum predicatio-
nis ewangelii quod per apostolos in univer-
sum mundum orbem exivit et omnes
gentes vias suas docuit. Sequitur
Et iudicabit gentes et arguet po-
pulos multos. Iudicabit gentes
sermo domini quod maliciam eorum ut ad
bonum converterent dampnavit
atque populos infidelitatis eorum ar-
guit ut resipiscerent. Vel ideo gentes
dicit iudicandas quod credituri erant
qui enim non credit iam iudicatus
est. Populos autem id est iudeos non iudi-
candos sed arguendos quia ad se
missum filium dei non receperunt. Sequitur
Et conflabunt gladios suos in vo-
meres et lanceas suas in falces.
Hoc mentis cuiusque impleri qui
pro christo arma deserunt et religio-
sam vitam ducentes extollunt terram
ut ex iusto labore sibi victum ac-
quirat. Sequitur Non levabit
gens contra gentem gladium nec ex-
ercebuntur ultra ad prelium. Unitas
fidei et caritatis omnes gentes in
christo pacificavit ut nequaquam gens
contra gentem gladium arripiat.
Nam in istorum etiam que per omnes
gentes est gladium adversus quemquam
levare prohibetur cum audit a domino
Qui te percusserit in una maxilla
prebe ei et alteram et ab eo qui au-
fert tibi vestimentum etiam tunicam
noli prohibere. Omni autem petenti
te tribue et qui aufert que tua sunt
ne repetas. Gens ergo contra gentem
non levat gladium quod sic etiam in
cunctis gentibus hec precepta custodit.
Ista quippe sententia de electis specialiter (?)
prolata est qui digne ambulant
vocatione qua vocati sunt cum omni
humilitate et mansuetudine cum ani-

paga (?) supportantes se invicem in cari-
tate solliciti servare unitatem spiritus in vin-
culo pacis. Nam perversis qui nomine
christiano censentur (?) sicut videmus et pro temporalibus
discordias et pugnas faciunt im-
perat iacobus. Concupiscitis et non
habetis occiditis et zelatis et non habetis
adipisci. Litigatis et belligeratis. E-
lectorum autem etiam que de gentibus in
universis congregata est pugnare nescit
ad vitam perpetuam ordinavit salva-
tor dicens Ut omnes unum sint sicut
tu pater in me et ego in te ut ipsi in
nobis unum sint et mundus credat
quia tu me misisti. De quibus et psalmista ait
Pax multa diligentibus legem tuam et
non est illis scandalum. Bene itaque
vocatis ad fidem (?) gentibus dictum est quod
non levabit gens contra gentem gla-
dium nec exercebuntur ultra ad prelium.
Post hec iudaycam plebem ad fidei
gratie novitatem invitat subdendo
Domus iacob venite ambulemus
in lumine domini id est gressus boni
operis ponamus in luce evangelii.
Videns autem eos obstinatis ani-
mis in vetustate perseverare subiun-
xit conversus ad dominum. Tunc eos ad lu-
men venire monuerit indicat
dicens Proiecisti enim populum tuum do-
mus iacob id est gentem iudeorum ob
perfidiam expulisti et causam proiectio-
nis eorum adiungit dicens Quia
repleti sunt ut olim et augures
habuerunt ut philistim et pueris
alienis adheserunt. Repleti sunt
vel operibus ut olim patres eorum vel
iniquitatibus et ydolatrie sordibus re-
pleti sunt ut olim ante legem. Et
augures habuerunt ut gens phi-
listinorum sicut consueverat quia ma-
gos et ariolos consulebant sic et
gentes que notitiam dei non acce-
perant. Et pueris alienis adhese-
runt quia etiam alienigenas pueros
corrumpebat (?) ad committendum illud
abhominabile flagitium. Verum
divitiis intelligitur repleti ut exposuit.

11

quo repleti sunt ut olim cum sub
ditur. Repleta est terra argento et auro
et non est finis thesaurorum eius. Et
repleta est terra equis et innumerabiles
quadrige eius. Non est finis the
saurorum eius quia semper avarus eget
non quod quod thesauri sui non habeant
sed quod possident animum non reple
ant. Et innumerabiles quadrige eius
quia dignum non est quod contra dei
imperium possideat. Lex enim prohibu
it regibus israel equos et currus multi
plicare. Sed quemadmodum iniquitatibus
et ydolatria repleti sunt ut olim
ostendit sermo subiunctus quo dicitur
Et repleta est terra ydolis opus
manuum suarum adoraverunt quod fece
runt digiti eorum. Et incurvavit se
homo et humiliatus est vir. Ita sicut
olim in egipto serviebant ydolis
ita et nunc faciunt atque coram simu
lacris se incurvaverunt. Quia tamen non
ad adventum domini sed ad superiora
tempora referendum est quod cum salvator in
carne apparuit non colebant ydo
la sed antiquis temporibus ea coluerant
sicut et cetera que descripta sunt pre
cesserunt. Nam cum eos propheta dixis
set adeo proiectos cepit ostendere
mala que iam ipsi fecerant et opera quibus
dediti erant quod proiecti sunt ut ob
multa nimie perversitatis sue illos
declararet esse proiectos. Unde et post
descriptionem tantarum iniquitatum sub
iungit dominus dicens cui hactenus est lo
cutus. Ne ergo dimittas eis. Nam
sic prophetis ille offendit ut iam
remissionem peccatorum obtinere non possit
quem Christum qui solus captivos liberat
suscipere noluit. Impossibile est enim
sanguine hircorum et taurorum peccata au
ferri. Unde eis et ipse dominus ait. Dico
vobis quod moriemini in peccatis vestris.
Si enim non credideritis quia ego sum
moriemini in peccatis vestris. Possumus
autem domum iacob intelligere plebem
fidelium quia de Christo dictum est. Dabit
illi dominus deus sedem david patris
eius et regnabit in domo iacob in
eternum. In qua scilicet domo mali cum bo
nis permixti sunt et omnes eos vani
tatis vocabulo quidam appellant. Quia
autem nunc de domo iacob dicitur non
de iustis sed de hac multitudine permi:
xta que Christi nomine adhuc consistit
debemus intelligi quibus ante dicitur. Do
mus iacob venite et ambulemus
in lumine domini. Quia lux venit in mun
dum et dilexerunt homines magis te
nebras quam lucem. Omnis enim qui
male agit odit lucem et non venit
ad lucem ut non arguantur opera eius.
Qui autem facit veritatem venit ad
lucem ut manifestentur opera eius
quia in deo sunt facta. Dicat ergo peccantibus
Venite et ambulemus in lumine domini
ac si dicat. Abiciamus opera tene
brarum ut filii lucis ambulemus.
Fructus enim lucis est in omni bonitate
et iustitia et veritate. Ambulemus dicit
quia catholicus loquitur et ideo sanctos
eos ad bonum agendum hortatur. Sed quia
illi monitione eius sequi contemp
nentes permanent in tenebris operum ma
lorum perseverant deserit eos et ad
dominum quibus tribulationem mox [illegible]
ipsis profert. Proiecisti populum tuum
domum iacob. Quia repleti sunt ut
olim repleti sunt diviciis quas
avide congregaverunt et retinent sic
olim antequam ad Christum advenisset
et ideo proiecti sunt ab illo. Ipse enim
precipiens eos dicit. Omnis ex vobis
qui non renunciat omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Auguria
et alie cause per quas proiecit illos
Sicut augures habuerunt ut philis
tiim in mathematicos et divinos
consuluerunt sic et Christiani. Et pueris
alienis adheserunt in immundis spi
ritibus in perpetratione malorum velut
in fornicatione diabolo coniuncti
sunt. Unde ad ezechielem dominus ait
fornicata est super me [illegible] Oholla
et insanivit in amatores suos in
assyrios propinquantes principes et
magistratus iuvenes cupidinis

Ezechiel 23°

oms / oollam quippe vocat
samaria / Et quid samaria n
multitudo ista ptorum exprimit
Quid p amatores eius assyri
os nisi malignos spus / assyrij
namq; coarguentes siue quiuitte
tes interptant. Et demones vocat
assyrij qui quos in i malicia
sibi sociant i futuro iudicio ac
cusant z quiuincit / fornicata e
i oolla sup virz suu / z i sanuuit
quipia i amatores suos qui
plebs ista que xpo desposata
fuerat / madata xpi quitempnit
z desideria malignorz spuu libe
tissime facit Qui sut principes
z ingratus adusarie ptis / quia
no est nobis colluctacio adus
carne z sanguine sz adu sus pri
cipatus z potestates adu sus
mudi rectores tenebrarz harum / Qui
z iuuenes cupidinis appellant
qui ad animarz corruptionez
feruet / z du prauas delectaciones
suggerunt se ipos nesut specio
sos interiorib; oculis decepte me
tis ondut / Ipe em sathanas
transfigurat se i angelum lucis / Ita
q; malignos spus quos eze
chiel assyrios iuuenes cupidis
appellat / int ysaias pueros
alienos vocat / z q ibi dicit insa
nuuit i amatores suos / Hoc e
q ps dicat et pueris alienis ad
heserunt / Qz aut dicit reple
ti sut ut olym / Quit apit dns /
Repleta e tra argento z auro z
no e finis thesaurorz eius / Et
repleta e tra eius equis / z in
numerabiles quadrige eius / Et
manifestu e / quia pplus qui
talia sectat no querit celestia
No em potestis deo suire et
mamone i diuicijs Vbi z ma
nifeste subdit Et repleta e tra
eius ydolis / Nam quid ydo
lorz nomie designat / auarit

cia / apstus Et auaricia inquit que
e ydolorz suitus / Auaricia go po
puli huius iste pdictus opes pcuia
rias q gregat / z ce dicat quam re
pleta est tra eius ydolis. Sequit
Opus manuu suarz adora
uerut / qd fecerunt digiti eorz /
Opus manuu suarz adora
uerunt / quia malu qd quisq;
spualt opat / hoc q si ipsu dm
colit / sic edaces / quorz ds vent
est / Sequit Et i curuauit se ho
mo z humiliatus e vir ad suprna
luce intuenda / homo q dilig su
erat / sz ptis exigentib; foras
missus intus sue tenebras
ptat / supna no appetit / infi
mis intendit / celestia no desi
derat / trena spe i animo u sat
Incuruauit igit se homo z humili
atus e vir / Omnis n pctor tre
na cogitans celestia no querens
sponte i curuatus e / quia dum
desideria inferiora sequit / a mtis
sue rectitudine inclinat / Terra
quippe semp intuet qui cur
uatus e / z quo ptio sit deptus
no meminit / quia qua quit / pro
pt hoc omia subdit / Ne ergo
dimittas eis / dapnabilia em
sut commissa hic z hiis qui talia
sunt faciut / repente supueni
et dies ulcionis eterne / vu z se
Ingredere i petram / z absconde
fossa humo a facie timoris dni
z a gla maiestatis eius / petra
no duricia cordis nri designat /
petra quippe igredimur / cu cordis
nri duricia penetramq; atq; a fa
cie timoris dni fossa humo ab
scodimur / si trenas cogitaciones gentes
absita dispcticu iudicis / i humilitate
mtis nre celamur / Quo n tra
plus fodiendo penat eo pcaminu
semp inferius demgit / vnde et
nos si a nobis studiosius trenas

cogitaciones eciam que apud nos
absconditas. Similiter inveniemus. Ecce
enim quia diem iudicii dies iam iterum q
ipsa iam timor eius facies apparet
tanto magis nunc est ut omnibus quibus
illi terribiliter timeat quanto iam glorie
maiestatis eius appropinquat. Quid
ergo agendum est quo vel fugiendum.
Quo enim quis latere potest eum qui
ubique est. Et ecce petra ingredi ac
fossa humo occultari precipimur
ut ardoris iudicii districti dirumpere
contra invisibilem declinemus quo
ab amore visibilium apud nos in
corde subtrahimur ut ac prave co
gitacionibus tuta erat mens apud
se ipsam tanto tucius quanto et humilius
abscondatur. Postquam apud prophetam
consilium premisit quo quis abita
dia illius occultari posset de illis
iam qui sit ab ea se ipsos abscon
dere neglegunt adiungit. Oculi sub
limis hominis humiliati sunt et incurva
bitur altitudo virorum. Exaltabitur autem
dominus solus in die illa. Adhuc futurum
expectatur iudicium et iam quasi de preterito
dicatur oculi sublimis hominis humi
liati sunt. Et apud deum iam factum est
iudicium. Qui enim non credit iam iu
dicatus est. Licet ergo terrena potestate
sublimis adhuc foris appareat
quilibet impius iam tamen intus ante dei
oculos humiliatus est atque deiectus.
Vel quod ait oculi sublimis hominis
humiliati sunt potest intelligi dixisse
pro eo quod est humiliabuntur. Et iste sublimis
homo specialiter ille filius perdicionis
potest accipi qui adversatur et extollitur
supra omne quod dicitur deus aut quod
colitur quem dominus ihesus interficiet spiritu
oris sui et destruet illustracione ad
ventus sui. Et incurvabitur altitudo
virorum quia omnis qui se exaltat
humiliabitur. Exaltabitur autem dominus
solus in die illa quod tunc perfecte
complebitur quod dictum est omnia subiecisti
sub pedibus eius. Nunc autem nondum

dum videmus omnia subiecta ei. Pro
pheta vero quia dixit quod incurvabitur
altitudo virorum partes enumerando probat
adiungens. Quia dies domini exercituum
super omnem superbum et excelsum et super
omnem arrogantem et humiliabitur. Et
super omnes cedros libani sublimes
et erectas et super omnes quercus basan
et super omnes montes excelsos et super
omnes colles elevatos et super omnem
turrim excelsam et super omnem murum
munitum et super omnes naves thar
sis et super omne quod visu pulchrum est.
Dies inquit vindicte domini super
omnem superbum mente et excelsum
potencia, super omnem qui de ex
cellencia potestatis intumescit et super
omnem qui iactancia arrogancie
sectatur. Cedri vero tante sunt altitu
dinis ut omnes arborum et lignorum
altitudines sua proceritate transcendat.
Libanus autem candidacio dicitur. Et
quid per libanum nisi gloria huius seculi
exprimitur quid vero per cedros libani
sublimes et erectas nisi illi signi
ficantur qui in excellentissimis dignitatibus
positi, autem intus in superbia eri
guntur. Unde in psalmo est: Vidi impium super
exaltatum et elevatum sicut cedros
libani. Quercus autem et ylices et
robuste sunt arbores. Basan autem
bruitas sive pinguedo dicitur. Et quid
per bruitum qui pene totus est venter
nisi edacitas et ventris ingluvies
intelligi potest. Et pinguedo crassi
cies arborum habundancia nascitur. Quid
ergo quercus basan nisi eos designat
qui potenciam sectantur et ob sinatam
cordis elacionem gaudes et rigida sunt
atque pro omni ingluvie saginat
carnem. Merito igitur veniet dies ulti
onis super omnes cedros libani sub
limes et erectas et super omnes quercus
basan. Et per montes excelsos in
telligi possunt reges et imperatores super
bi atque per colles elevatos consules
terre et principes elati quibus illus

debita superveniet Quid vero
per turrim excelsam nisi quelibet
anima superbiens exprimitur que
ceteris in hoc mundo forti potentia
supereminet Et quid per murum
munitum nisi divites qui mu-
niuntur suis opibus et alios ma-
le agentes muniunt et protegunt
Et super hos igitur ventura est dies
domini multis nominibus appellacionibus
designavit superbas potestates seculi
quia multe sunt in hoc mundo digni-
tates per quas multa peccata [illegible]
acquiruntur Tharsis autem mare dicitur
Et quid est mare nisi seculum istud
quod sic quasi naves tharsis nisi mentes
hominum que per amarum pellagus
huius seculi vanis desideriis ducuntur
Insulis tharsis interpretatur explo-
ratio gaudii et que sunt naves
exploracionis gaudii nisi humane
mentes que in hoc mundo gaudia pre-
sencium voluptatum exprimunt
satisfaccione concupiscencie sue
visu Quid est autem quod visu pulchrum est
nisi omne quod in mundo concupiscitur quod
falsa seu vana pulcritudine
fallit oculos intuencium Veniet
itaque dies domini super omnes naves
tharsis et super omne quod visu pul-
chrum est Ubi cuncta premissa repeti-
ta sententia tum subdit Et in-
curvabitur sublimitas hominum et
humiliabitur altitudo virorum Et
elevabitur dominus solus in die illa
Tunc incurvabuntur qui nunc superbie
eriguntur et dominus tunc elevabitur quem
nunc humilitas ab eis despicitur
sequitur Et ydola penitus conterentur
ydola tunc conterentur quia per eternam
tie tormentis eternalibus puniuntur
Naz sicut [illegible] sapiens ait Contere-
tur [illegible] delictum Vel ita dominus
elevabitur et homo incurvabitur et ydola
conterentur Terra domini cum videbit hu-

manus suo habere venerit quod dominum
divine sententie non fuit operatus
Primum autem mediatum in tanti qui sti-
pula igni appropinquaverit cito vora-
te deficit et omnia dogmata falsi-
tatis quam nunc ydola nominant eo quod si-
mulata sunt atque conficta penitus con-
teret Timoreque pavore domini omnes
sunt pariter primum in spelunca petrarum
sui et in voraginibus terre abscondet
hec ydola non audens proferre quod
male finxerat Secundo enim presto
e ut quasi pius celata puniat et ipse
esse non parcet sequitur Et introibunt
in speluncas terrarum et in voragines
terre a facie formidinis domini et a gloria
maiestatis eius cum surrexerit percute-
re terram Et hoc in apokalipsi iohannis
ita legitur Reges terre et principes et
tribuni et divites et fortes et omnis
servus et liber absconderunt se in speluncis
et in petris moncium et dicunt montibus
et petris cadite super nos et abscondite
nos a facie sedentis super thronum
et ab ira agni quoniam venit dies
ire ipsorum et quis poterit stare Sunt
inminente quoque ultimo adventu districti
iudicis qui sequitur apparebunt signa magna
et horribilia arescentibus hominibus
pre timore et expectacione eorum que super-
veniet universo orbi introibunt in
speluncas et in voragines terre volen-
tes se abscondere a facie supplicium
malorum Adventus non inducit vocat
resurrectionem eius sicut et beatus iob
ait dicit Quid enim faciam cum surre-
xerit ad iudicandum deus Nam nunc
sedet ad dexteram maiestatis in excelsis
sed tunc surget percutere terram quoniam veniet
iudicare seculum hec terra et devia
dicuntur gentiles iudeorum quod per raciones
factum est possunt accipi Dicit enim
quod dies domini exercituum super omnem
superbum et excelsum et terra Terra superbi
et arrogantes per cedros libani et
quercus basan per montes et colles pre-
intelligi tamen pharisei quod omnes
qui in illo populo primatum gerebant

phces et muros civitates et presidia
eorum penetrans tharsis illi qui contra
tonos et magnus pugiunt sicut in
mari galilee per hoc quod visu pulcrum
est generaliter quodlibet mentis formosum
aut honestum videbatur illa super eam
[illegible] venit ira dei Elevatus est autem
dominus solus in die illa id est quod illos
deus illum exaltavit et donavit illi
nomen quod est super omne nomen ut in nomine
ihesu omne genu flectatur Et gentibus
ad fidem venientibus ydola penitus
contrita sunt Gaudii ut intrabunt ipse
lucas petrarum et in voragines terre
a facie formidinis domini cum surrexerit
percutere terram eorum quia capti
cordibus abscondebantur in antris et spe-
luncis ut et ipse iozephus cum sociis
suis Et hec et generaliter cuiuslibet conver-
sationis [illegible] adorandum [illegible]
[illegible] In die illa proiciet homo
ydola argenti sui et simulacra auri
sui que fecerat sibi ut adoraret talpas
et vespertiliones et ingredietur fissuras
petrarum et cavernas saxorum a fa-
cie formidinis domini et a gloria maiestatis
eius cum surrexerit percutere terram Dicit
namque pro eo tempore quo lux veritatis mundo
per apostolos irradiata posita est homo
[illegible] vocari solet quia bestialem sensum
sua [illegible] tendens homo id est vir volup-
tuosus venabiliter cogitans in illa
tempore proiciet ydola Adorabat nam-
que in [illegible] talpas et vespertiliones [illegible]
[illegible] et sub terra mane-
ntes [illegible] fodiunt atque foras
expellunt Et quid per talpas nisi
demones figurantur qui luce visio-
nis interne carentes corda carna-
lium velut terram suggestionibus illi-
citis fodiunt et que male suggerunt
[illegible] Vespertiliones vero in [illegible] te-
nebris et [illegible] volat ac [illegible]
per terram [illegible] Sic et [illegible] tene-
brarum malignos spiritus qui [illegible]
subtilitate [illegible] volat [illegible]
[illegible] despicimus [illegible]

talpas

celestium nulla iam respiratione se
erigunt per terram repunt Sed et ve-
tibus [illegible] quibus mira lux
deficit [illegible] diu vicia [illegible]
illudunt qui alios per superbiam et a-
lios per luxuriam decipiunt Gentiles
ergo quos in fastu superbie quasi alta
sapientie elevat volant [illegible]
aut quos in luxuriam premunt per terram
repunt Sed has utrasque talpas et ve-
spertiliones adorabat in idolis
suis gentiles Et [illegible] venabiliter
cogitans proiciat [illegible] cognoscit pro dicta
[illegible] audivit et ingressus
est fissuras petrarum et cavernas
saxorum a facie formidinis domini
et [illegible] dictum est in canticis co-
lumba mea in foraminibus petre et in caverna
[illegible] petra autem erat christus
foramine petre plaga lateris christi
[illegible] qui [illegible]
ad illud fideliter confugit [illegible]
christus ibi [illegible] in [illegible]
[illegible] intelligunt [illegible]
sic per foramina vulneris [illegible]
ita per fissuras petre et cavernas
saxorum vulnera [illegible] martyrum
[illegible] fissuras petre et
cavernas saxorum a facie formidinis
domini et a gloria maiestatis eius que
revelabitur cum surrexerit percutere
terram [illegible] petrarum [illegible] et
[illegible] cavernarum [illegible]
[illegible] nomine [illegible]
[illegible] fideliter [illegible]
et ipsorum [illegible] et [illegible]
[illegible] percutere [illegible]
[illegible] surrexerit dominus percutere terram
corda [illegible] ad pe-
nitentiam et [illegible] percutit
terram [illegible]
ut [illegible] venabiliter
sapiens ingreditur predictas fissuras
petrarum Sed argentum et aurum per
sermonem et sensum potest accipi
unde [illegible] ydola [illegible]
que [illegible] in [illegible]

fissuras petre et cauernas saxorum
ut non intrare pulueri et in media luto
sed ut fuga tonitrui uisu et in ueniat
sibi diuisa obtentum scientia p
que abilitatem puenire valeat
Prophetia vero multa paulo superius de
eiusdem iudeorum locutum est. Sunt et
gsideratus quia propter necem saluatoris
hec omnia passuri erant amonens
illos ab eius insectatione desistere
dicens Quiescite ergo ab homine cuius
spiritus in naribus eius quia excelsus
reputatus est ipse. Quid autem in na
ribus in spiritus et quod in spiritu n
suena designatur. Saepe enim id quod
non uidemus odore comprehendimus
ita ut non nulle res etiam longe
iaceant fragrantie nobis qualitate
sue innotescant. Omnium igitur per nares
spiritum ducimus plerumque aliquid et iuxta
positum. Redemptoris ergo nostri spiritus
est in eius naribus dicitur ut sibi
licet signata illius etiam in presentia
designet. Quia quamquam se statuit in
natura humanitatis in [illegible]
hec minime ante secula eadem tamen
presciuit qui omnes spiritum in naribus
habuerit more prophetia subiungit
dicens quia excelsus reputatus est
ipse ac si diceret inferius venerat
desuper presciuit qui ad yma descendere
uenit. Quiescite in quam ab hoc
homine. Certa pro malum quod inferetis
ei audite quid sequatur. Ecce enim
dominator dominus exercituum auferat ab
iherusalem et a iuda ualidum et fortem
omne robur panis et omne robur
aque fortem et uirum bellatorem et
iudicem et prophetam et ariolum et senem
principem super quinquaginta et honora
bilem uultu et consiliarium sapientem
de architectis et prudentem eloquii
mystici. Hec omnia post passionem
domini contigerunt ipsis iudeorum. Quorum
patronos abstulit dominus ab iherusalem
et a plebe iudaica validum et fortem
et omne robur panis et omne robur
aque et fortem et uirum bellatorem
itaut fame ac siti morerentur in
obsidione et ab hostibus suis
tandem capti perimerentur ac reliqui
seruitute miserabili ubique deprimerentur
qui eciam tempore iudicum nullum habent
quia post eorum dispersionem nullo rectore
proprio gubernantur. Et prophetam abstulit
eis dominus quia donum quod in prophetis
loqui solet subtraxit. Nam quippe
apud eos vllus non est qui dicat
hec dicit dominus. Omnis enim cessauerit
quia sermo domini recessit ab eis. Ariolum
neque uel ariolum habent ullum id
est falsum prophetam qualis erat Balaam
Ipse enim fuit ariolus et tamen cum eo lo
quebatur dominus et ostendebat plerumque
secreta sua ita saepe eciam palam
scenas futura dicebat. Sic ab isto
Balaam legimus et de diuinis phi
listinorum et ariolus ergo id est qui
interdum uera et interdum falsa
diuinat ablatus est a iudeis quia
et uera et falsa pariter amiserunt.
Senes eciam id est maturis moribus
non est in eis. Enim neque principem
saltem super quinquaginta iam ullum
habent eo quod dominus sabaoth id est exercituum
abstulit. Nec honorabilem vultu
eo quod speciosus forma pre filiis hominum
non sit ullus eis. Habet spiritum neque
decorem neque consiliarium. Quia sapientia
deseruit eos que dicit meum est
consilium et equitas. Recessit enim
ab illis angelus magni consilii. Sapien
tes apud eos qui possit dicere Ut
sapiens architectus fundamentum posui
inueniuntur ab eis architecti re
nuerunt ad eternam. Id est posuit fundamentum
illum Christum. Eloquentes et prudentes
eloquii mistici dominus abstulit quod
nullus doctor est eis relictus. Cessat
apud eos lex prophetarum. In pretextu
legunt et non intelligunt. Velamen
est diuina subtractum est et dabo
pueros principes eorum et effeminati
dominabuntur eis. Habuerunt enim post
dominum ascensionem principes pueros id est pu
erilia sapientes atque puerilia agentes
et dominati sunt eorum effeminati id est qui

muliebriter conterebantur. Quid autem
et vulgus egerit audiamus. Et
irruet populus vir ad virum, unus-
quisque ad proximum suum. Tumultu-
abitur puer contra senem, et ignobilis
nobilem. Antequam Titus obsideret
Jerusalem, pugnabat intestinus
populus civiliter ad invicem, et irru-
ebat vir in virum atque premebat
unusquisque proximum suum, et puer-
nus deferebat honorem seni, sed
litigabat contra eum, et ignobilis
dehonestabat nobilem. Capta vero
Jerusalem, cum parte eorum reliquie
in pristinam suam denuo rebellare
temptarent, audiamus quid fecerint.
Apprehendet enim vir fratrem
suum domesticum patris sui: Vesti-
mentum tibi est, princeps esto noster, rui-
na autem haec sub manu tua. Haec
meruerunt hec principes qui de
Christo sic leguntur dixisse: Nolumus
hunc regnare super nos. Indicta-
bat enim dignum principatu eum
qui saltem vestem habere poterat,
et non ab probitate sed ab dignitate
eum preferebant. Ruina ait rui-
na haec sub manu tua, hoc est: si per
habet miseria et calamitates
tuo sustentetur et protegatur auxilio.
Ex quibus verbis quae sit eligebat
quam invalida esset manifestatur
ex verbis ipsius sicut continuo ad-
ditum est. Respondebit in die illa dicens:
Non sum medicus, et in domo
mea non est panis neque vestimentum,
nolite me constituere principem
populi. Non sum inquit medicus, id est nec
scio mederi vestrae infirmitati, nec
pessimam famem premere [illegible]
quamquam resistere [illegible] hostibus
ut quidam valeat sibi et populo
subiungere. Ruit enim Jerusalem et
Judas concidit, quia lingua eorum
et adinventiones eorum contra Dominum
ut provocarent oculos maiestatis
eius. Ruit Jerusalem quia deserta

est ab exercitu Romanorum, et Judas
concidit quia populus Judaeorum illius
miserabiliter succubuit. Et hoc ideo
factum est quia lingua eorum ferie-
bat contra Dominum cum diceret: Reus
est mortis, crucifige eum, et adinven-
tiones quando dixerunt: Quoniam nos
audivimus eum dicentem: Ego dissol-
vam templum hoc manufactum et
post triduum aliud non manufactum
aedificabo. Sed ut repetitis miseriis(?)
[illegible] et delictis quae et de
Judaeis intelligi possunt conve-
niente, convenit ab homine cuius spiritus
in naribus eius eos qui semel
sunt illuminati, gustaverunt et donum
caeleste et participes facti sunt Spiritus
Sancti, gustaverunt bonum Dei verbum
virtutesque saeculi venturi et prolapsi
sunt, dicit Apostolus, rursum cruci-
figentes sibimetipsis Filium Dei
et ostentui habentes. Et quia [illegible]
nec Dominus convenit ab homine
cuius spiritus in naribus eius qui
[illegible] instante adventu Antichristi
usque adeo multiplicati sunt et ceteros
pestilentiae odore suo sic infece-
runt ut raro nunc christianus verus
inveniatur. Unde et corpore magis
iam completum et dolentes cata-
pia at magis implendum adhuc
et non dubitamus quod subditur:
Ecce dominator Dominus exercituum
auferet ab Jerusalem et ab Juda
validum et fortem etc. Nam Jerusalem
et Judas plebs ista fidelium est
quae iam sic infirmata est ut diffi-
cile sit quemquam inter ea reperiri vali-
dum et fortem. Adeptus spiritale
panis autem est corporis redemp-
toris quod in ministerio sumitur, aqua
non scientia salutis. Et robur pa-
nis aufert quia sacramenti [illegible]
[illegible] qui indigne illud percipit
tollit. Similiter et robur aquae
id est vitae scientiae aufert indignis
quod si ipse defuerit scientia non
[illegible] vivere nec tenere facultatem

valet ut bonus quem nostri faciat
virum quod bellatorem spiritualibus
armis fideliter decertantem rarus
est iam in senibus Iudex et eccle-
siasticus qui iuste iudicet diffi-
cile invenitur in lege dei habens
scientiam meditandi sed iam omnia
fere vetusta et caduca et errore
plena sunt et propheta id est doctor consi-
lium iustorum gaudia malorum
que supplicia pronunciat iam vane-
scit nimis Vix enim quis verbum
predicationis habere ipso iam cogi-
tat nisi occasione acquirendi
pecuniam vel aliud quid temporalium
et omnis fere talis predicator par-
abolum fortassis exprimitur quia sicut
balaam ariolus superstitione aua-
ritie sue deseruit sermone dei
hominisque voce predicat premendo
repugnat Sicut et samuel ait
quasi tamquam peccatum ariolandi est
repugnare id est nolle obedire sed
obsistere Et coniector talis est ariolus
flatu notissime presumptionis su-
bito rapitur Senem vero id est qui
morum grandevitate maturescit
invenit ipso difficilimum est invenire
Quinquagenarius numerus peni-
tentiam et remissionem peccatorum designare
solet Unde david penitens in
quinquagesimo psalmo remissionem
accepit Penitens igitur in quinquage-
nario numero continetur Omnis est ergo
princeps super quinquaginta id est super
penitentes id est quicumque proficit eorum
penitentie et attingit penitentiam atque
venit ad eam eos sicut fuit princeps
erat iohannes qui vestimentum de pilis
cameli sicut locustas et mel silu-
estre edebat et aliis ut digne
penitentie fructus facerent predicabat
Immo et christus penitentie princeps
est et caput eorum qui salvantur per pe-
nitentiam Unde et iudei nolentes
eum esse principem quinquagenarium di-
xerunt ei Quinquaginta annos

non habes sed ille sciens se esse
non solum penitentium principem
sed et iustorum Unde dicitur Antequam abra-
ham fieret ego sum Honorabi-
lis est multum cuius interna ma-
turitas apparet in vultu eius
Consiliarius est qui dat consilium
quo superentur astutie demonum
et rectitudo custodiatur Archi-
tectus est qui predicando edifi-
cat ecclesiam prudens eloquii my-
stici qui misticum eloquium spiritualiter
prudenter intelligit vel quicumque
sapiens mistice loquitur prudens
eloquii mystica videtur in con-
cavitate et exercitatus tam in
lege et prophetis quam in evangelio
et apostolis Et sicut quidem persone magistri
magisque cotidie diminuuntur tempus
antichristi venturum imminet sub-
timentur et malitia remane-
re tamen multiplicius excrescat Etiam
antichristo regnante si quis talis fuerit
superfuerit vel seducetur ab eo vel
punietur Unde certa pulcherrimam
de tempore isto conqueritur dicens Abstulit
omnes magnificos meos dominus de
medio mei Vocavit adversum me
tempus ut contereret electos meos
Recte itaque dictum est quod dominus
auferret a ierusalem et a iuda
validum et fortem atque omne robur
panis et omne robur aque fortem
et virum bellatorem et iudicem
et prophetam et ariolum et senem
principem super quinquaginta et hono-
rabilem vultu et consiliarium sa-
pientem de architectis et pruden-
tem eloquii mystici Ipsi quidem
auferuntur sed loco eorum inequales
dantur Dabo inquit pueros id est la-
scivos et indomabiles ac di-
solutos et pueriliter agentes prin-
cipes eorum sacerdotes ac prelatos
et effeminati id est temptatorie laudis
amatores dominabuntur eis Effemina-
ti enim sunt arrogantes preposi-

quia dum humanis laudibus mol
lia corda prostituunt qui assiduis ama
toribus corrumpuntur. Effeminati
sunt quia laudis luxuria corrupti
si enim virilitate vinceret laus inspecto
ra nulla eos corruptione viciaret.
Eorum qui non dei gloriam querunt
sed suam magis honorari subiectis
volunt quam prodesse et eis non con
sulendo regimini sed magis dominando
dominantur quibus pariter propheta
dicens vos autem cum austeritate
imperabitis et cum potentia imperat
quia subiectos suos non tranquille
racionando corrigere sed aspere inflec
tere dominando festinat. Et ideo ut
facilius ac prosite multiplicat in
cetera habundat propter peccata popu
lorum quod hinc quoque prelatos habere po
pulus subiectorum meruerit sequen
tia indicat. Irruet inquit populus
vir ad virum et unusquisque ad proximum
suum et pugnabit alter adversus
alterum vel ledet eum vel nocebit.
Et quia mali bonos et honestos
fatigaverunt. Tumultuabitur inquit
puer contra senem et lascivos et
pueriles actus hominis habitabit [illegible]
adversus eum qui morum gravitatem te
nuerit et ignobilis contra nobilem
peccator contra iustum. Quemadmod
autem populus iste pueros principes sor
tiatur ostendit homo submittens. Ap
prehendet enim vir fratrem suum domesticum
patris sui vestimentum tibi est
[illegible] quid proximum vel quilibet propinquus
designat. Et quid fratrem vel do
mesticum vel quislibet carnalis pro
pinquus vel amicus accipitur. Apprehen
det quis vir fratrem suum ut in prin
cipem constituat eum quia iam decre
scente religione frequenter accidit ut
ad ecclesiasticum regimen non sancti
ores et qui dignius sunt eligat
sed potens quilibet enim quem car
nalitate diligit promovet. Observatur
quidam principes fiet [illegible] qui non
tam propter vite meritum quam propter

carnalem dileccionem eliguntur a po
tentibus. Et dicitur ei qui sic eligitur
vestimentum tibi est princeps esto
noster. Vestimentum hic inter honestas
quedam conversacionis quia non
nulli se palliant ut irreprehensi
biles videantur hominibus licet i
nus vere aut perfecte virtutes
habeant. Tales enim facile ab im
peritis eliguntur. Princeps inquit
esto noster ruina autem hec sub ma
nu tua. Ruina hic interioris hominis
est ruina hec mors est. Ruina sub
manu tua. Non ait releva
ruinam hanc quia non curant eligen
tes qui corrigere valeant. Sed tantum
qui super ceteros appareat. Sed ille
qui eligitur excusat se dicens non
sum medicus et in domo mea non
est panis neque vestimentum nolite
constituere me principem populi. Quamvis
ad postulantes tamen eligitur. Dicit ce
spiritualis medicus ut dilucidet me
deri sciat interiora hominis languo
ribus et in domo conscientie sue de
bere panem spiritualis doctrine ut
constitutus super familia sua domini
sui det illis cibum in tempore. Vestitu
quoque necesse est ut habeat in domo
sua. Cum vestimento virtutum cuius
eius vestita sit in iusticiis neces
sariis quos causas excusationis
opponens ait: Non sum medicus
et in domo mea non est panis
neque vestitus. Cui dictum fuerat
vestimentum tibi est quod ad exteriorem co
nversacionem retulimus. Ille autem de
teriori veste cordis respondet
quod in domo mea vestimentum non est
ac si dicat etsi vos honestate
quadam conversacionis vestitus appa
reo interius tamen in inspectore
nudus sum [illegible] iste eligitur
et se excusat. Nec tamen laude dig
nus [illegible] quod [illegible] estimabiles qui
querunt ad hunc prelatos eligunt ut
per has magnificet apud homines
Fuit enim panem non habentes et
vestimentum cum ipsi esuriant
et nudi sit nec habeat spiritale

albiim [illegible] xpi trinitatz integraz
seruauerunt alijs alimoniaz et ue
stimenta pmittunt et plem mul
tibus medicos se esse iactant
Post hec aut prophetam uoce sub
dit Ruit ierlm et iuda cecidit
quia lingua eorz et adinuentioes
eorz contra dnm ut puocarent oculos
maiestat eius. ierlm ruit cecida
uit quia muro fidei et disciplie
ata sine sedi dissipato e atq
tres arduaz uirtutum delapse sunt
et iudas .i. fidelium populus cecidit
quia fere hec tota plebs statum
rectitudinis amisit quia lingua
eorz contra dnm quotiens ea que
contraria deo sunt loquunt et adi
uentioes eorz quotiens nouos male
agendi modos inueniunt Vnde
puocant oculos maiestatis eius
quia in suis adi uentionibus ex deli
beratione peccant Qme enim pecm
aut p infirmitate aut p ignorantiaz
aut p studium deliberationis committi
Et peius quidem est ex infirmitate
sicut peccare quia ex ignorancia
Sz multum grauius ex deliberatione
quam ex infirmitate Et ideo hij qui ma
lorz adinuentionibus ex studio et
liberationis praua committunt no
peccant in conspectu dni Sz qd' e grauius
puocant diuini oculos maiestat
eius Sequit Agnitio uultus
eorz respondebit eis Mens libi
dinosa et indisciplinata solet
in oculis et in uultu dinoscitur
aut mutus et indicia uultus
sequit cognitio affectus Vnde
hic apte dr agnitio uultus eorz
rndebit eis ac si dicat culpa cor
dis que pfiteri nullus se pro
dere cupit p oculis luxuriaz in
opis expectacione rndebit eis ut
quales intus sint ostendat
foris opando i mali opis huius
postquam ille opus in conscie
uiunt omnino uerecundia amittunt
Vnde subdit Peccatum quippe
suum qi sodoma pdicauerunt nec
absconderunt peccatum quippe suum
sicut sodoma pdicant qui opus
confusionis qd' ipi faciunt alijs
impudenter sine glam detegunt
ut eos ad similez nequiciaz allici
ant Sz dnm in talibus gloriant subi
tanea illis ueniet in tantus sodoz
uelut despecto subdit Ve aie
eorz qm reddita st illis mala
qmalis que operalit gessit ppe
tua mala recipt aia eorz Vnde
nos ad laudem iusti iudicis hor
tat ppha subiacens Dicite iusto
qm bene qm fructu adiuentionum
suaz comedent Quis e enim
iustus iste nisi tu tamen Iustus
es dne et rectum iudicium tuum Sm
debemus omnes dicere qm bene eg
estimans eos qui peccatum suum qi
sodoma pdicabant et adiuentio
nibus studebant Comedet enim
fructum adinuentionum suaz quia
pro culpis suis eternalit punient
peccatum quippe cum consumatum
fuit generat mortem qe est fructus
pcti. quia uero omnis qui agit
similia facit similem postmodo
sentenciam accipiet nisi ticius
pnitencia opa sua correxerit
recte subiungit Ve impio in ma
lum retributio enim manuum eius
fiet ei Tamen quanto se beatorem
putat impius eum ei aduersa
cuncta puenerint. tanto e infelicior
quia quo magis iniquitatibus mul
tiplicat eo amplius dampna
tionem sua accumulat Retributio
enim manuum scilicet eius fiet ei quia
secundum omnia que nunc fac recipiet
Sz et iudeis quem qd' dictum est
ve anime eorz qm reddita sunt
illis mala que in xpm exercue
rat receperunt a romanis et tenue
dunt imperiis eternalibz tormentis
adinuentionum suaz quibz dnm
uendiderunt atq sanxerunt Sz et quam
in eadem impietate uidea

et recta illud mal

perdat ve illi quia retribucio
manuum eius fiet ei Sequitur
Populum meum exactores mei
sui spoliaverunt et mulieres do-
minate sunt eius Exactores vocantur
qui tributa exigunt atque cete-
ri regi et antiquitus dei populum Regi
qui censum exigebat dum reddere
forsitan nequiret spoliabat
Mulieres avaricie principum atque
uxores potentum superba dominacione
opprimebant eum Similiter et
nunc in hoc populo fieri sepe cernimus
et ab exactoribus et ab uxoribus
principum Et hec utique sententia
dici potest qui fideles spoliat atque gra-
vat prelata est Vel de adulatoribus
dici potest qui eos immoderatis favoribus
extollunt Sequitur Popule meus
qui beatum te dicunt ipsi te deci-
piunt et viam gressuum tuorum di-
ssipant Adulator enim decipit
eum quem dicit beatum quia mendaci-
o fallit eum et in vana gloria
extollit atque viam gressuum
operacionis eius dissipat quia
dum ille beatum se credit sufficere
sibi credit bona que fecit et manus
sue rectitudinis iam ut consueve-
rat tenere negligit Sic enim multi
perierunt dum dei sine remissio-
ne agerent vel in culpas declinarent
Sed ne decipiamur blandientibus favo-
ribus illud terribile iudicium dei
quod adhuc nobis restat semper co-
gitare debemus Nam sequitur Stat
ad iudicandum dominus et stat ad
iudicandos populos Non ait sedet
sed stat ad iudicandum dominus quia
nondum realiter exercet ipsum iudi-
cium quod in consessione iudicis de-
signatur ut iam peractis completur
sed adhuc stat id est in stadio inter
homines certantes sive pugnantes
aspicit et adiuvat atque omnia
illis parata servat et eos ipsos
male agentes considerat ut
eis secundum opera ipsorum in fine retri-
buat Nam qui modo stat ad
iudicandum aliquando sedebit id est ip-
se actualiter faciet iudicium Sequitur
Dominus ad iudicium veniet cum
senibus populi sui et cum principibus
eius Qui sunt autem isti senes nisi
qui sapientia et moribus maturi
sunt id est omnes perfecti Senectus enim
venerabilis est non diuturna
neque numero annorum computata
Cani autem sunt sensus
hominis et etas senectutis vita
immaculata Et qui sunt hii prin-
cipes nisi prophete et apostoli atque boni
doctores ceterorum Cum hiis ergo senibus
et principibus veniet dominus ad iudi-
cium quia promisit eis dominus Vos
qui reliquistis omnia et secuti
estis me in regeneracione cum sederit
filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes xii iudicantes duodecim tribus Israel Iu-
dicio maxime tunc veniet ad rap-
tores atque fidelium oppressores pu-
niat Unde protinus causam eorum
subiciens ait Vos enim depasti
estis vineam meam Vinea enim
domini plebs eius est quam depa-
scit quisquis bona fidelium diripit
Unde et evidentius addit.
Rapina pauperis in domo vestra
et increpando subiunxit Quare
atteritis populum meum et facies pau-
perum commolitis dicit dominus ex-
ercituum Atterunt namque populum
dei qui pauperes eius tribulant et
affligunt et facies pauperum co-
molliunt vel attenuant id est ma-
cie afficiunt quibus victum eorum au-
ferunt Hii ergo contra se iram dei ve-
hementer accendunt Sequitur
Et dixit dominus Pro eo quod elevate
sunt filie Syon et ambulaverunt
extento collo et nutibus ocu-
lorum ibant et plaudebant ambu-
labant et in pedibus suis

composito gressu incedebat De-
caluabit dominus verticem filiarum sy-
on et dominus crinem earum nudabit
Hystorialiter quidem possunt hec
ad iudeas mulieres que sic ob
superbiam et lasciuiam agebant
referri et in tempore obsidionis
ierusalem que subito facta est de-
caluate sunt ac depilate Hec que
syon interpretatur specula possumus
subtilior intellectu filias syon
accipere fideles animas que velud
in specula posite venientes temp-
taciones a barre mentis solent
circumspectione cauta preuidere Sed
plerumque tales anime in superbiam
eleuantur et omnem religiosam co-
nuersacionem suam dissipant Nam
quia et in vultu et gestu cor-
poris apparere solet mentis elacio
postquam hee filie syon eleuate
sunt ambulauerunt extento collo
et nutibus oculorum quo contra sanctus
dauid quia nec in corde nec in
vultu superbiam habebat confite-
batur domine non est exaltatum cor
meum neque elati sunt oculi mei Plaudebant
ergo filie syon id est ambulabant
et nutibus plaudebant disso-
lutionis lasciuie et inanis
leticie atque composito gradu in-
cedebant quia disciplinam cordis
omnem abiecerant et ideo foris
taliter agebant Cuncta quoque filie syon
id est anime christiane talia facere non
timuerunt decaluabit dominus verti-
cem earum et nudabit crinem. Per verticem
[illegible] in decaluacione figuratur nisi
de nudacione verecundie Decaluabit
ergo dominus verticem earum cum illud in
illis detegit quod in superba mente
earum erubescat grauius quod ab
omnibus aspicitur ludibriosa hec
et crinem capitis earum dominus nudat
qui prauam cogitacionem cordis ipsarum
manifestat et quamuis est in hac
vita plerumque ista decaluacio atque

Signa ade[illegible] ondebat

nudacio fiat plenarie tamen
non fiet quousque veniat dominus
qui et illuminabit abscondita
tenebrarum et manifestabit consilia
cordium Sequitur In die illa
auferet dominus ornamentum
calciamentorum et lunulas et
torques et monilia et armil-
las et mitras et discriminalia
et periscelidas et murenulas et
olfactoriola et inaures et anulos
et gemmas in fronte pendentes
et mutatoria et pallia et lynthe-
amina et acus et specula et syn-
dones et uittas et teristra. Hijs
muliebribus ornamentis spiritua-
lia mentium ornamenta congrue si-
gnificantur Calciamenta enim que
de pellibus mortuorum animalium
sunt et pedes muniunt exempla
sanctorum patrum designare possunt quibus
in operis gressus in via dei mu-
niuntur Lunula que est instar
lune facta et a collo dependens
in pectore claritatis in [illegible] uitam
in nocte presentis vite lucentis et
ab operacione ad intelligenciam quasi
a collo ad pectus perueniens secundum
illud Amadab tuus intellexit
Torques vero [illegible] atque de-
corum bone operacionis ornamentum
de quo salomon ait ut addatur gracia
capiti tuo et torques collo tuo
Monile quo pectus sponse stringitur
et ornatur spiritualis coniunctionis casteque
dilectionis signaculum Armille que
lacertos stringunt valida operacionis
laborancium Mitra fortitudinem
cogitacionum velud capillorum cohibi-
cionem Discriminale quo crines divi-
duntur discrecionis que bo-
nas malasque cogitaciones subtiliter
discernit Periscelides vero sunt apud
feminas crurium ornamenta quibus
earum gressus decorantur, id est torques
circa [illegible] similes armillis et circa
talos ponuntur Quid est quod periscelidas
signatur nisi virtutis ornatibus ita
[illegible] decorem Vel quia iuxta

Bulla

sentencia geneс antiquus serpens
insidiatur calcaneo mulieris a-
babenti attendi cuius ibi tempo-
rum minime virtutis vel ornatum
religiose operacionis sub pise litteram
operacione appellatione figuratur ubi
serpens morsum infigere querit
Murenula autem est quedam ordinis
flexuosi cathena que auro in-
gulas lentescente contexitur in simi-
tudine serpentis et ad collum or-
nandum aptatur Murenas ergo pre miro
nullam intelligi debet nisi in cau-
aurea doctrina que multiplices
sensus flectitur et in minimas velud
in virgulas ita spargitur ut eas
in mente omnis prave intencionis co-
nectat serpentina hominis cautelam
et sic opus laborem illud collum
astringens et adornans Unde et
in canticis ad sponsam dicitur Murenu-
las aureas faciemus tibi vermicu-
latas argento vermiculatas vari-
atas quia medium auri et argenti
virgulis texuntur ut ubi sapiencia
et facundia premixte significentur
Aurum quippe sapiencia argento au-
tem eloquencie designari solet
Olfactoriola vero que sunt vascula
in quibus habentur odoramenta
possunt exprimere corda bonorum ex-
bus odor suavissimus virtutum spi-
rat in aures audientium Abdiens au-
tem anuli sunt scilicet secretorum aut fi-
dem quia sponsatur anima Christo Gem-
me pendentes in fronte preciosis-
sime castitatis signaculum quod in fronte
gestamus imitatoria alternacionem
religiose conversacionis ut in illis
virtutibus eius curreret et modo con-
templativa modo activa vita de-
tat Pallia exteriorem habitum bone
operacionis Lyntheamina mundi et can-
didum mentis ornamentum Acus
compunctionem a quibus enim ornata
eum compago retinetur ne laxi
fluant et sparsi dissipentur Sic

et compunctionis acubus cogitaciones
manent similiter non sed fluxas de se
tent et ordinate stringit Specula
sunt lectionis est studium in cuius con-
sideratione deprehendimus quid de-
formitatis quidve pulcritudinis
interior homo in se habeat Sindones
subtile vestimentum insinuare carum
quod dicere possunt despoliaverunt me
custodes mea id est veste conversacione
mitte que capita mulierum decen-
tem velabat et ornat honesta vere-
cundiam exprimere possunt Ter-
sterium vero quod estimale dicitur indu-
mentum quia theser grece nudo estas
sit enim hoc vestimentum de optimo
lino valde subtili et utuntur
eo in estate mulieres in Mesopo-
tamie Arabie atque Hispanie
Merito ergo teristra aurum in subti-
lissimus atque mundissimus caste meo-
rum interior habitus non sinens eam
carnalium viciorum estu calescere
sed optimum et prestans refrigerium in
ardore temptacionum Et quamquam
tot et tanta bona prius quod decla-
ravitur habuerant filie Syon id est fide-
les anime Sed quia post religio-
sam conversacionem elevate in super-
bia et lascivia dissoluntur in
die qua dominus virtutem earum decal-
vabit auferet eis hec omnia ut
primum in hoc seculo et prius in die
iudicii sicque amissionis tantorum
bonorum remanere causa et
inicium erit superbia Nichil enim
bonorum remanet ibi potest ubi
dominatur superbia quia sicut ventus
pulverem sic superbia omnes virtutes
rapit Unde et apte subiungitur
¶ Et erit pro suavi odore fetor et
pro zona funiculus et pro crispanti
crine calvicium et pro fascia pectorali
cilicium Nam suavis odor optimo
vitium est de qua dicit apostolus Christi
bonus odor sumus deo Fetor vero

Aneas dicut et

mala opinio est et infamia.
Ubi ergo virtutes auferuntur et vicia
succedunt ibi pro suavi odore fetor
est. zona autem cingulum castitatis
significat funiculus vero peccatum lu
xurie. Unde et de domo alias
scriptum est Balthei regum
dissolvit et precingit fune renes
eorum. Reges enim sunt qui mem
brorum suorum motus bene regere sciunt
sed cum de ipsa continencia elacione
mens tangitur plerumque deus super
biam eius destruens hanc in iudi
cia operis cadere permittit. Regum
ergo baltheum dissolvit cum in
hiis qui bene regere sua membra
videbantur propter elacionis culpa
castitatis cingulum destruit et
precinget fune renes eorum quoniam
dissoluto pudicitie cingulo me
bris eorum peccati delectacio dominatur
ut quos intus culto superbia tenuat
quam sint detestabiles etiam in pub
lico ostendat. Hoc est itaque quod
ne de elatis filiabus syon dicitur
quod erit eis pro zona funiculus.
Sed et pro crispanti crine calvicium erit.
per Si caput intelligitur mens in
prestuarum consuetudine quia sicut cri
nes humi caput sic sensus et
cogitaciones. Crines ergo crispantur
cum sensus et cogitaciones pulchris
ordinibus gradatim disponun
tur. Sed et pro crispanti crine datur calvi
cium cum pro consensu formosis racio
nabilium cogitacionum gradibus
disposito pudenda et ridiculosa
motus exhibetur in pulsione operis
ostensione nudato. Fascia vero
ex diminalis dilectio que vagarum
cogitacionum motus pamoris
intimi vincula restringit. Cimili
cio autem peccati asperitas et punicio de
signari solet. Pro pectorali ergo fascia
cilicium est. Cum pro caritate et cordis
disciplina que mentem in cogitacione
domini diligendi stringere consueverat
peccatorum asperitas et odiorum stimuli

in malorum cogitacionum punctione me
tem lacerant. Sequitur. Pulcher
rimi quoque viri tui gladio cadent
et fortes tui in prelio. Pulcherrimi
viri ecclesie sunt qui viriliter agunt
et honestissime conversantur in reli
gione divina. Et fortes eius sunt
qui in spirituali bello fortiter dimi
cant. Sed non nunquam tales viri dum
de sua pulchritudine exultant cadunt
a statu sue rectitudinis gladio
nequissime delectacionis transfossi.
Et qui fortes videbantur plerumque
in prelio carnalium temptacionum
victi succumbunt. Unde et Ihere
mias ait. Iuvenes eorum confodientur
gladio in prelio. Iuvenes quippe
gladio confodiuntur in prelio cum
hii qui innocentiam vite fortiter
ambulant et alacriter in articulo
temptacionis transfiguntur mucrone
delectacionis. Quod si de anime
statu in telligitur que post virtu
tes peccavit pulcherrimos eius
viros accipimus bona opera que
hostili gladio cadunt et fortes
eius que virtutes in spirituali prelio
premunt. Ubi post tanta virtutum
devicta post tam multiplicem
armorum ruina. Conquerere submittitur
de terra. Et merebunt atque lu
gebunt porte eius et desolata
in terra sedebit. Porte enim ecclesie sunt
doctores et preposita sunt per quorum mi
nisterium ecclesiam quisque ingreditur.
Qui in ea virtutum dampna pa
tiuntur merent et lugent quia sicut
luctum carnem solicite quisque sit de
mortuum carnem affectuose plangunt.
Qui cottidie magis ac magis que vi
dent que Christianus destituant quia
iam venerunt dies et veniunt de
quibus ait apostolus quod in novissimis
diebus instabunt tempora periculosa
et erunt homines se ipsos amantes
cupidi elati superbi blasphemi
parentibus non obedientes ingrati
scelesti sine affectione sine pace
criminatores incontinentes immites

sue benignitatis. proteruiam tumidi.
proditores. voluptatum amatores
magis quam dei habentes quidem
speciem pietatis virtutem autem eius ab
negantes. propterea hec omnia mala
recommendare cunctis in istis temporis
hominibus. Hinc et per huiusmodi malis
amplius excrescentibus et antiquius
regnante ecclesia status desolata sede
bit in terra .i. in humilitate et ecclesia
perdurabit lugens nec ab homine
consolabitur iuxta illud malum. Quomodo
et Jeremias intuens ait. Quomodo
sedet per sola ciuitas plena populo
facta est quasi vidua domina gentium
Quoniam aut qualitercumque locum dede
rit dyabolo et non omni custodia
seruauit cor suum luget porte
eius et absente sponso suo .i. Christo luctu
et ac de excelsis corruens in terre
puluere sedet. Iam destructa com
muni per religiosam conuersationem
dyabolo instigante. virtutes et
bona que fecerunt amittitur. Et
sepsit hactenus prophetas multiplicis
hinc adulterinis quibus quo septi
formis ecclesia uenit ad Christum re
duxit verba dicens. Et apprehendent
septem mulieres virum unum in die
illa. Sed historialiter ut supra
dictum est primus tempore obsidionis Jerusalem
decaluauit dominus vertice filiarum Syon
et abstulit eis ornamenta calcea
mentorum et lunulas et torques
et cetera que describuntur. Unde tu
ad crucem ducetur ait. Filie Jerusalem
nolite flere super me sed super vos
ipsas flete et super filios vestros
quia venient dies in quibus dicent
Beate steriles et uentres qui
non genuerunt et vbera que non
lactauerunt. Tunc incipient dicere
montibus cadite super nos et collibus
operite nos. Quis enim pensare
valeat affliccionem. tedium vite
quod patiebantur atque angustias
domini dicent montibus cadite super

nos. Omnia igitur que describuntur com
pleta sunt ibi. Nam et pulcherrimi
iudeorum ceciderunt gladio romanorum
et lugerunt porte Jerusalem obsesse.
enim nemo posset egredi vel in
gredi et desolata sedit in terra
quia deiecta est nulla tribulacione
non habens consolatorem et adultimum
destructa. Et quia quando vetus
illa Jerusalem cecidit noua surrexit
apte subiungitur. Et apprehendent
septem mulieres virum unum in die illa
dicentes panem nostrum comedemus
et vestimentis nostris operiemur tantum
inuocetur nomen tuum super nos au
fer obprobrium nostrum. Propterea que
sunt iste septem mulieres nisi septem
ecclesie que vna faciunt katholi
cam. Quis enim est iste vir nisi Christus
Apprehendunt igitur ipsum septem mulieres
virum unum in die illa quia tempore
quo vetus Jerusalem destructa est
et ecclesia noue predicacionis illu
minata. vii. ecclesie adheserunt Christo
dicentes panem nostrum comedemus
.i. refectionem spiritualem gratie de qua
genus humanum de paradiso expul
sum ait percussus sum vt fenum
et aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum
et vestimentis nostris operiemur .i. bo
norum operum indumentis de quibus
scriptum est. Beatus qui vigilat et
custodit vestimenta sua ne nu
dus ambulet et videant turpitudinem
eius. Quam enim ecclesia panem habet
in hac refectionis invisibiliter co
medere et habitus religiosarum vestim
enti vestibus indui negligit
non potest habere similiter viro
placere qui speciosarum sponsus est
animarum. Et hec inquiunt. Tantum
inuocetur nomen tuum super
nos ut tu vir noster voceris et nos
tue coniuges vel ut a Christo christiani
dicamur et in nomine Christi cuncta
faciamus. Aufer obprobrium nostrum

ut omnem peccatorum nostrorum memo
riam deleas. ne postquam est legit
timo spiritali societate fuerimus
impertiti nobis quia prius quam ad
te veniremus firmitate summus
sequitur ¶ Iudee illa erit germi
num in magnificentia et gloria et fructus
terre sublimis et exultatio hiis
qui saluati fuerint de israel Ger
men domini in magnificentia et gloria
fuit cum sempiternus dei filius
in terra temporaliter apparens in mansue
tudine virtutum et doctrine modo cla
rus effulsit. Fructus quoque terre sub
limis effectus est cum carne quam
de natura nostra que de terra est morta
lem deus susceperat in virtute re
surrectionis immortalem iam red
ditam ad celos subleuauit et
tunc exultatio fuit hiis qui sal
uati fuerant de israel id est discipulis
eius quia sic dilatati fuerunt de
gloria resurrectionis eius ut eo ce
los petente ipsi non solum nulla
afficerentur tristicia sed et gaudio
magno replerentur. nam sicut scrip
tum est recessit ab eis et ferebatur
in celum et ipsi adorantes regressi
sunt in ierusalem cum gaudio magno
et erant semper in templo lauda
tes et benedicentes deum. Et eadem
leticia habuit multos reliquorum
fidelium hebreorum quorum erat cor
unum et anima una de omnibus et
subditur ¶ Et erit omnis qui re
lictus fuerit in syon et residuus
in ierusalem sanctus vocabitur omnis qui
scriptus est in vita in ierusalem si
abluerit dominus sordem filiarum
syon et sanguinem ierusalem lauerit
de medio eius spiritu iudicii et
spiritu ardoris Omnis inquit qui
relictus fuit in syon temporibus apostolorum
et residuus in ierusalem tunc a illa
ciuitate iudeorum sanctus vocabitur
suprascripto nomine suo a christo secundum quod

ac si dicat christianus appellabitur
Ergo cayphas vocabitur sanctus
Annas vocabitur sanctus pharisei
et scribe vocabuntur sancti. non. sed
omnis qui scriptus est in vita in
ierusalem id est illi omnes quibus dicitur
gaudete quia nomina vestra scrip
ta sunt in celis Ierusalem enim
intellige illam supernam de qua
scriptum est Non commouebitur
in eternum qui habitat in ierusalem
Omnis ergo qui tempore apostolorum relictus
est in syon sanctus est vocatus qui
scribi meruit in libro vite sic
et apostolus ait In hoc tempore reliquie
secundum electionem gratie salue facte
sunt Omnis itaque qui relictus
fuit vocabitur sanctus si abluerit
dominus sordem filiarum syon id est si de
leuit peccata iusticia populi et sanguinem
ierusalem id est reatum effusionis domini
sanguinis lauit in spiritu iudicii
et spiritu ardoris sicut ait petrus
iam corde compunctis populum cre
dentibus quia saluatorem se crucifixis
se intellexerat Penitenciam
inquit agite et baptizetur unusquisque
quisque vestrum in nomine ihesu christi in
remissione peccatorum et accipietis
donum sancti spiritus. Ecce de spiritu iudicii
dicit penitenciam agite et baptizetur
unusquisque vestrum. de spiritu benigni
ardoris addidit Et accipietis
donum sancti spiritus. Et quia per quem
id est spiritus per quem fit remissio pec
catorum primum quidem discipulis
datus est spiritus iudicii. ac de
inde spiritus ardoris. Spiritum iudicii
qui audierunt accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis et quorum retinueritis retenta
sunt. Spiritus ardoris qui apparue
runt illis dispertite lingue tamquam
ignis. sedit que supra singulos eorum
et repleti sunt omnes spiritu sancto. Tunc
autem secundum si abluerit dominus sordem

filiarum syon dubitatiue dicitur nisi
non quia hoc incertum esset apud
dominum sed quia viro inventi fue-
runt pauci inter plurimos qui me-
rerentur ablui per hoc enim quod dicitur
si abluerit quasi ex magna multi-
tudine pauci forent abluendi
monstratur. Sequitur ¶ Et creauit
dominus super omnem locum montis
syon et ubi inuocatus est nu-
bem per diem et fumum et sple-
ndorem ignis flammantis in nocte
Appellacione montis syon designatur
ecclesia sicut septimum est. Qui con-
fidunt in domino sicut mons syon
Nubes uero diuina protectionem
significat sicut septimum est expan-
dit nubem in protectionem eorum. Nubes
autem prosperitatem designat et
non adversitatem sicut angelica
uoce dicitur proiectus est accusa-
tor fratrum nostrorum qui accusa-
bat illos ante conspectum dei
nostri die ac nocte. Hostis enim
antiquus prosperis nos male
uti studet accusare et in adversis
paciencia non habere. Itaque super
omnem locum montis syon id est in quo-
cumque loco est ecclesia et ubi inuo-
catus est dominus id est ubicumque a[b] omnibus
fidelibus inuocatur creauit
nubem protectionis et umbraculum
spiritalis per diem prosperitatis. Nam
quia in prosperis solet mentem contin-
gere calor temptacionis ibi di-
uina nubes necessaria est que
ardorem carnalium desideriorum
semper amoueat et mentem prospere
refrigerium. In nocte autem adversi-
tatis creauit fumum et splendorem
ignis in quo dicitur ignem veni
mittere in terram et quid volo nisi
ut ardeat. Hic ergo ignis quibusdam
fumum et aliis splendorem praebere
videtur iuxta quod apostolus ait

quis ē iste ignis

Aliis quidem sumus odor mor-
tis aliis autem odor vite in vi-
tam. Dum enim verum verbum in-
carnatum creditur a pluribus et aliis
quidem blasphematur alii autem
conuertuntur ad praedicationis ubera
alii impugnant alii recipiunt
procul dubio ignis iste aliis
fumum quo ceci fiant et aliis
splendorem quo illuminentur praebet.
Sed adhuc eandem sententiam
repetit cum subdit ¶ Super
omnem gloriam protectio et tha-
bernaculum erunt id est umbraculum di-
ei ab estu et in securitatem et in
absconsione a turbine et a pluuia
Omnis autem electus quid est
nisi gloria dei. Dicit enim omnem qui
inuocat nomen meum in gloriam
meam creaui eum. Super omnem
itaque gloriam id est super omnem quemque elec-
tum ~~proteccio~~ proteccio et thaber-
naculum est in umbraculum diei prospe-
ritatis ab estu uiciorum ut qui prospe-
ritas arridet et estus uiciorum ter-
rore mentem appetit diuina
protectio nos obumbret ac prospe-
rabat refrigerium. Et eadem protectio
nobis sit in securitatem a turbine in-
ter tribulationum et thabernaculum
illud in absconsione a pluuia
blandimentorum ut subdi protec-
tione securi simus non timentes
aduersitatum turbines et in thab-
naculo obumbracionis eius absco-
si mentes nostre non tangentur pluuiis
blanditiarum et mollium sermonum
dicens quoniam abscondit me in thab-
naculo suo in die malorum id est ab
thabernaculi sui. Hunc usque verba
sunt uisionis diuinis uates pro-
tulit. Hinc ad alia transitum facit v

Cantabo inquit dilecto
meo canticum patruelis
mei uinee sue. Vinea

letitie moyses transito mari rubro
cecinit. debbora quoque cum barach
parta victoria et david liberato
ab omnibus inimicis suis. Jeremias
non canticum lamentabile cecinit
dicens. Quomodo sedet sola civitas
plena populo et cetera. Novissime
quam moysi canticum ysaie magis
est quam gaudii quia ibi predici-
tur populi infidelitas. Ita et incipit ysay-
as canticum merorum cantaturus
Cantabo inquit dilecto meo canticum
patris canticum patruelis mei i.
dominum ihesum qui in futuro est con-
sanguineus assumpcione carnis.
Canticum dico habitum vinee sue
i. plebis sue. patruelis est filius
patrui. Patruus est frater patris
sicut avunculus frater matris. Pa-
truele ergo suum appellat propheta christum
propter generis propinquitatem quia
ex illa plebe scripturo erat hu-
manitatem. Vel christus est dilectus
cui pater ait tu es filius meus
dilectus. Et iste dilectus carmine
facit lugubre vinee sue. Ergo
ego cantabo dilecto populo meo
canticum vero sic incipit. Vinea
facta est dilecto meo in cornu fi-
lio olei. et in sequentibus dicit
Vinea enim domini sabaoth domus
israel est. Cornus aut cornu nisi
fortitudinem regni designat facta est
ergo vinea mea dilecto meo in
cornu quando antiquus dei populus
in regnum profecit facta est in cor-
nu filio olei quia ritus regni
eius fuit electa dei. Sequitur.
Et sepivit eam et lapides
elegit ex illa et plantavit eam
electam. Sepivit vel sepsit eam
angelorum custodiis. et lapides
elegit ex illa quia reliquias a-
morreorum abstulit et adversarios
expulit. Et plantavit eam
electam quia elegit eos sibi

in peculium ex cunctis gentibus
que sub celo sunt. Sequitur.
Et edificavit turrim in medio eius
i. templum. Et construxit torcu-
lar i. altare in quo sacrificio hosti-
arum offerri debebat. sicut est diffinitum
iuxta in lege. post omnia beneficia
subdit. Et expectavit ut
faceret uvas et fecit labruscas.
Expectavit ut vinea sua secun-
dum nature sue dulcedinem faceret uvas
i. ut populus dei iocundos ac dul-
ces bonorum operum redderet. sed e con-
trario fecit labruscas. i. amara
et agrestia paganitatis opera. La-
brusca quippe racemus agrestis
est et vocatur labrusca quia
in labiis terre nascitur. i. in viis
et sepibus significans opera gentium
que erant in circuitu eorum. Fecit la-
bruscas vinea domini quia iuda
degenerans a fructu patriarcharum
non instruit fructum. sed paganorum
opera fecit. Deinde vox ipsius pa-
trisfamilias infertur dicentis
Nunc ergo habitatores ierusalem et
viri iuda iudicate inter me et
vineam meam et cetera. Hoc loco
tacetur quid habitatores ierusalem
consentientes responderint sed in
euangelio declaratur. Dixerunt ei ma-
los male perdet et vineam suam
locabit aliis agricolis qui red-
dent ei fructum temporibus suis. Cumque
se ipsos condempnassent iudicio sub-
iecit exponendo dominus. Auferetur
a vobis regnum dei et dabitur genti
facienti fructus eius. Similiter modo
et hic loquitur. Iudicate inter me
et inter vineam meam. Quid est quod
debui ultra facere vinee mee
et non feci ei. An quod expectavi
ut faceret uvas et fecit labru-
scas. subaudi facere non debui
Nunquid enim mea culpa est. quod
fecit labruscas dum expectare

ut faceret uuas. Nunc igitur
ostendam vobis quid ego faciam vinee
mee et quasi in ewangelio dicit auferetur
a vobis regnum dei et hec loco sub
iungit Auferam sepem eius et
erit in conculcacionem direpcionem
diruam maceriam eius et erit in con
culcacionem et ponam eam desertam
et cetera Auferam sepem eius
id est custodiam angelorum et munim
me defensionis mee et erit in
direpcionem exercitum romanorum
Diruam maceriam eius id est muros iherusalem
obsidente tito et erit
in conculcacionem cunctis transeuntibus
quia cadent in ore gladii et
captiui ducentur in omnes gentes
et ponam eam desertam videlicet
et incultam ut nullum iam de
mestici operis fructum proferat sed
agrestia semper opera faciat // Non
putabitur et non fodietur et ascen
dent super eam vepres et spine
Non putabitur quia ramum in
torum abcia non abscidetur sed in pec
catis suis moretur et ligone
predicacionis non fodietur ut fruc
tificet Et ascendet super eam ve
pres et spine id est punctiones pec
catorum et criminum // Et nubibus
inquit mandabo ne pluant super
eam ymbrem / Hec et apostoli
dicunt. Fuit vinee vobis optebat
primum loqui verbum dei sed quia repelli
tis illud et indignos vos iu
dicatis vite eterne. ecce conuertimur
ad gentes Sit enim precepit nobis
dominus posui te lumine gentium. ipsi
enim sunt nubes quia de eis dicitur
qui sunt isti qui ut nubes volant
hiis ergo iussum est ne predicacionis
ymbrem super infructuosam vi
neam compluant quia missi sunt
ad gentes ubi fructum inuenirent
Hactenus misticos locutus / iam
euidenter quid sit hec vinea de
clarat subiunctis / Vinea enim
domini exercituum domus israel est

et uir iuda germen delectabile
eius / domus israel decem tribus
significat et uir iuda domum iuda /
de qua ortus est dominus que propter
tribus comparacionem / vir omnibus iuda
germen delectabile est / reliquie non eius
tribus tum vinea eius et populus
eius dicuntur // Expectaui ut
faceret iudicium et ecce iniquitas
et iusticiam et ecce clamor Inter
me et barrabam debuit facere
iudicium / sed fecit iniusticie. id est per
legis transgressionem. committendo
quem lex dampnat liberabat Non
mos quippe grecorum elegimus uocatur
lex. et inde anomia dicitur iniquitas.
quid est sine lege uel contra legem
est Et iusticiam expectaui ut fa
ceret contra penas impium et ecce
clamor ad usum me dicencium cru
cifige crucifige eum Aliud vero videtur sibi
et de illis intelligi possit. qui
nomine christiano censentur Vinea
inquit mea est dilecto meo in cor
nu filio olei Ecclesia est vinea dei
que est stirps profert qui tot palmi
tes mittit. quibus ipse loquitur
ego sum vitis vos palmites pro
cornu uero in parabolis aliquando designatur
ecclesia optima que pars terre / et
propheciam electa pars humani generis
facta est ergo in cornu vinea que
in electa parte hominum planta
ta est ecclesia propter oleum autem sancti spiritus
vnccio figuratur dicit ergo vinea facta
est dilecto meo in cornu filio olei /
filius patris quippe olei appellatus fidelis
dicitur qui adfuit dei in nostra sancti spiritus
vnccione tenetur / Dequo rursus
olei dicitur Computrescet iugum a facie
olei Iugum quippe a facie olei
computrescat. quia cum gracia sancti spiritus
vnctionem. accepimus termine seruitutis
libertatem. dum eos malignum spiritus
dominacio superba repellitur iugum co
tentus quo libertatis nostre colla pre
mebantur Vinea ergo facta est dilecto
meo in cornu filio olei. que ecclesia

facta est xpo in electis et spiritualibus
viris qui ex celesti gratia nati sunt
et sepsit eam et elegit lapides ex
illa et plantavit eam electam Sep
sit eam sicut scriptum est Salvator
ponetur in ea murus et in zacharia
capitulo ii ei ait dominus murus ignis
in circuitu Vel muniens disciplinae
sepis nomine designari potest Sepsit
ergo eam quia munimine disciplinae
cedit ei Quid vero per lapides in
ea noxios nisi divitias figuratur
eorum qui in credulitate permanserunt
dum fidem iudeus suscepit Elegit
ergo lapides ex illa quia religas in
fidelium diligenter abstulit de medio
habitationis fidelium et omnia
que dei cultum impedire potuit Et
plantavit eam electam quia sicut alibi
dicitur qui seminat bonum semen est filius
hominis Bonum ergo semen hii sunt
filii regni Licet ergo et zizania sup
seminavit inimicus tamen paterfa
milias non nisi bonum semen in ag
ro suo seminavit et vineam suam pla
tavit electam et edificavit turrim
in medio eius et torcular ex
struxit in ea Edificavit turrim in ea
quia dedit eis potestates Est con
fusio velud turris excelsa super
emineret ac provideret ei Custo
diret quam illam de quibus dicitur Et ha
bundantia in turribus tuis Ede
ait torcularium pressura tribula
tionis et districtio disciplinae figuratur
que purgat electos a sordibus viciorum
et separat a reprobis sicut eligit
uva in prelo et oleum a sanguinea
dividitur Unde et in multi psalmi
pro torcularibus intitulantur Itaque tot
et tantis dei beneficiis acceptis videamus
quid hic reddiderit Sequitur Et ex
spectavi ut faceret uvas et fecit
labruscas quia pro hiis que ei tot
tam bona tribuit et reliquias infide
lium qui lapides dicuntur pater illi
ubique largitus ineptus est et ex
nalium multitudine viciis adhesit
et impleverunt qui xpianum dicuntur
terrenaliter vivit Non solum etiam
sed et unum quemque nostrum dominus superna
quietate adhuc agendum expectat
Unde et per psalmistam dicitur Si venerit in
secunda vigilia et si in tertia vigilia
venerit et ita invenerit beati sunt servi
illi et fecit inquit labruscas
quia per singula nos expectavit eum
bestiis carnaliter vivere et pessimorum
exempla sectari atque infidelium
opera facere Nunc ergo habitatores ierusalem
et viri iuda iudicate inter me et
vineam meam Habitatores ierusalem
hii sunt qui habitant in ecclesia Hec est
enim civitas magni regis Hec est visio
pacis pax quippe in nobis sed tamen
filii pacis sumus multiplicata Et
viri iuda nos sumus propter xpm qui
ex iuda natus est ipsum quoque nomen
iuda refertur ad xpm sicut scriptum est
Iuda te laudabunt fratres tui manus
tua in cervicibus inimicorum tuorum ado
rabunt te filii patris tui Hunc itaque
sermonem ad habitatores ierusalem id est ad
eos qui sunt in ecclesia et ad viros iuda
haud dubium quin ad xpianos est
sicut eis dictum intelligere possumus
qui sedebunt super thronos xii iu
dicantes xii tribus israel Propria et mo
res iudicari vineam dominum quod tempus
est ut incipiat iudicium de domo
dei que et vinea eius est Et nunc
inquit ostendam vobis quid ego
faciam vinee mee Auferam sepe
munitionis eius et defensionis
eius quia ego ero murus in circuitu
eius et erit in direptionem a viciis
pravis id est malignis spiritibus qui
virtutum bona diripient Diruam ma
ceriam eius id est munimine disciplinae
eius destruam ac religionis ruinis
et erit in conculcationem quia viciorum
iniquis conculcabitur ab immundis spiritibus
Unde et alias dicitur Despice ut occidat
qui conculcet eam Et ponam eam
desertam ut iam nullius boni operis fru
ctum proferat non putabitur et non
fodietur et ascendet super eam

neque ratio et spiritus / putatio est estimatio
quidem enim vite quis ad punctandum
sumit computat / considerat et constat
quid abscindere debeat / et quid di
mittere contra et devius opera fidelium suorum
considerat et bona quidem conservat
mala non resecat / Certe vero malis
actibus assidue sunt dediti et obsti
nato animo precepta contempnat / non fa
cile eorum recedit miseria / Et terribili iu
dicio derelinquit eos in malitia
sua / et hoc est quod hic minatur / quia
non putabitur neque presumetur / nec de
malis que faciet incorpabitur / sed
in horrore iniquitatum suarum inculta
deseretur / Et nubibus mandabo ne
pluant super eam ymbrem / Nubes
sunt sancti predicatores qui arida corda
in pectoribus terrarum celesti intelligentie
fluctu rigant / Et iubentur totiens
pluviam tunc mediocris fuit auditor
cum ymbre celesti sicut per salomonem
dicitur / In auribus insipientium ne loquaris
quia despiciunt doctrinam eloquij
tui. Nam propter nimias subiectorum
culpas. sermo predicationis aufertur
doctoribus. Unde ezechieli dicitur
lingua tua adherere faciam palato
tuo et eris mutus / nec quasi vir ob
iurgans. quia domus exasperans
est. Unde et amos ait. prudens in
tempore illo tacebit quia tempus malum
est / Hoc est ergo quod dicitur. Et nubibus
mandabo ut pluant super eam ymbrem /
quibus diebus nimium complecti [illegible]
minus / quia in ora verbum dei quasi
populo eius loquitur. Vinea enim domini
exercituum domus israel est / et vir iuda
germen delectabile eius / domus israel
est cum populum dicitur / Si autem vos xpi
igitur abrahe filij estis. secundum promissi
onem heredes / domus israel etiam est
que fidem patriarcharum sequitur / et
etiam vinea dei est / vir iuda vero
quibus est. scilicet super mosaicum (?) Et
in vir iuda germen delectabile eius
est. quia in [illegible] filius delectatur
deus. qui non exasperationibus neque

convolutate carnis. neque ex vo
luntate viri. sed ex deo nati sunt. Ex
pectavi ut faceret iudicium et ecce
iniquitas et iustitiam et ecce cla
mor / Facere iudicium et iustitiam
est ut omnibus operibus que cogitas
facere. primo cogites deum. et si secundum
deum est quod cogitas diligenter exa
mines et si est contra deum [illegible]
sciens illud / si non ad [illegible] fuit
receptum. amputes illud ab anima
tua. Et qui levitate sue voluntatis
sequitur. Dum expectatur ut faciat iu
dicium et iustitiam. erumpit iniquitas
et clamor. Certe cum [illegible] peccata
committet / quasi loquitur [illegible] in auribus
dei. Certe non semper mala perpetrat
iam ad aures omnipotentis clamat
Unde scriptum est. Clamor sodomorum
et gomorre multiplicatus est. Et al
ibi clamor ad deum cottidie [illegible]
[illegible] ascendit loquitur //

Ve qui coniungitis domum ad do
mum et agrum agro copulatis
usque ad terminum loci / Numquid habi
tabitis soli vos in medio terre. Sunt
dispositis moribus populi sui / manifeste
contra loquitur in receptacio (?) quod superius
allegorice dixit vinea domini fecit
esse labruscas increpans avaros et
[illegible] qui iustos
[illegible] et qui mala laudant
bonumque blasphemat. Et qui sibi
sapientiam arrogat arguit. aut
qui videlicet se vinum bibere gloriantur
et singulis istis [illegible] pretium amari
tudinis minatur. Et sicut hic usque
ea que de populo iudeorum dicta sunt
ostendimus de populo xpianorum dicta
ita et nunc ad illos pariter qui xpianos
censentur vocabulo et talia faciunt
conminationes prophetias intelligamus
dirigi. Cernimusque aliena rapere 5o
contendunt cum multiplicare lar
ge habitationis spacia vel agrorum
fines [illegible] cupiunt audiant
quid dicitur. Ve qui coniungitis domum ad domum

et agro agros copulat usq; ad ter-
minum loci Numquid habitabitis
soli vos in medio terre. Et si dicitur
quonsq; vos extendit qui terre
in communi mundi habitacione consortes
minime possitis sequitur. In
auribus meis sunt hec dicit dominus ex-
ercituum. Talia opera sicut et superius
dictum est. ad aures supremi iudicis
clamat qui iratus adiungit.
Nisi domus multe deserte fuerint
deserto diuitum est signum ueheme-
ntis. et quod minatur manifestius con-
firmatur. Unde cum pharisei signum
de celo querent ab illo temptantes
eum ingemiscens spiritu ait Amen
dico uobis si dabitur generationi isti
signum. Et alibi sicut iuraui in
ira mea si introibunt in requiem
meam. Iratus ergo eis qui coniungit
domum ad domum dicit. nisi domus
multe deserte fuerint. quia dum a-
uarus multiplicandis possessionibus
insistit inopinata morte rapitur.
Unde diues qui dicebat destruam
horrea mea et maiora faciam
et illuc congregabo omnia que nata sunt
mihi bona mea. et dicam anime mee.
anima habes multa bona reposita in
annos plurimos. requiesce. comede.
bibe. epulare. diuinitus audiuit
Stulte. hac nocte repetunt animam
tuam a te. que autem preparasti cuius
erunt. Hoc itaque minatur dicens
nisi domus multe deserte fuerint. et
adhuc quod dicebat agrum agro copu-
latis subiungit. Decem enim iugera
uinearum facient lagunculam unam
et xxx modii sementis facient mo-
dios tres. Nam quia agros co-
pulant agris ut omnia fruges
habundancia colligat. iusto dei
iudicio fiunt hinc et agri ster-
iles ut et iugera uinearum uix
lagunculam musti reddant. et la-
titudo agrorum ubi xxx modii
sementis iacti sunt uix tres modi-
os reddat. Sepe enim propter auariciam
iniquitatis accidit terre sterilitas. Un-
de aggeus dicit Respexistis ad am-
plius et ecce factum est minus
post hec ysayas ebriorum luxu-
riam increpans dicit. Ve qui con-
surgitis mane ad ebrietatem sectan-
dam. et potandum usq; ad uesperam
ut uino estuetis. Cythara et lyra
et tympanum et tybia et uinum
in conuiuiis uestris. et opus domini non
respicitis nec opera manuum eius con-
sideratis. Hec et sine expositione
manifesta sunt. Talibus enim delecta-
tionibus corrumpuntur qui future uite
gaudia non querunt. et dum mu-
sicis sonis ac uino resoluuntur
opus domini non respiciunt a quo
eis dominus agendum precipiat. non co-
gitant. nec opera manuum eius que
propter ipsum in carne gessit considerant.
Unde et malignus spiritus in omnem
uitiorum seruitutem eos sibi subiungat Nam sequitur —
Propterea captiuus ductus est
populus meus. quia non habuit scien-
tiam. et nobiles eius interierunt fa-
me. et multitudo eius siti exaruit. Dum
enim conuiuiis et potationibus ua-
cant. spirituali fame et siti moriuntur
Sed uideamus populus iudeorum pro omnibus gen-
tibus a romanis ductus est captiuus
quia non habuit scientiam scripturarum
ut christum quem sibi moyses et prophete
promiserant cognosceret suscipere
Scripturam non sciunt aliquam nobis tibi b
est. aliquam potius potius non est in
locis apertioribus. quia ita sorbet
sicut inuenit cibus est in locis ob- a
scurioribus. quia exponendo quasi
frangitur et mandendo glutitur. Ideo
cibum enim ac potum uidet propheta
huic populo defuisse dicens. nobiles
eius interierunt fame. et multitudo
eius siti exaruit. Pauciorum quippe
est fortia et occulta cognoscere. multorum

non hystorie aptari sentire / et ideo
iudee nobiles non sunt sed fame in-
terisse asserit. quia hii qui possent
uidebant dum totos se exterior-
intelligentie dederant / quod de intimis
disserendo maderet non habebant
crinia non sublimioribus ab imo
intellectu cadentibus. paruulorum intel-
ligentia et in exterioribus existant
recte subiunguntur multitudo eius
siti exaruit. Et si apte dicatur. dum
uulgus uite sue studium defert
iam nec fluenta hystorie ex-
quirit. Sequitur. ¶ Propterea dila-
credent adversus ecclesiam. et per errores nebula firmat. et iuda et i. xpistianam populum absentia quamuis auellere ad se / et suis erroribus inuoluere. Sic enim multi galathas auellere ceperunt. unde eos per epistolam paulus ad ecclesiam reuocaret. Et gentiles animaduertit omnes. qui xpistianis in persecutionibus negauerunt. Tabeel bonus deus interpretatur. et gentiles atque iudei. bonitate xpisti redemptoris negatores. meliorem putant ea que ipsi colunt. Tenuerunt ergo iudam auellere ut regem in medio eius ponant filium tabeel .i. boni dei. quia sui erroris doctores cupiunt in nobis prepositos et doctores constituere. sed non erit et non stabit istud. Sed caput syrie damascus qui dicitur sanguinis potus. quia principes gentilium sanguine fidelium sitiunt. Et caput damasci .i. ipsius crudelitatis gentilium rasin .i. cursus. quia uelociter extinguetur. eorum tyrannica dominatio vel complicatio errorum caput ipsorum semper erit. Rasyn enim exponitur siue compilatio siue placentia dicitur. Sequitur. Et adhuc sexaginta et quinque anni et desinet effraym esse populus. et caput effraym samaria et caput samarie filius romelie. Si non credideritis non permanebitis. A natiuitate domini usque ad rebellionem iudeorum adversus romanos lx et v anni fluxerunt. Nam sexagesimo sexto anno rebellauerunt sub pontio pilato. Primo rebellionis permanentia succedente post tempus in statu conualuit ut et ipsi delerentur et urbes eorum et captiui ducerentur in omnes gentes. Unde ergo dicitur. Adhuc lx et v anni et desinet effraym esse populus. Fortasse et aliud quod spatium ponitur lx et v annos misterie designat. Nam septies decem septuaginta sunt. et quod sex diebus fiat operari secundum legem

sextarius operatione designat. Denarius legem propter decalogum. quinarius quinque sensus corporis. Quid ergo per lx et quinque annos exprimitur nisi omne tempus quo perfidus iste iudeorum populus carnalem legis actionem tenet. et quinque sensibus corporis seruit. post quod spatium exclusa potestate deficiet medullo iudeorum populus ut multiplicet decedentium mens. Nam cecitas ex parte contigit in israel. donec plenitudo gentium intraret Et sic omnis israel saluus fieret. Sic ergo quod post lx et v annos apostolica effraym desinet esse populus nullus enim fere remanet in credulo crescens multitudine. quia postquam plenitudo gentium intrat omnis israel saluus fiet. Unde et sequitur. Et caput effraym samaria et caput samarie filius romelie. Samaria quippe custodia dicitur et romelia excelsus domini custodia. ergo caput illorum erit. quia tunc obseruantie preceptorum dei uoluntati se subicient. Et caput huius custodie erit filius excelsi domini. quia principes religionis habebunt qui patriarche abraham filii non solum carne sed fide erunt ac moribus. Sic autem hec omnia mystice dicta et declarata exponendo subiungit. Illos qui contra ecclesiam pugnant dicens. Si non crediderint subaudi in xpistum non permanebunt sed cito peribunt. Aboleberis eorum ecclesia crescente. qui enim recti sunt habitabunt in ea. et simplices permanebunt in ea. Qui impii uero delebuntur perdent. et qui inique agunt auferentur ex ea. Si quis autem hos lx et v annos hystorialiter ad captiuitatem decem tribuum referre uoluit. uideat quod tres reges iuda in hac narratione propheta posuit sub quibus et prophetauit et sequitur c

regnit in diebus achaz filij io
atham filij ozye Et vbi computat
ut hebrei volunt a xxv° v° anno
regni ozye usq ad sextu annu
regni ezechie in quo salmanas
sar cepit samaria et transtulit
israel in assirios. Ergo cu ozyas
sub quo et iste ppha e cepit ppha
re in templo adolere incensu voluit
et percussus e lepra volunt hebrei
fuisse annu regni eius xxv^m. v. tunc
reliqui anni fuit xxvij. Omnes
cu anni quibus regnauit quinq
duo ginta anni fuerunt postq regnauit
ioatham filius eius annis sedecim
et achaz filius achaz sedecim
aliis Et post hunc regnauit ezechi
as cuius vndecimo regni anno sa
maria capta e. Atq ita sol anni fuit
sexaginta quinque loquitur.

Et adiecit dns loqui
ad achaz dicens pete
tibi signum a dno deo tuo
in profundu inferni siue in excelsu
supra. et dixit achaz. non petam
et no temptabo dnm. Et dixit
audite ergo domus dauid. Nunquid
parum vobis e molestos esse hominibus
quia molesti estis et deo meo. propter
hoc dabit dns ipse vobis signu. Ecce
virgo concipiet et pariet filiu
et vocabit nomen eius emanuel.
Butirum et mel comedet. ut sciat
reprobare malu et eligere bonu.
Et si hic non possum intelligere. ezechia
ex matthei volume nobis innotes
cit a dno dictum. Ecce virgo co
cipiet et pariet filiu. Et dns
qui hic dicitur permittit dicens Nun
quid parum e vobis molestos esse
hominibus quia molesti estis et deo
meo. Ergo e ipse dns qui dicit
molesti estis et deo meo. ipse
qui alias loquitur. ascendo ad
patrem meu et patrem vrm deu
meu et deu vestrm. ipse enim ppe
misterium fuit incarnacionis

verum deu suu et patrem. et sic de
se in carnacione qui de alio loquitur
pete e inquit signum a dno deo
tuo in profundum inferni siue in ex
celsu supra. Signum quippe in profundo
et in excelso descensio xpi e
ad inferos et ascensio in celos
dei. non mirabile signum fuit
qui infernu confregit. et spoliat
atq regi celorum ascendens aperuit
quod signum iubetur petere achaz
non simpliciter. Sed sibi. quia xps
non propter se. sed propter nos usq ad
inferni profunda descendit et usq
ad soliu paterne maiestatis ascendit
Sed achaz ut pote peccator. ignorans
misteria dei. non petam inquit et non
temptabo dnm. putabat enim
hoc temptacione fore si ille signum
peteret. Et dns totaliter incredulorum
progeniem increpans ait. Audite
ergo domus dd. que signum incarna
cionis mee et saluacionis petere
non vult. Nunquid parum vobis
e molestos esse hominibus quia mo
lesti estis et deo meo. molesti
erat hominibus a tunc vectibus quia
que humane salutis exigebat postu
lare nolebat Nec eum qui genus
humanu saluare poterat. et confinge
re infernus qui tutor animas iusti
ciens retinebat. et aperire
celum populo storum. Sed et deo mole
sti erat. quia quod ipse dare vole
bat ipsi nolebat petere. deo quippe
pro salute humana greui moles
tus e. quisquis se saluti subtra
hit et eum contemnit qui facile
saluare possit quod hic inquit quia
non solum hominibus sed et deo mo
lesti estis nolentes petere signum
triumphi xpi per quod salui sitis sa
bat ipse dns vobis non postulatis
signum natiuitatis sue. dabit vobis
dns signum et quod signum. Ecce
virgo concipiet et pariet filiu

Recte conceptus eius partus virginis
vocatus signum que sit mater
effecta est ut virginitatis non amit
teret sigillum. Signum quippe
sigillum appellari potest solet
perpetue Et ipsa post partum virginitatis intact
tum signaculum vocatur in canticis
ortus conclusus fons signatus
Vel signum i. miraculum vocatur concep
tus et partus eius quia toto
orbis letus admiratur. Quoniam virgo
concepit et peperit et in eternum
virgo permansit Et vocabitur ex domo
dauid nomen eius emanuel
i. nobiscum deus. Nobiscum deus
vocatur quia cum sit unigenitus
dei super terram in carne visus est
et cum hominibus conversatus est Et
corporaliter ascensurus in celum
promisit nobis dicens Ego vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consumma
tionem seculi. Domus autem dauid que
nomen eius emanuel vocat
primo maria et ioseph de domo
et familia dauid sunt. ac no
mine dicuntur. Butirum et
mel comedet. Butirum ex lacte
est et lac ex carne fit vel aut
tabit ex acie. Quid ergo per butirum
nisi sua humanitas eius exprimitur
Et quid per mel nisi dulcedo diuine
sapientie eius. Comedet itaque butirum
et mel quia humanam et diuinam sa
pientiam habuit. Et propterea sci
uit reprobare malum et eligere
bonum quia prudentia humana
et diuini sensus omne quod ma
lum est sapienter respuit et omne
bonum eligit. Hinc enim factum
est ut ipse peccatum nullum committeret
omnem quoque iustitiam adimpleret
atque in fine seculi genus humanum
iudicet. Sed ut misticam intellige
tiam in hiis prosequamur. iubetur
achaz signum petere in profundum
et in excelsum. et respondet

non petam. at si diceret apostolus ut
morte saluatoris et ascensionem
optaret et illi magis eam accepta
uerunt. Septimum est etc. Exinde
cepit ihesus ostendere discipulis
suis quia oportet eum ire ihero
solimam et multa pati a senio
ribus et scribis et principibus
sacerdotum et occidi et tertia die
resurgere. Et assumens eum petrus
increpitabat eum dicens Absit a te
domine non erit tibi hoc. Qui conuersus
dixit petro Vade retro me sathana
nas scandalum es mihi Ecce quod
dominus morte sua et resurrectionem
premittat discipulis et petrus
ait. absit a te domine non erit tibi hoc
hoc est illud nimirum quod achaz pre
cepit signum inferius et superius
petere. Et dicit non petam et non temp
tabo dominum. Et quod petrus audit
scandalum es mihi. Hoc est quod domum
dauid quia discipulis christi dicitur. Numquid
parum vobis est molestos esse hominibus
quia molesti estis et deo meo
Molesti erant apostoli non solum scribis
hominibus a prophetis sed etiam deo quia
nolebant ut moreretur christus et
resurgeret. sicut prophete predixerant
et deus disposuerat. Propter hoc
inquit dabit vobis signum ipse dominus
quia ecce virgo ecclesia concipiet
et pariet filium i. masculine vir
tutis ~~filium~~ populum electorum et vo
cabunt nomen eius emanuel
i. christianum. Nam et in participa
tione sui nominis est christus nobis
biscum dominus ab illo christiani vo
camur. Butirum et mel comedet
Butirum spiritualis gratie pingue
dinem designat. dicente salo
mone. Qui fortiter premit ubera
ad eliciendum lac exprimit butirum
Ubera ecclesie fortiter premimus. cum ubera
sacri eloquii subtili intellectu pre
samus circa passionem domini.
Lac querimus butirum inuenimus

qua domini inueni: uel tenui in
tellectu quamuis ubertate mentis pin
guedinis impinguatur. Per mel uero
dulcedine celestis doctrine designat.
ut predictus salomon ait: Comede
fili mel quia bonum est et fauum
dulcissimum gutturi tuo. Sic
et doctrina sapientie anime tue. Fili
itaque butiro et melle pastus
electorum populus que gignit ecclesia
et per hoc facit reprobare malum
et eligere bonum. Nos cum sufficit
nobis auditus scripturarum nisi et unctio
spiritus doceat nos de omnibus. Sequitur
Quia antequam sciat puer
reprobare malum et eligere
bonum derelinquetur terra quam tu
detestaris a facie duorum regum
suorum. Cum sint hii duo reges sup
don e. scilicet roo Syrie et rex
israel pugnantes contra populum dei
et antequam puer iste per humani
tatis sensum discernere sciret inter
bonum et malum derelicta est terra
quia achaz quasi princeps ...
detestatur cum illis adeuntibus magis
atque pastoribus. Syria quippe ab
oriente est et magi uenerunt ab
oriente ierosolimam dicentes Ubi
est qui natus est rex iudeorum. Vidi
mus stellam eius in oriente et ue
nimus adorare eum. Audiens autem
herodes rex turbatus est et omnis
ierosolima cum illo. Et congregans
omnes principes sacerdotum et scribas
populi sciscitabatur ab eis ubi christus
nasceretur. at illi dixerunt In bethle
hem iude. Dum ergo herodes i
ratus et omnis ierosolima cum eo
patet quia et syria cepit recedere
super effraim cum iuda. Nam
duobus his regibus aliud hoc
loco possumus accipere herodem
qui gentilis erat et alium princi
pes sacerdotum et scribas populi. Fa
cie quorum dereliquerunt terram cum
magi. qui cum audissent regem
abierunt et inuenerunt puerum
cum maria matre eius. et pro
cidentes adorauerunt eum. pasto
res quoque deseruerunt terram detesta
bilem et uenerunt festinantes et
inuenerunt mariam et ioseph et
infantem positum in presepio. Om
nes tamen neque loca mutauerunt
ad christum uenientes. tamen detesta
bilem terram quia reliquerunt magis
intelligenda est perfidia iudeorum
et infidelitas gentium. Sequitur
Adducet dominus super te et super
populum tuum et super domum patris
tui dies qui non uenerunt a die
bus separationis effraim a iuda
cum rege assiriorum. Quod quia hunc
usque titanius achaz a populo ge
rit formam atque summorum ecclesie
sacerdotum. dicit ergo Adducet dominus
super te et super populum tuum congre
gatum. et super domum patris tui.
id est super ordinem sacerdotum dies ho
nos. quales non uenerunt ex quo
separatus est effraym a iuda id est
populus iudeorum a populo fidelium
et sociatus cum rege assyriorum
id est cum principe demonum diabolo.
Assyrii quippe conuincentes in
terpretantur. uel coarguentes quia
malignos spiritus eos ante eternum
iudicem iudices conuincent et
coarguunt qui in eis iniquitatis
persuasionibus consenserunt. Primum
autem dies promisit optabiles
subditos manifestat. Et e
rit in die illa. sibilabit dominus
musce que est in extremo flu
minum egypti et api que est
in terra assur et uenient et re
quiescent omnes in torrentibus
uallium et cauernis petrarum
et in omnibus frutectis et omnibus
foraminibus. Primo enim in sibilo
in sermone diuine predicationis
figuratur. uel in eterna assumptio

egypti uero minus insolens et inquietum animal est ac immundum et nigrum. Lingua quid aliud quam superbus quosque et inquietos predicatores exprimit. Et que sunt egypti fluminis, id est defluencia carnis vicia. Differt autem esse in fluminibus egypti et esse in extremo fluminum egypti. Est enim in fluminibus egypti qui moratur in viciis et cecitate cordis et est in extremo fluminum egypti qui ad pessimam flagiciorum peruenit omnem nequiciam. Quid itaque per muscam extremi fluminum egypti designatur nisi uel gentilitas uel quelibet anima omnibus peccatis et erroribus dedita. Quid uero per apem que est in terra assur nisi philosophi et poete gentilium, qui dulcia ferentes et in posterioribus latenter pungentes et occultum virus infundentes. Vel omnis qui verba sua penitus indulcat et in fine aculeum (?) pungunt. Hec est enim terra assirium nisi infidelitas uel impietatis nices et voluntas ubi regnat hostis antiquus. Hec est terra longinqua regio in qua minor filius dissipauit bona sua viuendo luxuriose. Et huic ergo musce uel api dominus sibilum vocis sue non denegat. Vel per muscam designatur iudaicus populus qui ad sacrificiorum sanguinem more muscarum concurrebat. Et hec musca, qui in sordibus ulterius modicum sorduerat, in extremo fluminum egypti conlabat, quia quamuis plebs ista deo extiterit (?) familiarior, tantum vel illos qui in tenebris et in umbra mortis sedebant per inobediencia deterius effluebat. Per apem uero que in assiria natalis est gentilitas exprimitur, quia tunc gentes que legem non habent naturaliter ea que legis

sunt faciunt. Eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et aliter ergo gentes sine duce sine doctore inul literate satagebat aut sine lege que legis erant faciebat. Et hec apis erat in terra de qua dicta est: Terra eius et in terra ibis, in terra fructuosa, in terra assur. Que interpretatur captiuacio uel interpretacio elacio uel deuastacio, ut a dyabolo captiuitas et elacio et deuastacio et gentilium animas usque ad aduentum domini intelligamus. Quid uero per torrentes vallium nisi doctrine figuratur templum. Et quid per cauernas petrarum nisi vulnera martirum. Torrentes enim uocamus riuos qui aquis hyemalibus colliguntur et estiuo tempore siccantur. Quare ergo predicatores sanctorum torrentes vallium appellamus quia omnium imperiti uita riuos influunt qui in hyeme colliguntur aquarum multitudines. Sed estiuo sole adueniente se subtrahunt quia cum eterne patrie lux emicuit, doctores predicare cessabunt. De cauernis autem petrarum supra diximus. Requiescunt ergo musce et apes in torrentibus vallium et cauernis petrarum, quia gentiles peccatores et predicatores doctorum delectabiliter bibunt et martirum passionia querunt. Quid uero per frutecta nisi pueriles asperitates discipline signatur. Solent enim apes construere mella colligere, quia qui in disciplina conuersantur etiam circa dulcedinem percipiet. Quid autem in foraminibus nisi mysteriorum eloquiorum perforaciones figurantur et aperciones. Ita sicut lapis preciosus diuersis modis perforatur et sculpitur, ita mysticus sermo dei diuersis interpretacionibus aperitur. Et in hiis ergo foraminibus requiescunt musce et apes.

quam in spirituali intelligentia
scripturarum delectamur quasi pecca-
tores. Sequitur v. R.
In die illa radet dominus in no-
vacula conducta in hiis qui
trans flumen sunt in rege assy-
riorum caput et pilos pedum
et barbam universam. Quid per
caput nisi sacerdotii summa de-
signatur. Quid per rasos capillos
nisi sacramentorum subtilitas ablata.
Quid per pilos pedum nisi sacramen-
ta levitarum. Quid per barbam nisi
decus regni. Rasit ergo dominus in hiis
qui trans flumen sunt in rege assy-
riorum caput quia sacramenta pre-
ceptorum suorum mutavit sacerdotum
iudeorum qui per baptismum nolebant
transire ab egypto in diaboli rege
permanent. Rasit et pilos pedum
quia levitarum ministerio spiritua-
lia sacramenta abstulit. Rasit
et barbam quia regnum israeli-
ticum destruens decorem virtutis eius
amputavit. Rasit hec in novacula
conducta qui gladio romanum
exercitus abstulit eis regnum
abstulit et templum in quo sacer-
dotum et levitarum complebat offi-
cia. Sequitur. Et erit in die
illa nutriet homo vaccam boum et
duas oves et pre ubertate lactis
comedet butirum. Quis iste
homo nisi mediator dei et hominum
homo christus ihesus. Et que est
vacca boum quam nutrit nisi
ecclesia apostolorum atque doctorum qui bo-
num filia habet enim vaccam et in
abrahe sacrificio legimus. Que
sunt oves due nisi simplices
ac mansueti de utroque populo fi-
deles de quibus ait non sum missus
nisi ad oves que perierunt domus
israel. Et alias oves habeo que
non sunt ex hoc ovili. Lac vero in-
troductionis sermo est quo

imbuuntur minus capaces. Sic
ait apostolus. Tamquam parvulis in christo
lac vobis potum dedi non escam.
Quia ergo vaccam et duabus ovibus
pre ubertate lactis homo comedet
butirum quia dominus ab ecclesia ubi
catechiso et primum est pre ubertate
boni sermonis pinguedine pa-
scitur spiritualis intelligentie in se cum
pascitur dominus membra eius pa-
scuntur. Sequitur. Butirum enim
et mel comedet omnis qui relic-
tus fuerit in medio terre. Medium
terre iudea et ierusalem est. Relictus
in medio terre ille est de quo su-
perius ait. Omnis qui relictus
fuerit in syon et residuus in ie-
rusalem sanctus vocabitur. Quod vero de-
super cadit butirum aut coagulum
lacte colligitur. Quid ergo coagulum bu-
tirum vel ex carne est sermo aut
patris unigenitus cum sit deus
super omnia homo factus est
inter omnia. Quam cum nos dulce-
dine sue divinitatis et misterio
incarnationis replet melle
nos pascit et butiro saciat. Que
quoque apostoli christi inter fidelium he-
breorum quas repleuit et divini-
tatis eius dulcedine et incar-
nationis fide letificat. Recte
dictum est quia butirum et mel
manducabit omnis qui relic-
tus fuerit in medio terre. Sequitur.
Et erit in die illa omnis locus
ubi fuerint mille vites et mil-
le argentei et in spinas et
in vepres erunt. Cum sagittis
et arcu ingredientur illuc. Per
vites nisi sancti designantur vocibus
bonorum operum ferentes quibus
ait dominus. Ego sum vitis vos
palmites. Quid per argenteos
nisi sermone boni figurantur.
Nam argentum electum lingua
iusti est. Quid per millenam
nisi plenitudo innui videtur

sumit mille vites erunt et mille
argenteis · quia ubi fuit copia mi
rorum spiritualium ibi et erit predica
tionis copia · Nam subiecti testa
mento novo inveniebantur · qui statum
predicationis habebant · sed in tempore re
velate gratie · de quo in primo capitulo
redundat terra fidelium ubique ver
bo veritatis · Et in spinas et in ve
pres erunt · qui cum peccata et vi
cia gentilitatis directi sunt · Quid
enim per spinas et vepres nisi pun
ctiones peccatorum insinuat · quibus
velud desertum plena erat gentili
tas · Cum sagittis et arcu in
gredietur illuc · quia ministerio sancti
apostoli ad ferenda gentium vite du
ria tum districtis laborum periculis
venerunt · Scriptura enim sacra arcus
est · de qua ad corda hominum sicut
sonetes sagitte sic terrores sente
tie venerunt / sequitur ¶ Vepres
enim et spine erunt in universa terra
et omnes montes qui in sarculo
sarrientur · non veniet illuc terror
spinarum et veprium · Et erit in
pascua bovis et in conculcationem
pecoris · Vepres et spine tamen pec
cata vel peccatores designat · mon
tes vero status conversationis publicos
Sarculum autem confessionem ferri
bidens · velum doctrine significans
autem utriusque testamenti · Mon
tes ergo qui in sarculo sarrientur
vel fodientur non veniet eis terror
spinarum et veprium · quia qui
verbo doctrine purgabuntur non
timebunt peccata et vicia · qui non
vias viciorum herbas diminuunt
ubi sarculo certa dicebant neque
metuent eos qui occidunt corpus
Et erit subaudi universa terra
in pascua bovis · quia sanctus
quisque predicator in tota multi
tudine inveniet quos de
in corpore et in conculcationem
peccatores · quia certa fidelium

multitudo tantum conculcat ter
rena nec confusione peccatorum pasci
tur predicator. Bos quippe est pecus, doctor est
vel plebs fidelium / Sequitur
ET dixit dominus ad me su
me tibi librum grandem
et scribe in eo stilo hominis velo
citer spolia detrahe cito predare
Et adhibui mihi testes fideles
Uriam sacerdotem et Zachariam
filium Barachie Et accessi ad
prophetissam et concepit et peperit
filium Et dixit dominus ad me · Vo
ca nomen eius accelera spo
lia detrahe festina predari · Qu
ia antequam sciat puer vocare patrem
suum et matrem suam auferetur
fortitudo Damasci et spolia
Samarie coram rege Assiriorum
Quid vero per ysaiam nisi moy
ses et prophete signantur · Quid per librum
grandem nisi scriptura veteris · Quid
per stilum hominis nisi sua rationalis
animi · Quid per uriam sacerdotem
nisi qui sub lege fuerunt sacerdo
cio · Urias enim interpretatur lu
mina dei quia lumine veritatis
et iusticie quod in eis erat domi
ne dei faciebant · Quid per Zacha
riam qui dicitur memor domini · nisi
doctores qui in lege domini die
ac nocte meditantes divinarum
scripturarum habebant memoriam · Bara
chia vero interpretatur benedictio domini
et barachia pater Zacharie est
quia sancti doctores filii sunt benedic
tionis domini · Quid vero per prophe
tissam nisi synagoga figuratur
Quid per filium eius · nisi redemp
tor noster / Ysaias itaque librum de
sumens stilo hominis in eo scribit
dicens parvulo ihesu velociter spo
lia detrahe cito predare · Quia
omnes veteris testamenti scriptores
racionabili sentencia in eo scripserunt

quod dei filius in carne apparens
regnum dyaboli festinaret in
vasurus erat et ab eo captivos
homines recepturus. Cuius rei te
stes adhibuit propheta uriam
et zachariam. quia moyses et
ceteri. qui libros testamenti veteris
scripserunt archana cordis misteria
sacerdotibus et doctoribus tradiderunt.
Quibus in testimonium adhibitis
accessit ysaias ad prophetissam
ut impregnaret eam. quia sanctam propheticam
testibus sacerdotibus et magistris
cordi synagoge fidem divine in
carnationis insinuerunt. Syna
goga enim christum concepit ex quo
nasciturus erat ex sua carne cre
dere cepit. Concepit et peperit quando
preparatum virginis enim nobis in
carnatum credidit. Cuius nomen pro
pheta vocavit. accelera spo
lia detrahe. festina predari. quia
prevenit enim mox nativitatis
sue pastores et magos ad se
venturos. et alacribus desideriis
enim hortabatur ut celer agere
festinaret. debellaturus enim in
toto orbe regnum dyaboli. Hec
prima ille puer spolia detraxit
ut assidua invidorum pastores
ad se converteret. et magos ad se
adorandum conversos a peste illius
superstitionis averteret. Priusquam tamen ad
huc ob infantilem ignorantiam
nesciebat vocare patrem suum
nutritorem suum ioseph et matrem
suam virginem. sicut et ieremias
dicit. Ecce nescio loqui quia puer
sum ego. Sapientia enim dei novit
omnia. expers autem agnitionis
infantia pro humana utique impo
tentia quod adhuc non dicebat
ignorabat. Unde proficiebat sapientia
et etate et gratia que in divinitate
non habuit profectum. Sed tamen ab
stulit fortitudinem damasci.
et spolia samarie. Syriam

quippe gentilitatem significari di
ximus. Damascus autem sanguinis
poculum vel sanguine bibens in
terpretatur. est caput syrie damascus
quia cultui demonum subdita
gentilitas. animam suam velud quondam
sanguinem dyabolo in poculum libat.
Cuius itaque fortitudinem dama
sci. et voluntate et morte aliarum
et crudelitatem putamus nisi ma
gos. in arte enim magica totius
erroris. et predicationis virtus co
valescebat. Cuius vero per samar
riam nisi invidorum perfidia signatur.
Dum igitur magos atque pastores
ad se puer convertit. abstulit vir
tutem damasci et spolia sata
ne. Quod sic factum est coram rege
assiriorum. quia cognovit dyabolus
magorum suorum rapinam quod per
tulit. Unde et herodem inflam
mavit. ut natum regem extin
gueret quem ob omnes parvulos ex oc
cansos occideret. Sequitur.
Et adiecit dominus loqui ad
me adhuc dicens. pro eo
quod abiecit populus iste aquas syloe
que vadunt cum silencio et assumpsit
magis rasyn. et filium romelie
propter hoc ecce dominus adducet super
eos aquas fluminis fortes et
multas regem assiriorum et omnem
gloriam eius et ascendet super
omnes rivos eius. et fluet super
omnes ripas eius et ibit per
iudam inundans et transiens
usque ad collum veniet et erit
extensio alarum eius implens
latitudinem terre tue. o emanuel.
Quem syloa missus interpretatur per sy
loam intelligimus christum. qui
missus est [illegible] ad redimendum et per
aquas syloe predicatorum omnis
per aquas enim doctrina designatur
sicut scriptum est. Aqua sapientie sa
lutaris potavit illum. Que
subaudi aque vadunt cum

silencio .i. maturam spirituali potencia
leniter sine strepitu et clamore
verborum ingrediuntur. quia sicut Sa
lomon ait. verba sapientum audi
untur in silencio. Cum ideo per Rasyn
regem Syrie iussit Cezare in tol
ligi voluit. cum de peccatore filium
Romelie id est phariseos et legis
doctores. Abiciat ergo populus iude
orum aquas Syloe. quia perdita
tempore deum respuit et elegit
Rasyn .i. regem gencium ducem Ro
manorum regem iussit Cezarem. Hunc
Rasyn inceptor placencia quia
secundum placenciam et libitum volu
tatis sue dominus hoc. Et assump
serunt potius filium Romelie
.i. phariseos et scribas qui a sanctis
patribus originem ducunt. Propter
hoc adducet dominus super eos aquas
fluminis fortes et multas .i. turba
in gencium validos et copiosos
populos regis scilicet Assyriorum .i.
Vespasiani ducis Romanorum. Qua
re Assyrii dicuntur coarguentes
mito Romanum vocatur Assyrii qui
iudeorum iniquitate arguentes vla
scabantur. Et quia populos Romanorum
exercitus aquas fluminis ap
pellavit loquitur methaforice
de eo qui defluunt nimia ex
crescente et aucta replete. Vel
per aquas fluminis impetum tribu
lacionis illius. quia tunc iudei
pertulerunt intelligatur. Aque enim
vel populos vel tribulaciones hic sig
nificat. Et ascendet inquit super
omnes rivos eius etcetera. Rivos
eius singulas tribus ac fami
lias fortasse nominat et ripas
terminos tribuum et familiarum. Sed
iste fluvius tribulacionis exce
dens omnes et tribus et limites
terminos et penitus inundacionem
transiens usque ad collum venit.
ut subiugetur omnes sicut flumine
tum usque ad collum venit. Et ex
tensio alarum eius exercitus
implevit latitudinem terre Ema
nuel .i. iudea omnem et Gali
leam. Quando ipsa terra eos
iudeos in Ierusalem concludens atque
pertytum Vespasianus filium suum
deus ait. Congregamini populi et
vincimini et audite universe procul
terre. Confortamini et vincimini
accingite vos et vincimini. Inite
consilium et dissipabitur. et loquimini
verbum et non fiet quia nobiscum
deus. Hec enim tempore obsidionis
et captivitatis completa sunt. Illius
Neque enim tunc iudeis iam deus
erat. sed tunc christianis nunc scilicet.
Hec enim ait dominus ad me sicut
in forti manu erudivit me
ne irem in via populi huius dicens
Non dicatis coniuracio. Omnia
enim que loquitur populus iste con
iuracio est. Nobiscum deus est .i. Christus
Dicit enim ipse Christus dominus ad
me. Sicut in forti manu eru
divit me deus pater meus .i.
sicut enim tunc valida virtutem
dederat. non enim ad mensuram dat
deus spiritum. ne per viam populi huius
incederet. insinuat actores eius
in bello animo sequens et in
erudito corde per inspiciendum
dicens sed ut ductoribus necessaria
fortitudinis et sapiencie teneret. Hinc
contra eum indignatores dominus
aput se. Christus est Christus ad
videndum qui dissilis est aliis
vita illius et immutate sunt
vie illius tamquam nugatores
estimati sumus ab illo et abstinet
se a viis nostris tamquam ab immundi
ciis. Vos ergo venit in via populi huius
sed pater enim valida manu co
fortavit et sapiencie erudivit.

ne in magistri sui iret ipse ei
ac discipulis eius dixit. Hec dicen-
tis quia ... contrario sit ad insti-
nos. Omnia enim que loquitur populus
iste de nobis coniuratio est. Coniura-
vit enim adversus salvatorem et
conspiravit ut si quis illum con-
fiteretur xpm extra synagogam
fieret. Et qui coniuratus semper fa-
ciebas nunquam cessavit mala co-
ntra eum machinari. Donec in-
terficerent eum. Sic et in disci-
pulos eius qui iurantes semper
habuerunt discordias semper eis
mala fabricantes. Unde et subdit.
Et timorem eorum ne timeatis neque
paveatis. Dominum exercituum ipsum
sanctificate. ipse sit pavor vester et
ipse terror vester. Et si dicerent. Nolite
timere eos qui occidunt corpus
animam autem non possunt occidere. Sed po-
tius eum timete qui potest et animam
et corpus perdere in gehennam. Sic
et Petrus ait Timorem eorum ne
timueritis ut non conturbemini. Dominum
autem xpm sanctificate in cordibus
vestris. Sequitur. Et erit vobis
in sanctificationem. in lapidem autem offen-
sionis. et in petram scandali
duabus domibus Israel in laqueum
et in ruinam habitantibus Jerusalem.
Et offendent ex eis plurimi et ca-
dent et conterentur et irretientur et
capientur. Sanctificationem fuit disci-
pulis quia per ipsum sunt gratiam adep-
tis. Sed duabus domibus Israel id est iu-
de et reliquis decem tribubus
factus est in lapidem offensionis
et in petram scandali. Comparabat
enim eum iudei ceteris. Sed quia ve-
nit humilis et contemptus contempse-
runt eum et offenderunt multi
et pertulerunt scandalum. ut multa
ratione iam dominum credere possent
honorem ... videbant. Sic ergo
in petram scandali factus est. Et
habitatoribus Jerusalem factus est in laqueum

Nam apud se superba sapientes de ... fuit ... que ... fuit quod eis lapis offensionis ... mori ... //

et ruinam. quod dico. quod enim
spiritualiter persecuti sunt. semetipsos
laqueo sue deceptionis involverunt
et ruinam. Et non solum animarum sed et
totius urbis acquisierunt. ut tam
corporis tota deleretur civitas. Et offen-
dent inquit ex eis plurimi. Non
omnes offenderunt. sed plurimi quia
multi erant credentes in xpm cre-
dentes. Et cadent inquit et conte-
rentur. Cadentes quidem sunt. quia
velut a celestibus terrena quesierunt
... eum maior casus. Vel quo
potest esse maior quam ... de ex-
celso creatore creaturam querere.
desertis supernis gaudiis infimis
rebus inhiare. Casum quem et contritionem
passi sunt. quia amissis celestibus
desideriis. terrenum est omne quod sciunt
Et irretientur peccatis suis. Et capien-
tur laqueo perpetue mortis. Vel in ob-
sidione Jerusalem sunt irretiti. quando
civitas capta est. et illi sunt capti
Omnia quia multitudo iudeorum offen-
dens in lapidem offensionis eo
facta est. electio autem vera co-
secuta est iustitiam. Ideo apte
subiungitur. Liga testimonium signa
legem in discipulis meis. Et ex-
pectabo dominum qui abscondit faciem
suam a domo Iacob et prestolabor
eum. Hec vox xpi ad prophetam
ut dirigitur. Propheta quippe testimonium
xpi in nobis ligat. quia fide
eius firmo prophetiarum menti
cordis tenaciter adglutina-
tum ... nobis sit. ea que dixerunt
prophete ... fingi potuisse
legem quam signat in nobis quando
precepta eius cordi nostro firmiter
includit libenter enim memores
sumus mandatorum eius ad faciendum
ea. Cuius potentia et promis-
sione dubitare nequimus. Liga
inquit testimonium veteris testamenti
et trade illud discipulis meis
id est apostolis et fidelibus qui ...

suscepunt et signa lege meas
Denique quia fides salvatoris et lege
discipuli tenuit quam iudei ma-
xime tempore passionis eius ami-
serunt ligari iubet testimonium sig-
lege in discipulis meis Et expec-
tabo dominum ut me resuscitet qui
tamen mea tegeret nunc qui
abscondit faciem suam a domo ya-
cob quia eo quo me negaverunt
et patrem patrem amiserunt omnis
enim qui negat filium nec patrem
habet Sequitur.

Ecce ego et pueri mei quos
dedit mihi dominus in signum
et in portentum in israhel a domino
exercituum qui habitat in monte
syon Pueri notantur qui mandatis
celestibus inserviunt et puerorum
nomine discipulos suos intelle-
guntur qui precepta eius servabunt
servaverunt Ecce ego inquit et pueri
mei quos dedit mihi dominus in signum
et in portentum israhel id est ego
et discipuli mei signa et por-
tenta facimus in populo israhel domino
patre habitante dicit in monte syon
id est in celis non quia ipse filius
cum patre semper non manet in celis
sed quia corporaliter conversabatur
inter eos montis aut syon ille in-
intelligitur de quo dicit apostolus acce-
sistis ad syon montem et civi-
tatem dei viventis iherusalem cele-
stem et multorum milium angelorum
frequentiam et ecclesiam primitivorum
qui conscripti sunt in celis Et cum
et cum dixerint ad vos querite
a phitonibus et divinis qui
strident in incantationibus
suis numquid non populus a deo suo
requiret pro vivis ac mortuis
Ad legem magis et ad testimonium
quod si non dixerint iuxta verbum
hoc non erit eis matutina lux
Genus phitonicum divinationis ge-
rat arte in libro regum in ne-

-mine ubi rogante saul phi-
thonissa vel ariam samuelis
vel potius spiritum in imagine
evocavit ab inferis Quod magi-
ce fantasie genus ab apolli-
ne phitio repertum ab eius
cognomine sic dicitur et vocatum
sed et in spiritum nominis cognitum
quia phiton dicitur os abissi Di-
camus igitur sententia Ego inquit
et pueri mei signa et prodigia
facti sumus in israhel Vos autem
qui hoc expectatis videte ne
mendacibus signis pseudo pro-
phetarum decipiamini Erunt enim
dicunt quibus vos seductores
querite a phitonibus et divinis
id est consulite magos ut agno-
scatis per eos a mortuis in cara-
te respondente illo Unumquodque po-
pulus non querit a deo suo pro
vivis ac mortuis id est pro omnibus
Omne enim quod nascitur aut pro
vivis aut pro mortuis computatur
aut forsitan pro utrisque Cum ergo
demones consuleritis tunc ab-
prenda sunt omnia Ad legem magis
et ad testimonium eius attendamus
Quod si filii israhel non dixerint iuxta
verbum hoc id est ut repudiat male-
ficus ad legem dei que cuncta prohi-
bet maleficia ad testimonium
legislatoris et prophetarum et ad
ductum salvatoris attendat non
erit eis matutina lux id est exo-
rdium nove gratie Quia si moysen
et prophetas non audiunt neque si quis
ex mortuis resurrexit credent ei
id est redemptori nostro qui ait Si
crederetis moysi crederetis forsitan
et mihi de me enim ille scripsit Si
enim illius litteris non creditis
quomodo verbis meis credetis Quo-
niam ad legem et testimonium non at-,, ad
tenderunt non sunt illustrati luce
matutina predicate duo qui
vespertina viro habitum sunt
apparente helya Sequitur

Et transibit per eam. et corruet et esuriet. et cum esurierit irascetur et maledicet regi suo et deo suo. Transibit in iudicio populus per eam lucem: i. per illius temporis spacium quo xpistus in terra facturus est. et in ira doctrinae. et offendens in ternus in lapide offensionis. corruet ab omni statu rectitudinis. et esuriet. quia iam ultra non cibabitur pane vite et intellectus. Sicut enim fames carnis est subtractio subsidium corporis. ita fames est mentis silentium divine locutionis. Et quia cum doctrina celestis chananum mentes deserit. continuam temptatio convalescit hostis antiqui. posteaquam hic populus intelligentiam scripturarum perdidit. et verba salvatoris intelligere nequivit. aut noluit. mox contra eum instigante diabolo in iram exarsit. et maledixit ei. Hoc est enim quod nunc dicitur. quia cum esurierit irascetur: et maledicet regi suo et deo suo. Xpistus namque et rex israel est: et deus israel est. Veni cum diceret. quia multi leprosi erant in israel sub elizeo propheta. et nemo eorum mundatus est. nisi naaman syrus: repleti sunt omnes in sinagoga ira hec audientes. Et eiecerunt eum extra civitatem. et duxerunt eum usque ad supercilium montis. ut precipitarent eum. Et tempore passionis eius atrocius irati sunt. et maledixerunt ei. Qui cum malediceretur. non maledicebat. cum pateretur non comminabatur. Post cuius passionem. quia iam ierusalem obsidenda erat. et capienda: recte subiungitur Et suspiciet sursum. et ad terram intuebitur. et ecce tribulatio et tenebre. dissolutio et angustia. et caligo persequens. et non poterit avolare de angustia sua. Suspiciet sursum in iudicio populus ad dei cognitionem et auxilium. et ecce tribulatio adversitatis. et tenebre ignorantie. quia deus excecavit corda eorum. nec liberavit eos. et ad terram i. ad ea que terra sunt intra sciunt: intuebitur et ecce tribulatio. Et erit magis pressura magis super terram: et ira populo huic. et cadent in ore gladii. et captivi ducentur in omnes gentes. et ierusalem calcabitur a gentibus. donec impleantur tempora nationum: Hoc enim et hic dicit. dissolutio et angustia. et caligo persequens: et non poterit avolare de angustia sua. Similiter et apud danielem legimus post finem belli statuta desolatio. Explicit liber secundus

Primo tempore alleviata est terra zabulon et terra neptalym. et novissimo aggravata est via maris trans iordanem galilee gentium: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. habitantibus in regione umbre mortis. lux orta est eis. Unde dico tempore primo est. quo dominus in hominibus degens euangelium predicare prius per se dignatus est: Unde post baptismum ac ieiunium eius. scribit matheus. quia secessit in galileam. et relicta civitate nazareth. venit et habitavit in capharnaum maritima in finibus zabulon et neptalym. ut adimpleretur quod dictum est per ysayam prophetam. Terra zabulon et terra neptalym. via maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: et sedentibus in regione umbre mortis. lux orta est eis. Et inde cepit ihesus predicare et dicere. penitentiam agite. appropinquabit enim regnum

celorum. Itaque primo tempore dominice predicationis. alleuiata est omnibus peccatorum terra zabulon. et terra neptalym. quia ibi saluator antequam discipulos suos elegisset. predicare cepit, remissionem peccatorum et ingressum regni celestis promittens penitentibus. Quem et deinde via maris et de regione maritima. nouissimo tempore predicationis eius aggrauata pondere peccatorum. in sequentibus euangelii ait, Ve tibi chorozaym, ve tibi bethsaida. quia si in tyro et sydone facte fuissent uirtutes: que in uobis facte sunt. olym in cilicio et cinere sedentes penituissent. Verumtamen tyro et sydoni remissius erit in iudicio quam uobis. Et tu capharnaum usque in celum exaltata usque ad infernum demergeris. Via itaque maris gentium galilee que erat trans iordanem. nouissimo aggrauata est in fidelibus iniquitatibus quia predicationem dominicam obstinato animo contempsit: Populus autem gentium. qui sedebat in tenebris ignorantie constitutus. lata uiam seculi que ducit ad perditionem ambulabat, uidit lucem magnam predicatione domini. et miraculis choruscante, lucem uidit non paruam ut aliorum prophetarum, sed magnam ut eius qui dicit. ego sum lux mundi. Atque habitatoribus regionis umbre mortis id est peccatorum et infidelitatis noua lux iustitie et fidei est exorta. Hoc enim inter
et umbram mortis et mortis distingui potest. quod mors eorum intelligenda est: qui cum operibus mortuis ad inferos descenderunt: quia anima que peccauerit ipsa morietur. umbra uero mortis eorum qui cum peccent. nec dum de uita egressi sunt. quia si uoluerint agere penitentiam possunt: Hec tamen et aliter possunt intelligi: Alit-

-erum primo tempore alleuiata est terra zabulon et terra neptalym: zabulon interpretatur ius iurandum eorum. neptalym dilatatio. Et uidelicet prius iuramentum dei propagatum sunt per zachariam dicitur. Iurauit ad abraham patrem nostrum daturum se nobis: eorum et districtius erat in actis omnibus preceptis sequestrato. Primo ergo tempore alleuiata est terra zabulon et terra neptalym. quando dominus inter iudeos docuit. quibus hoc olym iurauerat. et quos ex omnibus populis qui sub celo sunt elegerat, ibique primo discipulos ad predicandum misit. Deinceps
Et nouissimo aggrauata est uia maris. trans iordanem galilee gentium. quid per uiam nisi actio designatur. Et quid per mare nisi seculum: quid uero per iordanem nisi baptismus. Unde et iordanis descensio eorum interpretatur, quia qui baptizantur ad yma humilitatis ablatione sua descendunt, Galilea uero que dicitur transmigratio perpetrata
et transitus de potius ad inferiorem
Itaque uia maris id est actio secularis que trans iordanem id est post baptismum est perpetrata transmigrantibus gentium, nouissimo tempore aggrauata est pondere peccatorum. quia et nos qui ex gentibus ad christum uocati sumus. postquam per baptismi sacramenta transiuimus. postquam ad uirtutes amicis transmigrauimus nunc terram mundi tenemus. qui cepimus curas multorum et habundant iniquitas in fine seculi uia in gradimur. et secularibus negotiis implicamur. qui deo militare debemus, sicque peccatorum sarcina nimium grauamur ut uix ad celestia desiderium cor leuare queamus. Vel etiam ita potest exponi: Adueniente christo et predicatione illius choruscante, prima terra zabulon et neptalym a scribarum et phariseorum erroribus

est liberata et gravissimum iudi
cati traditioni ingi caruisset de
terminibus suis. Postea vero per
euangelium apostoli pauli qui novissi
mus omnium apostolorum fuit ingravata
ta est id est multiplicata predicatio. et
in terminos gentium et via novissi
maris id est secundi euangelium apostoli sple
duit. Nam populus gentium vel qui
ante sedebat vel ambulabat in
tenebris. et ydolatrie ac mortis
vinculis tenebatur. clarum euangelii
lumen aspexit. Unde et adiungitur.
Habitantibus in regione umbre
mortis lux orta est eis. Regio enim
umbre mortis. vita gentium est.
quia umbra mortis imitatio hostis
antiqui intelligitur. Ipse enim quia
mortem intulit mors vocatur. Iohanne
attestante qui ait. Nomen illius
mors. Per umbram ergo mortis eius
imitatio designatur. quia sicut
umbra iuxta corpus ducitur. ita
actiones iniquorum de specie imi
tationis eius exprimuntur. Gentes
itaque propheta gentiles populos in an
tiqui hostis imitatione desecisse
eosque ad veri solis ortu resur
gere. que certe futura noverat. quasi
ex preteritis narrat dicens. Habi
tantibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. Sed de crescente
multitudine gentium. quin nec sic
eisdem lux gaudia cognoverit
subiungitur. Multiplicasti gentem
non magnificasti leticiam. Multi
enim fuerat gens per totius mundi la
titudinem. Sed nec domino magnifica
ta fuerat leticia. Deus adhuc tantum
in iudea notus erat deus. quod co
pletum adhuc non fuerat. euangelizo
vobis gaudium magnum quod erit
omni populo. Sed iam de eius magni
tudine sequitur. Letabuntur cora
te sicut qui letantur in messe.
sicut exultant victores capta
preda. quando dividunt spolia. Tempo
ram quippe messem quibus fructum
in collegerunt apostoli. qui non solum
iudeos. sed et gentes congregaverunt
ad fidem. Unde et dominus eis fuerat.
levate oculos vestros et videte re
giones. quia albe sunt iam ad mes
sem. Et qui metit mercedem acci
pit. et congregat fructum in vitam
eternam. ut et qui seminat simul
gaudeat et qui metit. Ego mi
si vos metere quod non laborastis.
Alii laboraverunt et vos in labo
res eorum introistis. In hac itaque
messe letati sunt coram domino sancti pre
dicatores. dum de conversione gentium
gauderent. Quem et accepto desuper
spiritu sancto. antiquum hostem et omnem
eius militiam superantes. Omne
enim quod natum est ex deo vincit
mundum. Sicut victores exulta
verunt et exultantes spolia di
viserunt. quia eloquia sacra cunctis
per orbem nationibus distribuunt. Na
spoliorum nomine divina eloquia
signantur. sicut scriptum est. letabor
ego super eloquia tua. sicut qui
invenit spolia multa. Vel multi
plicasti gentem fidelium o christe. quam
etiam tua toto orbe dedicasti
Sed non magnificasti leticiam. quia
de perfidia iudeorum nos reliquisti
tristia. Sed cum venerit et christianorum
gens tota simul fuerit congregata.
tunc letabuntur ipsi coram te sicut
messores. Quia fructus humane
messis congregatum fuerit etiam in vita
eternam. et sicut exultant victores
qui capta dividunt predam. quia
tunc perfecte victus erit diabolus
et homines dividet in dextros
et sinistros. Sed tunc ipsa victores
in divisione spoliorum exultamur.
demonstratur. cum degenerali populo sub
iungitur. Iugum enim omnis eius.
et virgam humeri eius. et sceptrum
exactoris eius superasti. sicut in die
madian. Simplices quippe gentiles

dns. Superavit iugum omnis civi-
tatis cum adventu suo. ab illa
demoniace tyrannidis servitute
liberavit. Superavit ligam seminum
omnis. et inu persecutionem illius
quia expulso opere gravavit deprime-
bat. absinano genere redemptor
compescuit. Superavit sceptrum
orationis eius. tunc regimen dya-
boli qui pestifera persuasione
mortalium genere convenit debita pe-
na. Desidium corde destruxit.
Et quo hec acta sunt audiamus.
cu de sto gedeon Sicut in die madyan: id est
in trecentis viris innumeram ma-
dyanitarum multitudinem vincit. li-
bet hec loco digressione facere
et hec temporibus christi victorie
gedeonis assimiletur ostendere.
Septimum c vii iudicum
Omnis madyan et amalech.
et orientales populi congregati sunt
simul. et transeuntes yordanem
castra metati sunt in valle Je-
zrahel. Spiritus autem domini induit
gedeon: Qui clangens buccina
convocavit domum abyezer ut
se sequeretur. Misitque nuncios in
universum manassen: qui et ipse
secutus est eum. Et alios in aser
et zabulon. et neptaly. qui occur-
rerunt ei: Dixitque gedeon ad
dominum. Si salvum facis per manum
meam israhel. sicut locutus es. ponam
vellus hoc lane in area. Si ros
in solo vellere fuerit. et in omni
terra siccitas. sciam quia per manum
meam: sicut locutus es liberabis
israhel. Factumque est ita. Et de nocte
consurgens. expresso vellere concham
rore complevit. Dixitque rursus
ad dominum. Ne irascatur furor tuus
contra me. si adhuc semel tempta-
vero signum querens in vellere. Oro ut
solum siccum vellus sit. et omnis
terra rore madens. Fecitque deus
nocte illa sicut postulaverat
et fuit siccitas in solo vellere.
et ros in omni terra. Igitur Jerobo-

baal. qui et gedeon de nocte
consurgens. et omnis populus cum eo. ve-
nerunt ad fontem qui vocatur arad.
Erant autem castra madyan in gideon
valle. ad septentrionalem plagam
collis excelsi: Dixitque dominus ad ge-
deon. Multus tecum est populus. nec
tradetur madyan in manus eius.
ne glorietur contra me israhel et dicat.
meis viribus liberatus sum. Loque-
re ad populum. et cunctis audientibus
predica. Qui formidolosus et ti-
midus est revertatur. Recesseruntque de
monte galaad. et reversa sunt de po-
pulo xxii° milia virorum et tan-
tum decem milia remanserunt. Dixitque
dominus ad gedeon Adhuc populus
multus est. duc eos ad aquas.
et ibi probabo illos. Et de quo di-
xero tibi ut tecum vadat. ipse
pergat. quem autem prohibuero revertatur.
Cumque descendisset populus ad aquas
dixit dominus ad gedeon Qui lingua
lambuerint aquas sicut solent
canes lambere. separabis eos seor-
sum Qui autem curvatis genibus bi-
berit. in altera parte erunt. Fuit
itaque numerus eorum qui manu ad
os proiciente aquas lambuerant
trecenti viri. Omnis autem reliqua
multitudo flexo poplite biberat
Et ait dominus ad gedeon In trecen-
tis viris qui lambuerunt aquas
liberabo vos et tradam madyan
in manu tua. Omnis autem reliqua
multitudo revertatur in locum suum.
Sumptis itaque pro numero cibariis
et tubis. omnem reliquam multitu-
dinem abire fecit in tabernacula
sua. et ipse cum trecentis viris se
certamini dedit. Castra autem ma-
dyan subter in valle erant. Eadem
nocte dixit dominus ad eum. Surge
et descende in castra. quia tra-
didi eos in manu tua. Sin autem
solus ire formidas descendat
tecum phara puer tuus. Et cum
audieris quid loquantur. tunc con-
fortabuntur manus tue et securior

ad hostium castra descendens. Descen-
dit ergo ipse et Phara puer eius
in partem castrorum ubi erant ar-
matorum vigilie. Madian autem
et Amalech et omnes orientales
populi fusi iacebant in valle ut
locustarum multitudo. Cameli quoque
innumerabiles erant sicut arena
que iacet in litore maris. Cumque
venisset Gedeon, narrabat ali-
quis somnium proximo suo et
in hunc modum referebat quod si-
berat viderat. Vidi somnium
et videbatur mihi quasi subcinericius
panis ex ordeo volvi et in
Madian castra descendere. Cumque
pervenisset ad tabernaculum, percussit
illud atque subvertit et terre fun-
ditus coequavit. Respondit
is cum loquebatur: Non est hoc aliud
nisi gladius Gedeonis filii
Ioas viri israelite. Tradidit
dominus in manus eius Madian
et omnia castra eius. Cumque au-
disset Gedeon somnium et
interpretationem eius, adoravit
et reversus est ad castra israel et
ait: Surgite, tradidit enim
dominus in manus vestras castra
Madian. Divisitque trecentos
viros in tres partes et dedit
tubas in manibus eorum lagenasque
vacuas ac lampades in medio
lagenarum. Et dixit ad eos: Quod
me videritis facere, hoc facite.
Ingrediar in partem castrorum et
quod fecero sectamini. Quando personuerit
tuba in manu mea, vos quoque per
circuitum castrorum clangite et cla-
mate: Domino et Gedeoni. Ingressus-
que est Gedeon et trecenti viri qui
erant cum eo in partem castrorum in-
cipientibus vigiliis noctis
medie et custodibus suscitatis
ceperunt buccinis clangere et com-
plodere inter se lagenas. Cumque per
gyrum castrorum in tribus personarent
locis et ydrias confregissent,
tenuerunt sinistris manibus
lampades et dextris sonantes
tubas, clamaveruntque: Gladius
domini et Gedeonis, stantes singuli
in loco suo per circuitum castrorum ho-
stilium. Omnia itaque castra turbata
sunt et vociferantes ululantesque
fugerunt, et nihilominus insista-
bant trecenti viri buccinis persona-
tes. Immisitque dominus gladium
in omnibus castris et mutua se
cede truncabant, fugientesque usque
Bethsetta et crepidinem Abelmeula
in Thebbath. Conclamantes autem
viri israel de Neptalim et Aser
et omni Manasse persequebantur
Madian. Misitque Gedeon nuntios
in omnem montem Effraim dicens:
Descendite in occursum Madian
et occupate aquas usque Beth-
bera atque Iordanem. Clamavit-
que omnis Effraim et preoccupavit
aquas usque Bethbera. Apprehen-
disque duos viros Madian Oreb
et Zeb interfecit Oreb in petra Oreb,
Zeb vero in torculari Zeb. Et perse-
cuti sunt Madian, capita Oreb et
Zeb portantes ad Gedeon trans flu-
enta Iordanis. Hactenus hysto-
rie sacre verba posuimus. Quid
prodest verba posuisse nisi et mi-
stica eorum intelligentia saltem bre-
viter attingamus. Gedeon qui ad
prelium veniens redemptoris nostri
significat adventum, de quo scriptum est:
Tollite portas principes vestras
et elevamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie? Dominus fortis et po-
tens, dominus potens in prelio. Hunc
redemptorem nostrum non solum
opere sed etiam nomine prophetavit.
Gedeon quippe interpretatur circuiens
in utero. Dominus enim noster per maie-
statis potentiam omnia complectitur.

et tamen per dispensationis gratiam
in utero uirginis uenit. Gedeon cum
decem uiris: non opus deus sua
nos dispensatione redimens. diui
nitate tuta complectens et huma
nitate intra uterum suscipiens in quo
uiris et incarnacionis etc. et clausio
nis etc. quia et uiris fuit per in
finitatem substantiam. et etc. decem per om
nipotentie potentiam / Madyan non
interpretatur de iudicio / Sit enim hostes
eius repellendi destruendique cont
ra de iudicio repellerent. sed de iu
dicio iuste iudicante fuit / Et id
circo de iudicio uocatur. quia alie
num agit redemptor. iuste dap
nationis in eum et in uocabulo
nominis trahitur. Amalech autem
populus lambens interpretatur. Et quid
per lambentes populum. nisi mentes se
cularium designatur. que terrena cunc
ta ambiendo quasi lambunt dum
solis temporalibus delectantur. Orien
tales uero dicuntur. quia sicut orti
sunt. ita permanent. neque renati sunt
neque baptizati. Omnis ergo ma
dyan et amalech et orientales
populi congregati transierunt yorda
nem. quia isti omnes una conspiratione
in eos qui baptizati sunt irruerunt
Nos quippe baptizemur quasi yorda
ne ihesu duce transimus: et ia
m repromissionis terram inhabita
mus etiam. Omnes ergo infideles
aduersum nos ueniunt quasi ad eorum
deuastationem. qui intra domini transiti
yordanem sunt properant Et castra me
tati sunt in ualle yezrahel. Que
in pugnatione uite presentis tyra
nnice desperent. et conculcauit
humilitate fidelium. Yezrahel quippe
semen dei dicitur. Et qui se
minat bonum semen est filius hominis
Bonum uero semen sunt filii regni
Spiritus autem domini induit gede
on. quia ihesu baptizato et ora
te descendit spiritus sanctus corporali
specie sicut columba in ipsum. Qui

clangens bucina: conuocauit
domum abiezer. quia cepit ihesus
predicare. et elegit discipulos Abie
zer quippe pater meus adiutor
interpretatur. Quo nomine quid nisi
prophetarum et antiquorum patrum perso
na designatur / Cuius domus fuit
discipulorum domini collegium / Misitque
nuncios in uniuersum manassem /
id est apostolos dicens: In uiam gentium
ne abieritis. Sed ite ad oues domus
israel. Manassen enim qui interpretatur
necessitatis. figura est illius populi
qui necessitate deo seruiuit id est timore
Et alios in aser et zabulon et
neptalym: quia paulum et bar
nabam: misit ad gentilem populum
qui fuit in christo beatus et for
titudine plenus. et caritate di
latatus. Aser enim beatus dicitur /
zabulon habitaculum fortitudinis /
neptalym dilatatus / uel dilatauit
me. Ros in uellere. et siccitas in ter
ra. fides est in omni populo iudeorum.
et infidelitas in gentibus / De nocte
consurgens expresso uellere. concham
rore compleuit / quia de morte
christus ante lucem resurgens. fidei
gratiam iudeis abstulit. quia di
scipulorum mentem repleuit / Item
siccitas in uellere. et ros in omni
terra: perfidia est in iudeis. et fides
in toto orbe. / Gedeon id est christus
Ierobaal id est iudice hominis / ad impu
gnum scilicet diaboli. qui reprobos
homines non tamen patre iudicat et iu
dicare destructionem idolatrie. Qui
de nocte consurgens. uenit ad fo
ntem nomine arad. qui ante lucem
de sepulcro resurgens. uenit ad
immortalem fontem in celum ascen
dens. Arad quippe in resurrectione. de
scensionis interpretatur. Et omnis ple
bs credentium cum eo surgens. ue
nit ad hunc fontem. quia deus
conresuscitauit. et consedere fecit nos
in celestibus in christo ihesu. Madyan.

erant in valle .i. in eorum profundo
ad septentrionalem plagam .i. in
sinistra et glaciali tenebrosaque
infidelitate. Collis excelsus ecclesia
est in altitudine Christi lancea patefacto
consistens. qui etiam mons nuncupatur
montium. Mons galaad. qui interpretatur
acervus testimonii. perfectum et
multiplex testimonium est. quod in
passionibus martires reddiderunt
de quo monte recessa sunt xxii mi
lia timidorum .i. multitudo transgressorum
utriusque testamenti et apostatarum.
Nam xxii^o bis undecim sunt
Et undenarius transgressione de
signat. denarius observantiam
preceptorum. Decem autem decem milia remanserunt
mansuerunt cum gedeone. Sed qui
non omnes predicationi sufficiunt. ne pu
ti propositum. qui legem suam eandem
adiunxit prius est multus. Ducti
sunt igitur ad fluvium ut aquas
lamberent / et qui aquas flexis
genibus hauserunt ab bellica
intentione remoti sunt. Aquis
namque doctrina sapientie. stantibus
autem genibus. recta opera designantur.
Qui non demum aquas biberent
genua flexerunt a bellorum certamine
renotati sunt. quia cum illis contra
hostes suos Christus pergit ad pluri
orum cum doctrine fluenta hauriunt
rectitudinem operum non inflectunt.
ut sapientie doctrina. et virtute operum
polleant / Nam quia dissoluto
operum in ipsa genium incurvatione
significatur. paulus ait Remissas
manus et dissolutas erigite:
et gressus rectos facite pedibus
vestris. Fuerunt itaque numerus eorum qui
manum ad os proiecte aquas
lambebant trecenti viri Solet
in centenario numero plenitudo per
fectionis intelligi Quid igitur in
centenario ter ducto. nisi perfecta
cognitio trinitatis exprimitur. Cum
his quippe dominus adversarios fidei

destruxit Cum his ad predicationis
bella descendit / qui sancte trini
tatis qui deus est perfecta sentit /
Eadem nocte qua tenuit cum
discipulis dixit dominus ad eum. Sur
ge ad cenam et descende in castra .i.
in locum quo venturus est iudas
cum turba iudeorum Qui autem solus
ire formidas. descendat tecum
phara puer tuus: Hoc nisi sal
vator agebat ita ait / Assumpsit
petrum et iacobum et iohannem secum
et cepit pavere et tedere. Phara
quippe qui interpretatur lagunicula
typus est apostolorum. qui nona gratia
velud musto se repleri. descendit
ergo ipse et phara puer eius ad partem
castrorum ubi erant armatorum in
gilie. quia venit cum discipulis
mortuum quo se capiendum nouerat
a ministris phariseorum. et cohorte
militum. In cuneis fortitudo
iudeorum signatur. et in locustis in
stabilitas mentium. qui narrabat
somnium vel interpretabatur. divinas
significationes videt et sapientes
seculi. non nullasque vates gentium
quibus pleraque de Christo revelata
sunt: sicut sibille et nabucho
donosor. Subcinericius panis
ordeaceus Christum qui peccantibus
asper et acutus pungensque est
designat. quia sicut panis sub
mole cineris coquitur. ita et Christus
igne passionis sustinuit sub
multitudine iudeorum. et adversi
tationis virtute durauit. Qui
voluit longinquus de predicantium
ut ad humana corda descendat
Percussit thabernaculum atque sub
vertit. et terre funditus coequavit
vel qui carne persecutorum in qua
manebat anime eorum per mortem re
degit in pulverem. vel qui vitia car
nis eorum gladio predicationis in
sedentes feriens destruxit. et ipsos
humiles reddidit. vel potius septi

veteris testamenti. potest in pane
ordeaceo designari, cuius interior
sensus tenacissimis littere paleis
tegitur. Hoc enim et quippe panem
ordeaceum designat in euangelio. ex
quibus turbas pavit dominus. Cum
scilicet panis est subcinericius.
quia vetus scriptura secundum carna
lem sensum in pulvere terrenarum co
gitationum iacet. Non est hic aliud
nisi gladius gedeonis filii ioas.
Ioas qui interpretatur sperans. anti
quos patres designat. qui sal
vatorem esse nasciturum sperabat.
Cumque vir audisset gedeon a suis
audire fecisset sompnium et inter
pretationem eius, admodum membra sua
gaudio replevit, et ad gratiam at
tencius attendit. Divisitque trecen
tos viros id est suos predicatores in tres
partes mundi. que sunt. Asia. eu
ropa. affrica. Et dedit tubas in
manibus eorum. lagenasque vacu
as ac lampades in medio lage
narum, quibus designatur clamor
predicationum. in lampadibus clari
tas miraculorum. in lagenis fra
gilitas corporum. Ingressusque est
gedeon. et trecenti viri cum eo in
parte castrorum. quia cepit ihesus
in predicatoribus suis partem infide
lium aggredi. ut eos salubriter
convertens subiceret sibi. Incipien
tibus vigiliis noctis medie id est
huiusmodi erroris et custodibus
suscitatis. quia secta principes et
primi astuciores erroris. veterum
custodes ponit. contra nova apostolorum
predicationem. ceperunt bucinis cla
ngere. i. ceperunt predicare. et complode
re se lagenas i. corpora sua in
passione collidere, Nam sonuere
tubis cum predicarent. confregerunt
lagenas. dum solvenda in passi
one sua corpora hostilibus gladiis
apponerent. Confractis vero lagenis
resplenduerunt lampades. et post
solucionem corporum miraculis chorusca

runt. Horeque hostes in fugam
versi sunt. quia dum mortuorum
martirum corpora miraculis choru
scare conspiciunt. luce veritatis fracti
quod impugnaverant crediderunt. Ce
cinerunt quippe tubis. ut lagene fran
gerentur. lagene fracte sunt. ut
lampades apparerent. apparue
runt lampades. ut hostes in fugam
verterent. i. predicaverunt martires do
nec eorum corpora solverentur. corpora
eorum in morte soluta sunt. ut
miraculis choruscarent, chorusca
verunt miraculis. ut hostes suos co
rusca luce prosternerent. quatenus
nequaquam deo ceteri resisterent. sed
eum subditi formidarent. Et no
tandum quod steterunt ante lagenas.
fugerunt ante lampades. quia
minime persecutores sibi predicato
ribus adhuc in corpore positis resti
terunt. post solucionem vero corporum
apparentibus miraculis in fugam
conversi sunt. quia pavore co
territi apparicione fidelium cessa
verunt persecutione scilicet tubarum
fractis lagenis corporum insis
timuerunt lampadibus miraculorum.
Cumque per girum castrorum in tribus
personaret locis, i. in Asia. et eu
ropa. et affrica. predicaret et victori
as consecutus esset. tenuit in sinistris
lampades. et in dextris sonantes
tubas. per dextro here dicimus quod
quod pro magno pensamus. per sinistro
autem quod pro nichilo ducimus. Tene
ne quippe in dextra tubas, et in sini
stra lagenas sive lampades
tenuit. quia ipsi martires pro
magno habuerunt predicationis gratiam
et corporum utilitate. vel miraculorum
gloriam pro minimo. Inmisitque dominus
gladium ubi gladium in omnibus
castris. et mutua se cede trun
cabant. i. commissione pessimam
admiratione se perimebant. fugientes
usque bethsetta et crepidinem

abelmeola in thabath. Bethse
ta domus spine d[icitu]r. abelmeola
luctus parturient[is]. tabath bo[na]
acceptio. Et que e[st] domus spi[n]e
nisi mens que despectus filiis
compungit. Hec ista parturiens
nisi eccl[es]ia que spirituales deo fi
lios parturire no[n] cessat. Et q[ui]
e[st] accipi[en]d[us] luctus parturientis
huius. nisi plaga lateris xpi. Jude
enim q[uia] causam sibi lugendi fir
mi[n]t eccl[es]ia. effugierunt q[uia] usq[ue] beth
secta. quia desideribus co[m]pu[n]cti
sunt agentes penitentiam. Et usq[ue]
ad accep[tio]ne[m] luctus parturient[is]
fugerunt, i[d est] usq[ue] ad fidem d[omi]nice
passionis. Unde luctus eccl[es]ie
cepit. Et fugerunt in thabath.
i[d est] in bona acceptione. Conclama
mantes aut[em] uoce p[re]dicatoris uiri
isr[ae]l i[d est] fideles qui deu[m] oculis fidei
uiderunt. de neptalym i[d est] de la
titudine caritatis. uel amplitu
dine mu[n]di. et de aser i[d est] de gente
beator[um]. et de omni manasse i[d est]
de hiis qui ea que retro su[n]t obli
ui[s]cunt[ur]. p[er]sequebant[ur] madyan.
celestibus armis instructi. Nep
talym quippe latitudo d[icitu]r. Aser
beatus. manasses obliuiosus uel
oblitus. Misitq[ue] gedeon nuncios
in omnem montem effraym: qui d[icitu]r
ubertas i[d est] xpus p[re]dicatores in uni
uersum mu[n]d[um]. Descendite inquit
in occursum madyan i[d est] humilitatis
assumite. ut hostium superbie re
sistatis. et occupate aquas sa
piencie usq[ue] bethbera i[d est] usq[ue] i[n]
eccl[es]iam. ubi puteus aquar[um] uiue
tu[m] est. Bethbera quippe domo
d[icitu]r. Et usq[ue] yordanem i[d est] ad descensi
one[m] et humiliatione[m] cor[um]. Interpreta[tur]
enim yordanis descensio eor[um]. Uel
baptismus appellatione yordanis
intelligi potest. Apprehensosq[ue]
duos uiros. madyan oreb. et
zeb interfecit. Oreb interpretat[ur] coruus

Usq[ue] aut[em] et coruus et lupus

zeb lupus. Iudaicus pascit[ur]. Sed lu
pus quidem rapit. et occidit
animalia. et carnibus eor[um] uescit[ur].
coruus aut[em] licet carnes come
dat. occidere tamen no[n] ualet. Quod
enim plurimum in insaciabilis eor[um]
rabies designat[ur]. qui martires
interficiebant. et mortibus eor[um]
pascebant[ur]. Coruus p[er] coruum nisi
illi. qui ingr[e]ssi pectat[ur] morte qui
et cruciatibus iustor[um] delecta
bant[ur]. sed eos p[er]imere no[n] sufficiebat.
Interfecit et oreb foramine. et co
luber ingredi foramine solet.
et quod p[er] foramine nisi illi desig
nant[ur]. in quor[um] corde serpens
antiquus ingredi et habitare
consueuerat. Effraym itaq[ue] inter
fecit oreb et zeb. quia co[m]uersi
gentiles. uel ad fidem co[n]uerterunt.
uel pacienda superaui[n]t. et eos
i[n] quib[us] serpentina malicia
latebat. ut desperans iustor[um]
gauderet, et eos qui martires
ipsos p[er]emerunt. Et oreb quide[m]
i[d est] plebeyos infideles occiderunt
in petra oreb. i[d est] in duricia sua.
zeb u[er]o et raptores et deuora
tores sto[r]um in torculari zeb. i[d est] in
p[re]ssura qua iustos affligebat.
Quos enim q[ui]s a[liu]s usq[ue] ad morte[m]
sunt tollerati. dum se iustos
occidere putaret. occisi sunt. Eor[um]
capita q[uo]q[ue] triumphum de illis uiros
reportauit ad gedeon i[d est] ad xpm
transfluenta yordanis i[d est] transsa
cramenta baptismi. p[er] que ad
eum sit transitus. Bene itaq[ue]
de gentilitate deo d[icitu]r. quia iu
gum oneris eius et uirgam hu
meri eius. et sceptrum exactoris
eius superasti. Sicut in die ma
dyan. Et quia ia[m] superati sit
exactoris eius sceptrum p[ro]bat[ur]
tum subdi[tur]. quia omnis molle
ta p[re]datio. tu[m] tumultu et uesti-

mentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Violentam enim cum tumultu predam agere consueverat exactor in prioribus istis: quia semel humano generi imperium depredationis contulerat et absque cotidie mortem debitum exposcere non desistebat. Violenta cum tumultu predacionem agebat quia cum impetu et clamore effrenato irruens quos mortales invenit rapiebat. Sed iam hec violenta predacio antiqui hostis importunia crudelitatis mediam erit combustionem. Vestimentum vero nostrum corpus est quo induta est anima. Sanguis autem peccata carnis sunt, de quibus dicitur: libera me de sanguinibus. Vestimentum sanguine mixtum corpus desideriis carnalibus inquinatur. Vestimentum ergo mixtum sanguine erit cibus ignis, quia caro humana cum concupiscentiis suis mancipabitur incendiis. Sed tunc hec molesta predacio et vestimentum sanguine pollutum in combustione erit. Quia iam in carne apparuit rex pacis et iusticie qui fidelibus in se credentibus non solum animam sed et carnis indiciam ~~excusat~~ liberat.

Parvulus enim natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius. Hic est enim parvulus ille qui minoratus est paulo minus ab angelis, qui non venit ministrari sed ministrare. Reges autem seculi non in humeris sed in capite portant insigne regni; sed solus rex noster gloriam potestatis sue in humeros extulit. Unde et Ysaac cum ad immolandum a patre duceretur ligna sibi ipse portavit, ignominiam crucis patientia designans, crucem passionis sue testantis. Itaque principatus eius factus est super humerum eius quia dum crucem propriis portavit humeris, vicit mundi principem, et in humeris quos redemit principatum acquisivit. Sequitur: Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Admirabilis consiliarius est in omnibus que per eum in evangelio dominus fecisse legitur. Deus fortis in resurrectione cognitus est, quia virtute divina hostem antiquum prostravit et sua carne resuscitavit. Separatim quoque tamen legi possunt hec nomina admirabilis et consiliarius, necnon deus atque fortis. Admirabilis est enim quia ipse est speciosus forma pre filiis hominum in quem desiderant angeli prospicere. Consiliarius est quia dicit: Ego sapientia habito in consilio et meum est consilium. Deus est verbum patris. Fortis est quia ipse est dei virtus. Et sicut adam pater est primus seculi et princeps discordie que fuit inter nos et deum, ita et Christus est pater futuri seculi et princeps inter pacem ad deum. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus tales et terreni, et qualis celestis tales et celestes. Et sicut per unius delictum in omnes homines in condempnationem, ita et per unius iusticiam in omnes homines in iustificationem vite. Sequitur: Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis. Super solium david et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia amodo et usque in sempiternum. Multiplicabitur eius imperium ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et pacis non erit finis quia nos in eternum pacificavit deo per mortem suam. Et

Et ubi sicut dicit / Super solium David
et super regnum eius. quia dabit illi dominus deus sedem David
patris eius. et regnabit in domo
Iacob in eternum. et regni eius non
erit finis. Solium quippe David
regia sedes est. Regnum vero in-
thronisatum est omnis finis et or-
natus legis. et ordinis distribu-
cio. Vel solium David et regnum eius
populus dei est / ut confirmet ipsum
illud et corroboret. quia dudum
idem solium et regnum per evangeli-
cam gratiam innovatum est. et de car-
nali factum spirituale. ita con-
firmatum est et corroboratum. ut si-
ne fine perduret. Confirmatum autem
illud in iudicio et iusticia. quia
sicut Salomon de eo dicit. Rex
qui iudicat in veritate pauperes.
thronus eius in eternum firma-
bitur. et quia in iusticia firmatur solium.
Amodo id est ex quo factus est principa-
tus super humerum eius quia incepi
tenuit regnum. ¶ Zelus domini
exercituum faciet hoc. Zelan-
do qui cum cruciatu mentis casti-
tatem custodit uxoris. Deus
igitur quo zelatur vel zelum habet
qui in custodienda castitate nulla
nullo mentis cruciatu tangitur /
Sed tamen et castitate tamen uni-
versaliumque custodit. humano more
zelans vocatur. cuius cruciatu
mentis non tangatur. Dionisius
vero areopagita dicit / Primus
causalis bonorum omnium amoris
per excellenciam amatore boni
sit in existencia. omnia providen-
tis. et bonitate et dilectione
et amore facere. propter quod et
zelotem eum divina sapientes
appellant. velud multum in ex-
istencia optimum amorem. et
ut suscitatorem ad ostendentem.
et concupita zelante. et provi-
nis existentibus ei presencium ipsa.

zelantibus. Talis ergo zelus
domini faciet hoc quod de incarna-
cione Christi et regno superdictum est /

Verbum misit dominus in
Iacob. et cecidit in Israel.
Iacob quidem supplanta-
tor / Israel vero vir videns deum
dici perhibetur. Et quid per Iacob
nisi iudaicus populus. quid per Israel
nisi gentilitas designatur. Quia
que iudea per carnis morte supplan-
tare studuit. hunc visum per
oculos fidei. gentilitas deum vi-
dit. Verbum quod ad Iacob missum
in Israel cecidit. quia enim quem
ad se venientem iudaicus populus
respuit. hunc repente credens
gentilis populus invenit / sequitur.
Et sciet omnis populus effraym
et inhabitantes samariam in
superbia et magnitudine cordis
dicentes. Lateres ceciderunt sed
quadris lapidibus edificabimus
sicomoros succiderunt sed cedros
immutabimus. Effraym voca-
bantur decem tribus. que derelicto
templo domini vitulos ieroboa-
m adorabant. Et tota earum di-
cebatur samaria. Quid ergo per effra-
ym et per habitantes samariam
id est universitas gentium / quia ver-
bum quod in Iacob missum fuerat
cecidit in Israel. Superbia vero non
numquam per elacionis auctoritate
ponitur. sicut dicitur domino aut
ponam te in superbiam seculorum
Et sapientia. Mecum sunt inquit divi-
cie et gloria / opes superbe et iusti-
cia. Ornata ergo populus gentilis
ad fidem conversus. non necessitate
timoris. adhuc constringendus
erat. ut olim iudaicus. sed gratia
libertatis relaxandus. que ex au-
ctoritate creacionis datur. recte
in superbia locuturus asseritur. et non
in pusillanimitate sicut iudei.
sed in magnitudine cordis. Et quid
loquatur. Lateres ceciderunt etc /
Quid per lateres nisi luteus.

nisi gentilis populus designatur. Sciet
itaque populus omnis effraym et inha-
bitantes samariam id est universitas gentium

iudeorum prophetus exponit. Quid
per quadratos lapides nisi sanctos at
que viros quorum vita in prosperitate
et adversitate novit fortiter stare.
lapis enim quadrus eque stat
in quocumque latere fuerit versus. Quos
quia ergo prosperitas non extollit
adversitas non frangit. suasio
nibus ad mala non trahitur. vi
tuperationibus a bono opere non
revocatur. lapis quadrus est.
et qui ex omni latere statum habet.
quem casus in qualibet permuta
tione non habet. Cernens itaque pro
pheta iudeorum populum a fide perisse
et apostolos in ecclesia surgere. quos
multi erant ex gentibus in fidei
et vite fortitudine solidandi.
in magna consolatione locutus
est voce gentilitatis dicens. Late
res ceciderunt. sed quadratis lapi
dibus edificabimus. Videns enim pro
in ecclesia apostolos viros et docto
res surgere / de laterum casu id est
iudeorum perditione minime doluit.
quia edificium statim etiam
de quadratis lapidibus edificari
conspexit. Sicomoros autem que
est arbor foliis moro similis
sed altitudine prestancior / sicut
fatua dicitur. Cedrus vero mire odo
ris est. ac natura imputribilis nimie
que celsitudinis. Quid ergo per sic
omoros nisi fatuitatis carna
lium iudeorum exprimitur. Quid per ce
dros nisi sublimius et bene odo
rans vita sanctorum. que nulla ia
terreni amoris putredine cor
rumpi potest. Sicomoros itaque
id est carnales iudeos succiderunt. ma
ligni spiritus. et a fidei statu deie
cerunt. sed ecclesia cedros immutat
id est viros spirituales et odoriferos
loco eorum substituit. Sequitur /
Et elevabit dominus hostes rasyn
super eum / et inimicos eius in tumul

tum vertet / De libro regum cogno
scimus. quod theglathphalassar
rex assiriorum petitionibus ac precibus
achaz acquiescens. damascum ve
nit. Et rasyn regem syrie per
emerit. Sequitur. Syriam ab
oriente et philistiim ab occiden
te subaudi elevabit dominus. et
devorabunt israel toto ore. Multo
enim antiquitus hee due gentes
populum israel afflixerunt. et precipue
paulo ante tempus captivitatis
decem tribuum. ut in diebus achaz
et ceterorum tunc temporis ac deinceps.
Sequitur. In omnibus hiis non est
aversus furor eius. sed adhuc ma
nus eius extenta. quia illi non
sunt conversi ab iniquitatibus suis propter
mala que passi sunt. Sed actenus
nec dominus aversus est a furore suo.
sed adhuc tribulationes eorum auge
bit. tradens eos in captivitatem
sicut enim subiungitur. Et populus non
est reversus ad percucientem se. et dominum
exercituum non inquisierunt. et disper
det dominus ab israel caput. et caudam
incurvantem et refrenantem die
una id est cum captivi ducentur in me
dos. Quid vero sit caput vel cauda
exponit iste propheta subdendo. Longe
vus et honorabilis. ipse est caput
tunc. et propheta docens mendacium
ipse est cauda. Quid vero per incurvantem
exprimitur. nisi doctor subditos
sub disciplina humilians. Et quid
per refrenantem. nisi doctor quilibet.
De falsis autem prophetis adhuc sub
dit. Et erunt qui ~~adhuc~~ beatifi
cant populum istum seducentes. et
qui beatificantur precipitati. Et quia
omnes ideo morti et captivitati
sunt traditi. qui pseudoprophetis
crediderunt. Sequitur. Propter hoc
super adolescentulis eius non leta
bitur dominus et pupillorum eius et vi
duarum eius non miserebitur. quia
omnis ypocrita est et nequam et uni
versum os locutum est stultitiam.

Ypocrite erant quia prophetam dei se ce simulabant. Et loquebatur stultitiam. quia laudat ydola et falsos prophetas dirigebant. Sequitur. Versus qui sepe interponitur. In omnibus his non est auersus furor eius sed adhuc manus eius extenta. Secundum sententiam est quia deus in se ipso nec furore nec ira habet. Irasci enim dicitur. quia furore animi contra primi eius uitium attendit. Deus ergo quo irascitur. quia in ulciscendo uicijs intus nulla perturbatione animi mouetur. Sed quia culpas percutit. more humane locutionis dicitur irasci. vel furorem habere. quamuis nulla animi perturbatione moueatur. Ita enim deo irasci non potest. sicut nec mutari ullatenus potest. Sunt et manus extenta dicitur. ut hiis in eo ferret describatur. licet ipse nullis membrorum lineamentis teneretur. Sunt autem furor eius non sit auersus ab eis. ostendit propheta subiungens. Succensa est enim quasi ignis impietas. vepres et spinas uorabit. Et succendetur in densitate saltus. et conuoluetur superbia fumi. Impietas ydolatrie et crudelitatis. succensa est in regibus israel. et uorabit uepres et spinas id est eos de quibus in carmine dauid dicitur. Preuaricatores autem quasi spine euellentur uniuersi. et succendet ignis impietatis in densitate saltus ut totum israel deuoret. Sed enim impietas uocatur ignis. quoniam est ipse fumus de hoc igne procedens in sua doctrina impietatis. Et superbia fumi. Superbia peruerse doctrine est quo uoluitur quasi in densitate saltus. Superbia fumi. Immo in multitudine populi israel arrogantia ydolatrie implicata. ut iam ab ea populus ille expediri nequeat. in qua totus est inuolutus. Sequitur. In ira domini exercituum conturbata est terra. et erit populus quasi esca ignis. Terra israel conturbata est in ira domini

quia impietas ignis est. populus qui esca ignis efficitur. qui ab impietate maiorum principum affligitur. et unusquisque proximum deledit. Vna scilicet. Vir fratri suo non parcet et declinabit ad dexteram et esuriet et comedet ad sinistram et non saturabitur. Declinabit ad dexteram ut aduersetur bonis. et ad leuam ut noceat malis. Sequitur. Vnusquisque carnem brachij sui uorabit. Quid per brachium nisi proximus cuiuslibet necessarius in quo fortitudinem quisque habeat. et per que suas actiones habeat designatur. Carnem ergo brachij uorat. qui substantia proximi et amici sui rapit. Quod quidem non solum inter minores. sed etiam tribus in tribum agebat. Sequitur. Manasses effraym. et effraym manassen subaudi. uorabit simul ipsi contra iudam. Sit conturbata terra est in ira domini. Post hec de hijs que leges iniquas in populo israel promulgauerunt agitur. et captiuitatis eius debita commutti. Ve inquit qui condunt leges iniquas etc. Deinde multa de rege assiriorum dicuntur. que ne hystorialiter texentes omittimus. Sed quia sepius prophetice mens de ubis diuersa complecti solet. Videamus si uero superiore sensu hec intelligi possint. Eleuabit inquit dominus hostes rasyn super eum. Rasyn rex syrie fuit. et per syria intelligimus gentilitatem. Quid per rasyn nisi principes religionis gentilitatis. qui credere noluerunt designantur. Super quos eleuantur hostes sui. sicut iohannes ait bestie et maris. qui descendit diabolus ad uos habens iram magnam. Sequitur. Syriam ab oriente et philisthiim ab occidente. Et uorabunt israel toto ore. Syria sublimis interpretatur. philistiim ruina duplex uel cadentes duo. Et quid per syriam nisi per

luminis angelorum natura figuratur
in excelsis creata. Quid per philistijm
nisi genus humanum quod a para-
disi felicitate depulsum est. quasi in
occidentem id est in hanc vallem lacri-
marum. ubi deficiente luce. nox
ac abyssus interminabilis depriva-
tionis invenitur. Nam ad phili-
stijm descenderunt duo impiis ap-
paret. prothoplastis. qui duo pec-
caverunt. et a paradisi amenitate
ceciderunt. atque corporis et anime
ruina oppressi sunt. Elevat ergo
dominus syriam ab oriente et philis-
tijm ab occidente. ut devoret israel
toto ore. quia divino iudicio et
maligni spiritus ab origine in prin-
cipio initiati. iudaicum populum superat
et homines deprimit seculo. a passione
et occasu salvatoris persequitur eu-
Super iudeam absinthium quod rasbin
et israel atque effraym creata nomina
pro diversis significationibus accipimus
Magna enim legentium discretio de-
bet esse. ut in sacro eloquio cui-
quilibet huius nominis dicitur non sem-
per una eandem quam rem significare
credatur. sed varie pro locorum diversita-
te prout oportuerit accipiatur. Sequitur
In omnibus his non est aversus
furor eius sed adhuc manus eius
extenta. Dum in vespasianum regi-
ones iudee vastaret. noluit
dominus propiciari. quia illi noluerunt
converti. Nam sequitur. Et populus
non est reversus ad percutientem se
et dominum exercituum non inquisierunt
in christum. Et disperdet dominus ab israel
caput et caudam incurvantem et
refrenantem in die una id est cum totus
iterum cepit. Nam ipsa aut obsidione
Johannes et Symon ceterique maiorum prin-
cipes populum suis adulationibus
principes decipiebant. asserentes
nunquam deo esse gratius. quam plebs

tate pugnare. de quibus additur
Et erunt qui beatificant populum istum
seducentes. et qui beatificantur precipi-
tati. Et quia omnis sexus et om-
nis etas decepit propterea subiungitur. Propter
hoc super adolescentulis eius non
letabitur dominus. et pupillorum illius
et viduarum non miserebitur. Et cau-
sa eorum adhuc subditur. Quia omnis
ypocrita est et nequam. et universum os
locutum est stulticiam. Omnis populus
erat ypocrita. utpote corruptus
fermento phariseorum. quod est ypo-
crisis. Et universum os eorum locu-
tum est stulticiam. cum diceret Tolle
hunc et dimitte nobis barraban.
et nos legem habemus et secundum
legem debet mori. quia filium
dei se fecit. et sanguis eius super
nos et super filios nostros. Sequitur
In omnibus his non est aversus furor
eius. sed adhuc manus eius
extenta. Et tunc ad feriendum ad-
huc manus eius extenta sit
subiungitur. Succensa est enim quasi
ignis impietas. veprem et spinam
vorabit. Impietas principum iu-
deorum succensa est. ut ignis adver-
sus apostolos resurrectionem domini constanter
predicantes. Veprem et spinam vo-
rabit id est iudaicum populum. eadem im-
pietas inflamabitur in apostolos. de
qualibus spinis et vepribus dicitur
Sicut lilium inter spinas. sic amica
mea inter filias. Et succendetur igitur
in densitate saltus. id est in agresti
populo gentilium. eadem invidie
flamma. adversus christianos exar-
descat. Et convolvetur superbia fu-
mi. quia omnes principes gentium
in hoc conspiraverunt. ut veterem
errorem ydolatrie defenderent. et
nova doctrine christiane predicatores
unanimiter impugnarent. Et ex
totus mundus contra christianos.

est commotus. recte subiungit. In
ira domini exercituum commota est
terra. et erit populus quasi esca ignis.
Ignis cum persecutionis populum scor-
norabit[?]. Unde eis dominus ait. Tunc
tradent vos in tribulationem et occi-
dent vos. et eritis odio omnibus
gentibus propter nomen meum. Et tunc
scandalizabuntur multi. et inui-
cem tradent. et odio habebunt
inuicem. et multi pseudo prophete sur-
gent et seducent multos. Similiter
et hic sequitur. Vir fratri suo non
parcet. Et declinabit ad dexteram
et esuriet. et comedet ad sinistram
et non saturabitur etc. Vir fratri suo
non parcet. tradet enim frater fratrem
in mortem. et declinabit ad dexteram
ad usus iustos. et esuriet penam
eorum. et comedet ad sinistram pecca-
tores. et non saturabitur afflictione
eorum. per brachium suum iam intelleximus
amicum necessarium. in quo quis
fortitudinem habeat. et per quem
actiones suas impleat. Carnem
quoque brachii sui vorat. qui corpus
amici cruciat / ~~aut punit~~ Omnis[?] [margin: punit a]
uo[?] per manassen qui dicitur obliui-
osus nisi gentilis populus designatur
qui creatorem suum oblitus creaturas
adorauit. Et quid per effraym quod
interpretatur vbertas. et dilecto templo
dei seruiebat. populus nisi multi-
tudo hereticorum exprimitur. Et quid
per iuda nisi katholicorum populus
figuratur. Vorabit igitur manasses
effraym. et effraym manassen.
quia et gentiles persequebantur
hereticos. estimantes eos christianos
et heretici quos poterant cogentibus
ad suam sectam velud ad reli-
gionem conuertebant. Insimul quod
ipsi et gentiles et heretici contra
iudam id est contra catholicam seuiebant
Sed postquam hec completa sunt
non dum persecutiones quieuerunt
Nam sequitur. In omnibus hiis non

est auersus furor eius. Sed adhuc
manus eius extenta. Nam de
principibus impiis. qui tunc leges
iniquas contra christianos dederunt
subiungitur. Ve qui condunt le-
ges iniquas et scribentes in-
iusticiam scripserunt. ut opprimerent
in iudicio pauperes. et vim facerent
cause humilium populi mei. ut essent
uidue preda eorum et pupillos di-
riperent. Postquam enim martires in
iusto iudicio condempnauerunt tunc per-
emerunt diripiebant bona eorum
nichil uxoribus ac filiis eorum reli-
quentes. Et nos de die futuri examinis
in quo reddet unicuique secundum opus
suum. propheta terrere volens subiungit
Quid facietis in die visitationis
et calamitatis de longe venientis
Nam illa districtio sepe in scripturis
appellatur visitatio. Visitabo igitur
super orbis mala. et contra impios
iniquitatem eorum. quia dies ire dies
illa. dies calamitatis et miserie
Et nunc calamitas de longe venire
dicitur. iuxta illud. Ecce nomen domini
venit de longinquo. ardens furor
eius. et grauis ad portandum. De-
inde adhuc dicit districtione. additur
Ad cuius fugietis auxilium. et ubi
derelinquetis gloriam vestram. ne incur-
uemini sub vinculo. et cum interfectis
ne cadatis. Nec enim reges et
tyranni tunc auxilium vel refugium
inuenient. sed sub vinculo perpetue
mortis incuruabuntur. cum ceteris quos
dominus interficiet spiritu oris sui dicens
Ite maledicti in ignem eternum. Sequitur
Super omnibus hiis non est auersus
furor eius. sed adhuc manus eius
extenta. Adhuc enim tribulationes
manent. adhuc mala crebrescunt
Vel ab impiis non est auersus furor
eius. postquam eos gehenne tradidit
Sed adhuc manus eius est super eos ut
absque ullo fine vel remedio pu-
niant. Sequitur. Ve assur virga

furoris mei et baculus ipse in ma
nu eorum indignacio mea. Assur
qui coarguens vel commitens in
terpretatur. hostis antiquus est qui eos
in extremo futuri iudicii convincet
et coarguet qui nunc suggestio
nibus eius consentiunt. Et iste
assur virga vel baculus furoris dei
est qui ipso feriuntur hii quibus
irascitur dominus et ipse est in manu
principum scilicet qui peiora ma
la faciunt. et est idem indignacio
dei. Nam quia per se ipsum sathanas
nichil agere potest. iccirco virga dei vocatur
que dominus eorum in manum quodam
modo ponit vel dimittit. qui pec
catum dei faciunt. Sequitur. Ad
gentem fallacem mittam eum et
contra populum furoris mei manda
bo illi. ut auferat spolia et di
ripiat predam et ponat illum in
conculcacionem quasi lutum platearum.
Ipse autem non sic arbitrabitur et cor
eius non ita estimabit. sed ad conte
rendum erit cor eius. et ad internitionem
gencium non paucarum. Quid vero
gentem fallacem vel populum furoris
sui nominat. nisi plebem iudai
cam. ideo quia misit contra eum hostem
qui relaxavit eum adversus eam
ut auferret ab ea virtutum spolia
et predam animarum diriperet. et po
neret contra populum in conculcacionem
et lutum platearum. ut ex toto lutum
fieret. ut olim in egipto et ab in
mundis spiritibus conculcaretur in operibus
terrenis late iacens. Ipse autem satha
nas non sic arbitratus est id est quod eum
dominus ad iudeos miserit. et ceteris
gentibus prebuerit. Sed ad con
terendum multos est ad hoc cor eius
et maligna cogitacio. quia non
paucas gentes extinguere adhuc
nititur. Unde sequitur. Dicet enim
Numquid non principes mei simul
reges sunt. Numquid non ut car
chamis sic calanno et ut arphat
sic emath. Numquid non ut da
mascus. sic samaria. Quomodo in
venit manus mea regna y
doli. sic et simulacra eorum de ie
rusalem et samaria. numquid non
sicut feci samarie et ydolis eius
sic faciam ierusalem et simulacris
eius. Hoc post apostolorum tempora loquitur
hostis antiquus. dicit autem pau
lus quia non est nobis colluctacio
adversus carnem et sanguinem
id est adversus ullum hominem. sed
adversus principes et potestates. ad
versus mundi rectores tenebrarum
harum id est malorum et infidelium hominum
hos ergo principes suos id est malignos
spiritus sathan iactat esse reges
quia sunt rectores mundi tenebra
rum. Carchamis vero civitas est
iuxta eufraten. ubi nabuchodo
nosor percussit exercitum pha
raonis. Calanno autem interpretatur
omnes nos. presumit igitur ipse
hostis quia sicut in carchamis
prevaluit rex babilonis super
multitudinem egipciorum in tempo
re eiusdem antiqui hostis multitu
dine seculari superantis. sic preva
labit calanno id est in omnibus nobis
Arphat dicitur sanatus et emath
indignacio. et ille male sanus
est qui iram dei negligit. miserere
mei domine quoniam infirmus sum. In
stulticia non sapiencia stulta est presumpcio
dicit ergo imprudens adversarius
quia sicut arphat id est negligens
quisque qui sanum se putat. sic et
et emath id est mens eorum qui de
tristiciis indignatur ad eterna
festinat. Damascus vero vel san
guine bibens vel sanguinis po
tum interpretatur. samaria autem cu
stodia eorum et cogitat hostis
quia sicut sanguinis potum
id est homicidium perpetrant sic erit custo
dia eorum id est quidquid illi secundum
custodiam mandatorum dei facere videntur

in venit

qui in reatu effusionis sanguinis
non tenetur. Quemadmodum invenit ma-
nus mea regna ydoli, ita et omnes
gentes. Sic et simulacra eorum de ie-
rusalem etc. Ierusalem intelligimus ecclesiam
et plerique interpretantur. Ecclesie filii
in quibus sevius est avaricia, que
est ydolorum servitus. Et sicut si-
mulacra eorum de ierusalem id est de ecclesia.
Quid illos nunc samaria nisi quam-
piam hereticorum ecclesiam designat,
cuius simulacra sunt omnes hereticorum
adinventiones et doctrine. Presu-
mit itaque seductor antiquus,
quia sicut sibi gentes subiecit,
sic paulatim catholicos superare
posse et per falsa dogmata hereticos
decepisse. Unde addit: Nunquid non
sicut feci samarie id est hereticorum mul-
titudini et ydolis id est dogmatibus
eius, sic faciam ierusalem id est ecclesie et
simulacris eius id est avaricie et ad-
inventionibus eius falsis. Quia
sicut hereticos a deo separavit et
sue dampnationi sociavit, sic et
christianos adhuc decipere se posse
presumit. Tales sunt hostis nostri co-
gitationes. Contra has oportet nos
semper sollicite cogitare, quia ne-
quaquam talia cogitaret, nisi ex parte
tamen non invenisset facere. Sequitur. Et
erit cum impleverit dominus cuncta
opera sua in monte syon et in ierusalem,
visitabo super fructum magnifici cor-
dis regis assur et super gloriam al-
titudinis oculorum eius. Cuncta opera
sua dominus in monte syon implevit
cum in loco calvarie crucifixus di-
ceret consummatum est. Et post cenam
patri locutus est: Ego te clarifica-
vi super terram, opus consummavi
quod dedisti michi ut faciam. Atque tunc
visitavit super fructum magnifici cordis
regis assur, quia per mortem destruxit
eum qui habebat mortis imperium,
id est dyabolum. Magnificum cor eius

dicitur quia talia facere cogitat. Fruc-
tus cordis eius opus est. Et nos
oculorum eius cogitationibus perdidit. Oculorum
et oculorum licet altitudinem, quia
cunctos velud in ymo respicit,
dum se super omnes superbe extollit.
Vel in monte syon et ierusalem id est eccle-
sia cum impleta erunt cuncta opera
salvatoris, cum in fine seculi com-
pletus fuerit numerus electorum nostrorum
et opera eorum consummata, veniet et
visitabit super fructum regis assur,
quia malicia eius permanens
precipitabitur enim cum cunctis membris
iniquis eternum. Quod adhuc ante
redemptoris adventum quid iste
cogitaverit subdit. Dixit enim:
In fortitudine manus mee feci
et in sapientia mea intellexi. Et
abstuli terminos populorum et principes
eorum depredatus sum. Et detraxi
quasi potens in sublimi residentes
et sicut colliguntur ova que de-
relicta sunt, sic universam terram ego
congregavi. Et non fuit qui mo-
veret pennam et aperiret os et
garriret. Dixit hostis antiquus
in fortitudine manus mee feci, quia
sibi nemo resistere valebat, sed omnes
ubique vincebat, postquam primum
hominem sibi subiugaverat. Nemo
quippe eum nisi per propriam ~~gratiam~~ superat gratiam
et dum priores parentes decipere,
male sapiens fuit, quia serpens
callidior erat cunctis animantibus
terre. Nam genus humanum callida
fraude seduxit. Terminos vero
populorum nisi naturalem legem appellat.
Dicamus hos terminos esse: quod tibi
non vis fieri alii ne feceris. Et
quecumque vultis ut faciant vobis
homines, et vos facite illis similiter.
Isti sunt termini quos unicuique
deus naturaliter posuerat, sed eos hostis
antiquus abstulit, ut per omnis
iniquitatis vias humanum genus
passim incederet. Et principes eorum

depositus est. et residentes in sublimi arce statutis detraxit ut balaam et salomonem. et ceteros similiter et manus eius inuenit quasi nidum fortitudinem populorum. qui actio eius regnum nullus inuenerat. qui pro defensione populorum uel errori pugnabat. Omnis autem derelictus vniuersam terram et omnes ciuitates eius congregauit. quia tantum vniuersas gentes obumbratas eorum deseruerat. et hostis ad se congregauit eas in unitatem sue militie. Nam uelud aliena oua gemma demonium diabolo quod non creauerat occupauerat. et quod non genuerat motu patris nomine possidebat. Nec confouebat nisi seuanda sobolem quam fouebat. et supponendo seruituti captiua tenebat. et non erat qui moueret pennam et aperiret os et garriret. quia non dominus ille uenerat. qui se similauit galline dicens ad ierusalem. Quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. et noluisti. Nulla enim alia auis sic cum agnoscit ut gallina que se in pullis suis infirmat ut sit alis demissis plumis hispidata voce rauca omnibus membris demissa et abiecta. ut etsi ipsi pulli non sequuntur filios non uideas matrem tamen intelligas. Sic ergo pro nobis infirmatus est christus ut nos uelud oua seu pullos foueret et protegeret ac nutriret. Eam protegens mouet pullorum suorum ad eum discipulos quasi pennam mouit. Et aperiunt os et garriunt dicens persecutoribus Ego sum. si ergo me queritis sinite hos abire. Ubi euangelista obseruat ut impleretur sermo quod dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Bene itaque pullos protegens mouit pennam et aperuit os et garriuit uelud galina contra raptorem. quia nec quosquam corporis perderet quos solus tenere uoluit. Mouit ergo pennam. fideles suos quasi sub alis suis protegens aperuit os. contra dictos antiquos predoni garriuit. quia ipse infirmitates nostras accepit. et egrotationes portauit. Et antequam ille uenisset terminus eius usquequaque ea que dicta sunt tonitruus exaltabatur. Sed contra stultitia eius posita submergitur. Numquid exaltabitur securis contra eum qui secat in ea. aut eleuabitur serra contra eum a quo trahitur. quo si eleuatur uirga contra eleuantem se. et exaltetur baculus qui utique lignum est. Sicut enim securis aut serra. sine baiulo per se nihil secare aut serrare ualet. sic et diabolo per se nihil agere potest. Et est quasi uirga uel securis in manu dei. Et quod ipse contra deum idem superbit cum aduersus illum preualet. esse tamquam si securis uel serra sine baiulus. aut uirga contra eum qui percutit eam superbit. Sequitur. Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem et subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. Propterea quia contra deum exaltatus est quasi sine illo posset aliquid. Et qui sunt pingues eius nisi sacerdotes populorum mundanis diuitiis et honoribus redundantes. aut quilibet superbi diuites. Mittit ergo pinguibus immittet tenuitatem. quia sacerdotes populorum a bono et a recto contemptum. Et superbi non numquam amittunt diuitias ut humilientur. Et subter gloriam eius ardebit quasi combustio ignis. quia consumet intellectus igne malitie sue cunctos eos quos possidebat animos

licet intrinsecus crucietur. et sic prin-
cipem seculi iactet ut cum tempta-
ret dominum dicens Tibi dabo potestatem
hanc universam et gloriam eorum
quia mihi tradita sunt. et cui vo-
luero dabo illa. vel subtus gloriam
eius quasi combustio ignis arde-
bit. quia qui foris gloriatur sathanas
nas et angeli eius. ubicumque vel
in aere volitent vel in terris vel sub
terris vagentur sine detineantur
suarum semper ferunt tormenta flam-
marum. instar febricitantis qui
et si in lectis eburneis et insolen-
tis ponatur aspectus fervorem tamen
vel frigus insiti sui languoris
evitare non potest. Sic et demo-
nes et si in templis colantur
auratis et pacta disturbant
igne semper ardent gehennali
et ex ipsa pena sua commoniti
deceptis ergo hominibus fomite
viciorum unde et ipsi peccant in-
cendendo suggerunt // Et erit
lumen israel in igne. et sanctus eius
in flamma et succendetur et devo-
rabitur spina et vepres. in die
una. Sanctus pater ambrosius
ysayas inquit. significat non
solum lumen. sed et ignem esse
spiritum sanctum dicens et erit lumen israel
in igne. et addidit. Itaque spiri-
tat enim in igne ardenti. quia
in istis tribus ignibus sponsio[?]
maiestatem divinitatis adventum
quem et sanctificatio divinitatis et illu-
minare ignis et lucis est proprium
et in specie ignis exprimi vel vi-
deri divine est consuetudinis
deus enim ignis consumens est
sicut moyses dixit. Erit ergo
lumen israel in igne. quia spiritus
sanctus in igneis linguis apparuit
et sanctus eius in flamma. quia
salvator passionem sustinuit.
Et erit in flamma. quia verbi[?]
et in flamma ignis redderetur[?] singula
secundum capita eorum. et succendetur
ignis spiritus sancti in cordibus

humanis. et devorabitur spina id est
originale peccatum et vepres id est
viciorum asperitates. in die una in
tempore gratie vel in die passionis
christi. Sequitur. // Et gloria saltus eius
et carmeli eius ab anima usque
ad carnem consumetur. et erit terre[?]
profugus. et reliquie saltus eius
pre paucitate numerabuntur. et puer
scribet eos. Quid per saltum nisi gen-
tilitas designatur. et quid per carme-
lum qui dicitur cognitio circumcisionis
nisi populus iudeorum carnaliter cir-
cumcisus. Et que est gloria sathane
in hoc saltu vel carmelo nisi pec-
catum. Et hec gloria consumitur
ab anima usque ad carnem. quia propter
gratiam remittuntur tam anime quam
carnis peccata. Et primo quidem
saltus deinde carmeli gloria hic
consumitur. quia gentilitas prius
quam iudea gratiam percepit. sicut
scriptum est. Donec plenitudo
gentium intraret. et sic omnis israel
salvus fieret. Hostis vero salutis
humane in fugam convertetur. Reli-
quie autem lignorum saltus omnes sunt
reliquie gentilitatis que fidem
percipere noluerunt. sed iam pre paucita-
te numerari possunt. quia raro invenitur
quis qui christianus non sit.
Puer vero puer est qui scribit eos
nisi de quo dictum est. puer natus[?] na-
tus est nobis. et filius datus est nobis
Scribit enim in libro vite eos qui
credunt. Sicut locutus est eis
Gaudete quia nomina vestra
scripta sunt in celis. Sequitur
Et erit in die illa. non adiciet
residuum israel. et hii qui fugie-
runt de domo iacob. inniti super
eum qui percutit eos. sed innitetur
super dominum sanctum israel. Hec de illis
dictum est iudeis. qui crediderunt
predicantibus apostolis. Nam residuum
israel est. de quo paulus ait. Sic et
tempore reliquie secundum electionem
gratie salve facte sunt. Et illi

fugierunt de domo iacob . i . de syna
goga . qui tandem intelligentes
hunc esse xpm . quem crucifixerant
compuncti sunt corde : et dixerunt
ad aplos . quid faciemus viri
fratres . Jam enim querebant effu
gium . licet immissi sunt vltores sup
eum qui persequebat eos . i . sup
hostem antiquum . qui persequebat
illos : et vulnerabat aias eorum
Et immissi sunt sup fundamentum
quod est xpus . perseverantes in
doctrina aplorum : Potest hec etiam de
illis intelligi . qui predicante helya
credituri sunt . Nam cecitas ex
parte in isrl contingit donec ple
nitudo gentium intraret . et sic
omnis isrl saluus fiet . Et siue
de illis qui tempore aplorum credi
derunt . siue de illis qui in fine
credituri sunt accipiat . euidens
est quod subdit . Conuertentur reliquie
conuertentur . reliquie inquam iacob
ad deum fortem . Si enim fuit plus
tuus isrl . quasi arena maris
reliquie conuertentur ex eo : Et quia
in xpo per fidem eorum secuti sunt insti
ciam : qui in lege non poterant
iustificari . pulcre subiungitur //
Consummacio abbreuiata inun
dabit iusticiam . Omnis enim lex sicut
paulus ait . in vno sermone impletur
diliges proximum tuum sicut te ipsum
Sequitur // Consummacionem enim
et abbreuiacionem . dns deus ex
ercituum faciet : in medio omnis
terre . Dominus tamen per seipsum docet
inter medium . quae est medium
vniuerse terre fecit consummacionem
et abbreuiacionem dicens . / Omnia
quecunque vultis ut faciant vobis
homines . bona . ita et vos facite
illis : hec est enim lex et prophete :
Cumque tamen dixisset . diliges
dominum deum tuum ex toto cor
de tuo . et proximum tuum sicut te
ipsum : Subiecit . In hiis duobus

mandatis . vniuersa lex pen
det . et prophete . hoc est breuis con
summacio . que iusticia affluens
inundat . quam tamen prophetali consi
one similitatem consolacionem intimam
subiungit . Nam sequitur // Propter
hoc hec dicit dns exercituum No
li timere populus meus habitator
syon : assirus . i . noli timere ho
stem antiquum . tu plebs hebrea
que saluatorem expectas aduentum
Sequitur // In virga percuciet te
et baculum suum leuabit sup te
in via egipti . Quum in syon . i .
in fide . dnica aduentus prima sercit
non tanget te . Et si tempus in e
giptum ire . i . in tenebras in
fidelitatis . mox in virga percuciet
te . i . persecutionem tibi ex puro ope
mouebit . Cur autem dixerit
noli timere . assirium : manifestat
subdendo . Adhuc enim paululum
modicumque . et consummabitur in
dignacio . et furor meus sup
scelus eorum : Omnia sicut de pre
sente : per ieremiam dicitur . propicius ero
iniquitati eorum . et peccata eorum
iam non memorabor : Quod de illis
specialiter accipitur . qui compuncti
sunt ad predicacionem petri : quorum
maximum scelus fuerat mors
saluatoris . Et et sup hec scelera
eorum consummata est indignacio eius
quia ex hoc peccatum dimisit illis :
Sequitur // Et suscitabit dns
sup eum exercitum . flagellum
iuxta plagam madyan . in petra
oreb . et virgam suam sup mare
et leuabit eam in via egipti
De plaga madyan in petra oreb
que sub gedeone facta est . non est
necesse nunc dicere . Quomodo autem
sup mare dns virgam suam
leuauit agnoscitur . Ubi locutus
est moysi : Eleua virgam tuam
et extende manum tuam sup mare

et dimic illud. ut gra dicam
filii isrl in medio maris p siccu.
Ego aut indurabo cor eius. et
egipcior ut psequat nos. et glo
rificabor in pharaone. et in omi
exercitu eius. 7 c. Extende ma
num tuam sup mare. ut reuertant
aque ad egipcios. sup currus et
equites eor. Mare aut baptis
mi significat. uirga crucem domini
uel doctrina eius. submersio egip
cior abolicone pctor. Et ele
uabit eam in uia egipti. sic
enim qn moyses iuit in egiptu
portans uirgam domini in manu
sua. Sic om xpus p aplos ue
nit ad gentes. cui tamen uirga
direccionis uirga regni tui. Et
quia dyabolus iugum suum
et baculum leuat. aduersum
nos in uia egipti. ut uirtutes
seruat. xpus econtrario benigna
extendit uirgam discipline in
uia egipti. ut uicia corrigat.
Sequitur. Et erit in die illa au 2
feret onus eius de humero
tuo. et iugum eius de collo tuo.
et computrescet iugum afacie olei
Onus et iugum eius. et collo me
tis me dns abstulit. quia nos
ab illa demoniace tyrannidis
seruitute. qua grauiter depmeba
mur. liberauit dicens. Venite
ad me omnes qui laboratis et one
rati estis. et ego reficiam
uos. tollite iugum meum super
uos. et discite a me quia mitis
sum et humilis corde. et inuenietis
requiem animabus uris. iugum enim
meum suaue e. et onus meum
leue. Nam tunc iugum asperum
inimici. posuit in nob iugum
suum suaue. et tunc onus graue
dedit nob onus leue. Et compu
trescet incipit iugum afacie olei
Eubi iugo xpe ut dictum e tene
bamur demoniace seruitute.
Sz uncti sumus oleo sps sci. Et

quia nos rennuit gra libertatis.
demoniace dnationis iugum
computruit. paulo attestante q
ait. Ubi sps dni ibi libertas. Sequitur
Veniet in ayath transibit in magron
apud magmas. commendabit uasa
sua. Transierunt cursim. Gabaa
sedes mea. Obstupuit rama. Ga
baath saulis fugit. Hinni uoce
sua. filia gallym. attende laysa
paupercula anatoth. migrauit
medemena. habitatores gabym
confortamini. adhuc dies e ut
in nobe stet. Agitabit manu
sup montem syon collem ierlm.
Ayath dr condempnato. Magro
gutur. Veniet igr in ayath .i. ad
condempnationem. quia princeps
mundi huius iudicatus e. Transibit
in magron .i. in gutturi. .i. quia
condempnato eius dnio culto
res ydolor iam non audietes
errorem suum publice pdicare.
docebunt occulte. supsticiones
suas. Magmas aut interptatur
tum inspectati. Vasa uo sathane
sunt homines reprobi. de quibus
ait aplus. quia deus sustinuit
1 multa paciencia uasa ire apta
in interitum. Commendat go uasa
sua apud inscrutum. quia sp
iniqui manet in tabulo flagicio
se actionis. q ei reddere no desistunt
Sed tamen eadem uasa. eius p
ppria transierunt cursim. Cum
religionis infidelium cursus uite
temporalis. p morte citius abstu 2
lit. quibus ablatis. gabaa .i. col
les scilicet sunt sedes mei. Illi sz
colles. de quibus ait iacob. do
nec ueniret desideriu collium eternor
.i. pphar et aplor. In sede uo au
ctoritatis magestrat designant col
les q sedes mea sunt. quia doc
trina aplor et pphetar sta eccia
cu auctoritate pdicat. Sz quia
post psecucionem gentilium psecu
to facta est hereticor. recte subiungit.

obstupuit rama i. ecclia scorum
que dicit. ita comissione intel
est. Rama quippe d(icitu)r ecclia. Et
dns hereticorum at sequatur anti
xpi. persecutionem pmittens ait
Exsurgent pseudo xpi. et pseu
do pphe. et dabunt signa et por
tenta ad seducendos. si fieri pot
est electos. Ape hic obstupuisse
d(icitu)r rama i. ecclia. et xpi impia
eorum doctrinam: post hec expectati
onis israelitarum comissione. unde
et sequitur. Gabaath saul fugit
Gabaath namque collis patruel
d(icitu)r. saul non expetitus e. Et quis
est expetitus nisi redemptor.
hominum gentis. que expectabant
pphe dicentes. Ostende nobis
dne misericordiam tuam et salutare tuum
da nobis. Qui et filius david e
dicente matheo. Liber generationis
ihu xpi filii david etc. Ceteros
aut iudeos qui sunt ope david.
fres eius attingunt i. patruos
dni. Unde filii patrueles eius
sunt i. nepotes david. Omnes n(ost)ro de
genere david post excisionem ierlm
primum iussit. domicianus. ut soli
patrueles dni remaneret. per
emptis eius fratribus i. filiis. Ad
versa quoque iudeorum prosapia: que descen
dit a fratribus david i. ab antiquis
patribus collis patruel saul i. xpi
noctem. Itaque gabaa: saul fugit X
abiura ventura fidem recepit.
Ubi congrue subditur// Hinni vo
ce tua filia gallym i. filia transmi
grantium. Nunc enim adventu helie
roborata hinniet i. iubilabit
et predicabit conversis ecclia. que
tribulationibus oppressa merens plurat
hinniet aut non voce predicatoris
antixpi non infidelium iudeorum
non hereticorum non gentilium sed voce
dulci voce domestica voce xpi
Gallym vero i. transmigrantes sunt
illi. qui radicem cordis i. amorem

X Sed pples ipse xpo appinquans
fugiens

seculi huius non fixerunt sed ad celestia
festinant dicentes: Non habemus
hic manentem civitatem. sed futuram
inquirimus. Unde filia e ecclia
expeditione eorum et imitatione
generata. Adtunc consolatorem subiungit
de extirminatione antixpi. Attende
laysa paupercula anathoth. Mig
ravit medemena. Ubi interpretatum
sit d(icitu)r. Attende leone paupercula.
obediens inquit assaltu eius
Attende leone. considera xpm.
qui a mores inquit assaltu eius.
i. agentibus in quibus regnans
seviebat ut leo in saltu. Operum
tuba. obediens i. humilis. ecclia xpo
serviens: Deinde eos alloquitur
versum in ultimo fine seculi. post
morte antixpi penitentiam agent.
Migravit habitatores gabym i.
fossarum. qui in profundo malicie
latibulis. sunt usque magis. con
fortamini et pugnate contra satha
nan. Adhuc enim dies e. i. ali
quantulum nunc temporis spaciolum
superest. ut in nob stet i. contra la
tratum suggestionum diaboli stetur
Nob quippe latratus d(icitu)r. Qua post
mortem antixpi superest xl.v
dies. sicut ex libro danielis colligitur
Et tunc ad penitentie remedia multi
confugient. quos antixpus seduxe
rat. et quia in ierlm et in loco
illius prophane seruet antixpus
ideo forsitan subditur. Agitabit ma
num suam super montem filie syon.
collem ierlm. Potest et de tempta
tione. qua multos impetit hostis
antiquus intelligi. Manus enim
per manum eius nisi temptatio de
signatur. Manum ergo suam sup montem
et sup collem agitat. quia fide
les universos. et maiores et minores
temptationibus vexat. Sequitur
Ecce dominator dns exercituum
confringet lagunculam in terrore
et excelsi statura succidentur. et
sublimes humiliabuntur. Et sub
vertentur condensa saltus ferro.

et libanus cum excelsis cadet
Confringet dominus in terrore lagun
culam · sicut enim in prelio gedeo
nis factum est cum lagena que
fragilitas corporis figuratur. Confre
git ergo dominus in terrore lagunculam
quia moriente christo tenebre facte
sunt · et velum templi scissum est
terra mota est et petre scisse sunt
et monumenta aperta sunt · et multa
corpora sanctorum qui dormierant surre
xerunt · Centurio autem et qui cum eo erant
custodientes ihesum · viso terre motu
et hiis que fiebant · timuerunt
valde dicentes : vere dei filius
erat iste · Sic in terrore confracta est
laguncula divina corporis · Et post
hec excelsi statura · id est principes in
deorum alii succisi sunt aroma
tis · id est perempti · et alii humiliati
id est in captivitatem ducti · Conden
sa saltus subversa sunt ferro · quia
verbum destructa est · et libanus
cum excelsis cecidit · quia templum
est incensum · et sacerdotes eius
superbi deiecti · Vel excelsus statura
reges et principes seculi sunt quolibet
in sublimitate constitutos a certe
superbos accipere possumus · Quos
christus euangelio excecavit · vel per
mortem succidit · vel per penitenciam
humiliavit · Et subvertem inquit
condensa saltus ferro · Iam enim
securis ad radicem arborum posita est
Omnis ergo arbor non faciens fructum
bonum excidetur et in ignem mittetur
Libanus vero quid est nisi ecclesia
gratia · libanus enim candidacio dicitur
et qui dignitate sancti consecuntur
candidati sunt cotidie et or
nati · Sic ergo libanus cum excelsis
cecidit · quia christus iam mundi
gloriam sprevit · et elatos humiliat

Et egredietur // Sequitur
virga de radice yesse et
flos de radice eius ascen
det / yesse patriarcha re
galis familie fuit · Radix yesse
familia regalis virgo maria
flos marie christus qui bonum o
dorem fidei toto sparsim orbe
virginali decore germinavit : sicut
ipse dixit / Ego flos campi · et
lilium convallium · Flos odorem
suum · et suavitatis reservat · et deco
ratus cumulat · nec amissus
amittit · Ita dominus ihesus in
illo patibulo crucis · nec gestus
emarcuit · nec amissus exinanivit
Et illa lancee punctione suavius
sacro precciosior · sanguinem tandem toto
decoravit · moriens ipse mestius · et
mortuus vite eterne munus ex
alans · Virga eciam caro domini
potest forsitan accipi : que de ra
dice terrena ad superna se subrigens
odoriferos sacre religionis flo
res extulit mundo · misteria divine re
velacionis thronis celestibus / altari
bus superfundens · Potest ipse christus
et virga et flos intelligi / Virga
ei qui suppliciis plectitur / Virga
ei qui indiget in reparacione / Virga
ei qui necesse habet ut erigatur
flos vero ei qui iam erectus est
flos ei qui valet a flore inspice
et ad perfectum fructum pervenit · Sequitur
Et requiescet super eum spiritus domini
spiritus sapiencie et intellectus · spiritus
consilii et fortitudinis · spiritus sciencie
et pietatis · et replebit eum spiritus ti
moris domini · Ecce super christum tota
dona spiritus predicat · quia in eo
non ad mensuram spiritus sanctus habitat
sicut in nobis · sed tota in eo est plenitu
tudo divinitatis et gracie · Nam qui
de celis ad nos descendit / descenden
do potius istos gradus septiformes super
eum innuat id est sapienciam · intellectum ·
consilium · fortitudinem · scienciam · pie
tate · timore · Nam cum scriptum sit
inicium sapiencie timor domini constat
quod a timore ad sapienciam ascenditur
non a sapiencia ad timorem reditur

quia pfectam habet sapia carita
tem. et pfecta caritas foras mittit
5º timore. Consca quia de celestibus
ad yma loqbatr. cepit mag a sapia
et descendit ad timore. Et nos qui
a terrenis ad celestia tendim9. a iste
deinde incipim9. ut a timore ad
sapiam puemam9. Inuicte eni
ma pmo ascensionis gradus est
timor dni. Secdus pietas. tcius
scia. qrtus fortitudo. quitus co
silm. Sextus intellect9. septim9
sapia. Est eni timor dni in mete
Et qualis e iste timor. si tn co
pietas no est. Qui eni primo
misereri nescit. qui compati eius
tribulationibz dissimulat. huius ti
mor ante dei oclos nullus e. qui
no subleuatr ad pietate. Et qr
sepe pietas p inordinata miaz
errare solet. si pcta que ferire ge
henne ignibus possit. dissimula
tione no corrigit. ut go uera et
ordinata sit pietas. ad gdm est
aliu subleuadi. i. ad sciam. ut sci
at. ul quid pse uitate pimiat
ul quid ex mia dimittat. Et qr
si sciat quid age debeat. uirtute
no agendi no habeat. Scientia
go nra crescat ad fortitudine. ut
cu uidet quid agend sit. hoc age
pmetis fortitudine possit. Sed
sepe fortitudo si inpuida fuerit
et minus cont mala circuspecta
ipa sui psuptione in casu ruit.
Ascendat go ad consiliu. ut pui
dendo pmuniat. ome qd agere
fortiter potest. Et ee consiliu no
potest si intellectus deest quia qui
no intelligit malu. qd agentem
grauat. quo potest qr bonu soli
dar qd adiuuat. Itaqz ascendam9
a consilio ad intellectu. Sz quid si
intellectus magno quide acumie
uigilet. et moderari se nesciat
pmaturitatem. Ab intellectu go
ascendat ad sapiam. ut hc qd acu
te intellectus inuenit. sapia ma
ture disponat. Itaqz p timorem
surgim9 ad pietatem. a pietate ad
sciam ducimr. p sciam ad fortitu
dine roborimr. p fortitudine ad
consiliu tendim9. p consiliu
in intellectu psicim9. p intellectu i
sapia maturescim9. Sed ut hac
ascende scalam ualerem9 ipe
creator ad nos usqz descende dign9
est. et ad nos eam afferre. ut
in se ipso ascende. Et de certis qde
gradibus pspicuu e. Sz de timore
dei fortasse quis ambigit an
in eo fuit. Sz absqz dubio re
pleuit eum sps timoris dni
quia ut supbum homine redime
ret. cont supbiam nram mente
humilem assupsit in qua timuit
dnm. Sz iste qui talis in primo ad
uentu apparuit. ut nos ad imita
tonem suam informaret. quid
in secda facturus sit audiam9. Seqtr.
Non scdm uisione oculoz iudica
bit. neqz scdm auditu aurium
arguet Sz iudicabit paupes in
iustitia et arguet in equitate.
p mansuetis tre. Cui consciencia
testis est. no ind uisum exterior
ul auditu iudicabit. ut secli iudi
ces qui corda no agnoscunt et
testibus indiget. Sz scdm inte
riora cordium iudicabit opa. Qui pau
pes uo sunt de quibz ait Xps pau
pes spu. Eos in iusticia iudica
bit. quia pristinu iudicau eos libra
bit. Et p mansuetis tre arguet
eos. qui afflixerunt illos. Seqtr.
Et pcutiet terram uirga oris sui. Et
spu labioz suoz interficiet impiu.
Terra e peccator quisqz. quia post
transgressione dictu e homini. terra
es et in terram ibis. Uirga oris
dni. sententia iudicalis est. Per
cutiet go terram uirga oris sui. qn
dicet peccatoribus. Discedite a me.

maledicti in igne eternum. Et spiritu
labiorum suorum interficiet impium
id est antichristum. sicut paulus ait.
Quem dominus ihesus interficiet spiritu oris
sui. Et non dixit quia tempus ubi
omnibus declaratur. Spiritus sanctus co-
eternus filio. et sic eorum procedere.
ut semper in ea maneat. quia
spiritus labiorum eius est. et spiritus
oris eius. Deinde primum eius ad-
ventum propheta respiciens subiungit
Et erit iustitia cingulum lumborum
eius. et fides cinctorium renum eius.
In lumbis ex luxuria solet hominibus
aliis. hic autem solus contra naturam
morum languores sanitatem ipse
ipso utitur. quam nobis infundere at-
tulit. Et ideo recte dicitur iustitia
cingulum lumborum eius. quia ibi
maxime iustitia commendata est
Ubi ceteri homines iustitiam magis
amittere solent. et ad peccatum solum
Vel si misterium eius incarnatio-
nis in lumbis debet accipi. Et
iustitiam qua cingitur. iterum oportet
intelligi. iustitia vera cingulum
est lumborum eius. dum deo per nos
incarnato bonis operibus in homi-
nibus / In renibus ergo designatur fides
id est incarnationis misterium fides
ergo vera cinctorium renum eius
est dum firmissime credimus. miste-
rium incarnationis illius. Renes
quia secreta et certa. recte subiungit
Habitabit lupus cum agno et par-
dus cum hedo accubabit. vitulus
et leo et ovis simul morabuntur
et puer parvulus minabit eos
Vitulus et ursus pascentur simul
requiescent catuli eorum. et leo quasi
bos comedet paleas. Nos mag-
litus gregorius qui religioso ha-
bitu indutum videmus. ex diversa iam
qualitate convenimus atque eadem
fidelibus institutionibus in sancta ecclesie con-
cordia congregati sumus. ut iam
pateat quia factum videtur
quod de sancta ecclesia promissione dicitur.

Habitabit lupus cum agno et cetera
Nam post taliter historia lupus
cum agno habitat. quia hii qui in seculo
raptores fuerant cum mansuetis
ac mitibus in pace quiescunt. Et
pardus cum hedo accubat. quia ille
qui peccatorum suorum maculis varius
fuit. cum eo qui se despicit et pec-
catorem fatetur humiliari consentit.
Vitulus et leo et ovis simul mora-
buntur. quia et is qui protinus
tor ad cotidianum se deo sacrificium
parat; et alius qui tamquam leo ex
crudelitate seviebat. et alter qui velud
ovis innocentie sue simplicitate
perdurat in ovilibus sancte ecclesie conveni-
unt. Et puer parvulus minabit eos
Quis est iste puer parvulus.
De quo scriptum est. puer natus
est nobis et filius datus est nobis.
Qui [illegible] simul habitantes minat. qui
ne in terrenis rebus corda nostra
herreant. hec intimum desiderium per
cotidie inflammat. et hoc ipsum eo-
minatur est ad summum amorem incessan-
ter accendi. ne cum nos nimium dili-
gimus incaute in hoc exilio remane-
amus. ne quies huius vite sic pla-
ceat. ut ab ablatione patrie per-
ducat. ne delectata mens prorsus
torpeat. dum deum sui flagella
pertimescat. Ecce nobis omne quod nobis in
seculo delectabat amarescat. et
aliud incendium insurgat in animo.
quod nos semper ad celeste desiderium
in quiete excitet. atque ut ita di-
cam delectabiliter mordeat. sua-
viter cruciet. hilariter contristet.
Puer ergo nos parvulo minat
quia is qui paulo minus quam
angeli minoratus est. per caritatem
qua nos tenuit. nos in hoc mundo
mente sistere non permittit. Vitulus
et ursus pascentur simul. quia is
qui deo sacrificium. et ille qui se-
vus atque horridus fuit. eidem.

dentur sic pabula percipiunt. Et
catuli eorum id est illi qui de imitatione
priorum nati fuerint iam in eodem
ovili requiescunt simul. Sed dum
haec de electis propheta loqueretur
tenens iterum percunctationem ab
antiquo et insatiabili hoste de-
notari ait. Et leo quasi bos come-
det paleas. Quid enim palearum
nomine nisi carnalium vita desig-
natur. Sed cur iste leo id est diabolus
in comestione palearum non equo
sed bovi comparetur agnoscimus, si
utrisque animalibus, quae sit inter
motorum distantia pensamus.
Equi namque quolibet fenum sordidum
comedunt, aquam vero non nisi
mundam bibunt. Boves autem aquam
quamlibet sordidam bibunt. Sed feno
vel paleis non nisi mundo vescuntur.
Quid est ergo quod bovi cum mundo
pabulo vescatur leo iste compara-
tur nisi hoc quod de isto hoste antiquo
per prophetam alias dicitur, escam eius
electa. Neque enim eos se rapere
gaudet, quos pravis actibus sordidis
actionibus implicatos in primis
se cum reperit nolentes iacere.
Paleas ergo comedere sicut bos
appetit, quia suggestionis sue
dente conterere mundam spiritalium
vitam requirit. Sed quo leo iste
sicut bos paleas comedens in-
tam spiritalium consumere dicitur. Si-
cut supra dictum est paleas nomine
vita carnalium designatur. Escam quippe
eius electa iam non erit. Si
paleas comedens carnales rapit.
Sed non nulli homines et apud deum
palea sunt et apud homines
spiritalis nomine censentur. Cum et
ante oculos humanos aliud osten-
dunt vita et ante divina iudi-
cia aliud intendunt conscientia.
Sunt enim quidam qui de hoc quod fecto
corde religiosam conversationem te-
nent religiosas ducunt. Hii itaque
apud humana iudicia electi
sunt. Sed apud subtile dei ex-
amen palee. Quia ergo non nulli
munda quidem vita per studium du-
cunt. Sed ea illa intus placere
non appetunt. Recte et esca eius
electa dicitur. Et tamen paleas
sicut bos comedere leo iste perhibetur.
Quia enim ante os eius munda palea
vita atque in infimis iacet,
cum et vita quasi innocens per manda-
torum custodiam agitur et tamen
intentionem que bona ostenditur
cura ad appetenda sublimia non
elevatur. Quid itaque utilitatis
agit. Quia in se mundiciam vite cu-
stodit si per intentionem in sinu a-
mare bonitatis hominis in ventre
dum se vita derelinquitur.
Sequitur. Et delectabitur infans
ab ubere super foramine aspidis. Et
in cavernam reguli. Qui ablacta-
tus fuit manum suam mittet. Non
nocebunt et non occident in
universo monte sancto meo. Quae enim
infantem ab ubere vel eum qui
ablactatus fuit nisi dominum appel-
lat. Quid autem foramine aspidis
vel caverna reguli, nisi corda
signavit impiorum. Quia hostis
antiquus dum totum se in eorum
consensum contulit, quasi in foramine
proprio coluber tortuosus sinu astu-
tie sue colligendo se conglomeravit.
Hunc et aspidis appellat nomine
occulte serpentem et reguli aperte
ferientem. Manum ergo suam dominus in
foramine reguli atque aspidis
misit. Qui iniquorum corda divi-
na potentia tenuit. Et comprehensum
ex vase regulum vel aspidem id est cap-
tivum diabolum traxit ut in monte
sancto eius quod est ecclesia electis fide-
libus non noceret. Ipse vel affligens

Tunc vero primum delectatus est infans
ablactatus super foramine aspidis quando
iacens adhuc in cunabulis
orientales magos ad se convertit
Cur autem de cavernis suis serpens e-
iectus sit ostendit propheta sub-
dendo. Quia repleta est terra
scientia domini. sicut aque maris
operientes. Iam enim euangelium
quasi pelagus totum orbem implevit
Iam universum mundum sacra
veritatis quasi diluvium quoddam
operuit et omnia falsitatis dog-
mata submersit et quomodo
aque maris operiunt profunda
maris. terram que operta est
fluctibus. Sic omnis terra com-
pleta est scientia domini. Et bene
sacra scientia mari comparatur
quia navibus mare transimus
cum ad desideratas terras tendimus
Nobis autem quid est in desiderio
nisi illa terra de qua scriptum est
portio mea in terra viventium
ligno autem ut dixi euehitur
qui mare transit. Nobis ergo qui
ad patriam tendimus. scientia
divine predicationis mare est quod
tenentem amitticant. quia nos
ad terram viventium ligno portat.
Sequitur. In die illa radix yesse
qui stat in signum populorum ipsum
gentes deprecabuntur. et erit se-
pulchrum eius gloriosum. Nos
radix yesse i. christus filius dei
stet in signum populorum ipsumque gen-
tes deprecentur. ipse exponit dicens
Sicut moyses exaltavit serpentem
in deserto. ita exaltari oportet
filium hominis. ut omnis qui cre-
dit in ipso non pereat sed habeat vi-
tam eternam. Sicut enim illi fu-
erunt percussi a serpentibus cum
aspicerent eneum serpentem. quem
pro signo moyses exaltaverat
a temporali morte liberabantur
et salutem recuperabant. ita ob

quibus maligni spiritus in lubricis
peccatorum inflixerunt. si christum in
cruce exaltatum fideliter aspe-
xerint. ac deprecati fuerint a peri-
culo mortis eterne liberantur et
vitam eternam consequuntur. Sic
enim radix yesse stat in signum po-
pulorum exaltatus in cruce. ut
ipsum deprecentur omnes et per eum
salui fiant. Vnde et per omnes ba-
silicas ymago sacra statuta
est. representans eum in cruce
suspensum. Sepulchrum vero eius
gloriosum est. quia per illa reue-
rentia qua obitus sepultu-
ram et resurrectionem habet. lo-
cus ille coruscans miraculis
glorie sue tangit ad se omnem con-
traxit mundum. // Sequitur.

Et erit in die illa adiciet
dominus secundo manum suam
ad possidendum residuum populi
sui. quod relinquetur ab assyriis
et ab egypto. et a phetros. et
ab ethyopia. et ab elam. et a sen-
naar. et ab emath. et ab insulis
maris. Post iudeorum vocationem
que superius descripta est. cum diceretur
habitabit lupus cum agno. etc.
Adiciet dominus secundo manum suam
ad possidendum residuum populi sui. sicut
ipse ait. Alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili. et illas
oportet me adducere. et vocem meam
audient. et fiet unum ovile et
unus pastor. Quod residuum populi
eius relinquetur ab assyriis. ex
malignis spiritibus gentilitate. qua
possederant amittent. Assyrii
namque contuentes interpretantur
Et sicut sequuntur dirimeg. et iugi
memoria semper retinendum est. ideo
demones vocentur assyrii. quia
illos iniquitatis comitatur. cum
tribunal iudicis. qui nunc eius
persuadentibus iniquitatem fece-
runt. Egyptus vero tenebre dicitur

phictros dissoluens. ethyopia
caligo. helam oppositi vel abiecti
seminarii. fetor eorum. emath in-
dignatio. insula autem sic appellatur
eo quod in salo .i. in mari sit posita
Gentilitas vero veniens ad christum
relinquit a begipto .i. a tenebris
infidelitatis et ignorantie. et a-
phictros .i. a dissolucione negligen-
tia vel pigritia et accidia. et ab
ethyopia .i. a caligine errorum. et
ab helam .i. ab immundis spiritibus
qui a consortio beatorum abiecti sunt
angelorum. et sic inter nos et celum op-
ponere intuitur. ne illud ascendamus
omnibus quod bonis actibus nostris op-
positi sunt. et contrarii. Et sen-
nacar .i. a fetore pristine conver-
sationis. que eos sic sparserat.
et ab emath .i. ab indignatione
dei. que super eam manserat. et
ab insulis maris .i. a remotis
mundi recessibus. procul in mari po-
sitis. vel adversis gentibus. ut genti-
les per insulas accipiamus. Sequitur
Et elevabit signum in nationes.
et congregabit profugos israel. et di-
spersos iuda colliget a quatuor
plagis terre. Signum crucis levabit
dominus ad gentes. et a quatuor orbis
partibus. in ecclesia catholica con-
gregabit electos omnes qui disper-
si fuerant ubique. et coniuncti a pa-
radyso. et nunc fugient a bira ue
tiria. Israel autem iste designat
qui mente videns deum. nisi fidem
habeat quam nunc videtur. deus qui-
da vero dicitur confessio. Et bene israel et
iuda .i. fides. et confessio sit ad
salutem. Potest elevatio signi atque
dispersorum congregatio. ad diem iudi-
cii forsitan referri. quia tunc ap-
parebit signum filii hominis in
celo. et mittet angelos suos cum
tuba et voce magna et congre-
gabunt electos eius a quatuor

ventis. a summis celorum usque ad
terminos eorum. Sequitur. Et aufe-
retur zelus effraym. et hostes
iuda peribunt. Quid per effraym
nisi presidens iudeorum populus de-
signatur. et quid per iudam nisi
ecclesia christum confitens. Et in primis
quidem magnum contra nos zelum
prelatus iudeorum exercuit. Sed sub
cedente tempore. zelus eorum quo-
modo persequebatur tepuit. Ho-
stes quoque iuda .i. adversarii catho-
lice confessionis iam de medio pe-
rierunt. et adhuc magis peribunt.
Sequitur. Effraym non emulabitur
iudam. et iudas non pugnabit
contra effraym. Ita nunc inter nos et
iudeos videtur agi. quia nec ipsi
nos emulantur. ut primitivi sue
observationis. nos subire contendunt.
nec nos frequentibus disputa-
tionibus cum eis pugnamus. quia
cor eorum obcecatum cernimus et ob-
duratum. Sequitur. Et volabunt
in humeros philistiim per mare
simul predabuntur filios orientis
ydumea et moab. preceptum manus
eorum. et filii ammon obedientes
erunt. Philistiim interpretantur cadentes
potione. Casus vero non nunquam
in bona parte ponitur. Videmus enim
saulum bene cecidisse. ut verum figeret
ducem. Unde autem iam non ego. vivit
vero in me christus. Est enim quedam
poto amara quidem. sed salutifera.
que talibus propinari solet. Unde
dominus. Potestis inquit. bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Hac enim
potione caduntur. cum martirio cor-
pus eorum in morte proponitur. Quid
ergo hoc loco philistiim .i. cadentes
potione. nisi vel martires accipe
debemus. vel quoslibet in casu et
cretionem saulo similes. Phili-
stiim itaque doctores sanctos habet
accipimus. volat quoque ipsi in humeros

philistim · tunc ad fidem certatim
currentes · suis doctoribus se por-
tandos committunt · et uolat per
mare · i · per fluctus seculi · tyrum cum
fluctuagos tumultus hinc et
quoque huius mundi · designat · ubi ho-
mines impii qui pisces auidis-
simi se inuicem persequuntur et
deuorant · Et inde quasi desiderantia
uolant ad christum · et in humeros
sanctorum portandi insiliunt · qui por-
tum salutis in nemore cupiunt
quos aut filios oriens multi-
plicant · nisi eos qui secundum euange-
lium orti sunt · ita per iuuanem (?) solent ·
neque tinctis neque baptismum con-
secuti · sed et istos probabuntur et
dyabolo tollunt · sancti predicatores ·
et ad christum ducunt · Edom uero per
ydumeam · que est esau regio · et
interpretatur rubea · uel terrena · id est qui
primitiua sua perdidit · terrenis in-
dicorum populus christi sanguine cruenta-
tus · Edom et per moab et amon
designatur · quia sicut filie loth · i-
nebriauerunt · eum · et ex eo dormi-
entes conceperunt · sic domus israel
et domus iuda · spiritualem legis se-
nsum sopauerunt · ut terrena bona gig-
nerent per filios · Unde moab · id est
ex patre · qui carnali intellige-
ntia legis populus hic est genitus
quasi ex patre ebrio ac dormiente · Am-
mon quoque filius populi mei interpretatur
quia de antiquo populo dei · uenit
sed tamen quos infideles in demo-
niaci (?) Itaque ydumea et moab
preceptum est manus · i · operatores eorum
quia iussu est apostolis · ut salutem
populi huius operarent · predicando /
uel hic populus precepit preceptum
manus eorum · i · exhortationis
apostolorum · qui faciebat omnia que
preceptum erat · Et filii amon
i · illi qui nascentur ex illo populo
iudeorum populo · obedientes erunt

predicationi euangelice / Nouendum uero
quia propheta raro seruat ordinem
et ysayas et paulo superius de
passione saluatoris locutus de
natiuitate subiunxit · Egredietur uirga de radice iesse
et · Et deinceps nunc gentium
uocatione · nunc iudeorum · Quemadmodum
mutl... (?) natiuitatem narratio-
nis nunquam ordine · et ita fere semper
in libris prophetarum agitur · ut quod or-
dine primum est · sepe sit in narra-
tione postremum uel medium / Sequitur
Et desolabit dominus linguam maris egip-
ti · et leuabit manum suam super
flumen in fortitudine spiritus sui
et percutiet eum in septem riuis ·
ita ut transeant per eum calciati
Lingua maris est sapientia doctrine se-
cularis · Bene autem mare egiptum
dicitur · quia peccati obscuritate fuscatur ·
Lingua ergo maris egipti desolatur
dominus · i · exterminat · quia huius mundi
falsam sapientiam · per carnem se ostendens
destruxit · Ubi enim nunc est acha-
demicorum error · qui tot conantur
astruere nihil uel esse · cum impudenti
fronte assertionibus suis fidem abau-
dientibus derogauerunt / Tamen nihil esse
nulla testantur · Ubi mathematicorum
supersticio · qui diuinum sideribus suis sub-
scripserunt · uitam hominum in siderum mouen-
ta suspenderunt · quorum apice doctri-
na sepe geminorum natiuitates di-
separat · qui tamen uno eodemque momento
hore perierunt · non una consortis
ne uocem peruenit · ubi tot predicamen-
ta falsitatis · que enarrare longum
nimis est · Desolauit ergo dominus linguam
maris egipti · quia apparens
in carne · omnia eorum predicamenta
dampnauit · Omnis quippe ueritate
cognita · ille falsitates doctrine ta-
cuerunt · Unde et super flumen percutere
maris lingue · manum suam leuare
dicitur · In fortitudine spiritus sui · quia
pentecoste gratia operationem et spiritus

sim ulterius stultum facit sapien(tem)
huius mundi. Et percussit eum de medi
ne doctrine flumen in septem rivis
in quibus erat doctrina septem donis
spiritus sancti. Rivo percusso transierunt
pedes calceati. quia predicatoribus
ibi via patuit. Sequitur. Et cal
ceati pedes in preparatione evangelii pacis
calceatos enim evangelistas dicit actus
primus i. dominum ubi ministros. Calceati
ergo transierunt per flumen quia predica
tores ibi viam invenerunt. Ubi doc
trine scatens fluenta copiosius e
manare solebat. Deinde baptismi
sacramentum evidenti preminentie
oraculo tum subditur. Et erit via resi
duo populo meo qui relinquetur ab
assyriis sicut fuit Israel in die qua
ascendit de terra egipti. Sicut enim po
pulus Israel ad promissam hereditatem
per mare rubrum transiit [illegible] ita nunc
populus acquisitionis ad ecclesiam venit
per sacramentum baptismi transit. Vel
sicut Israel precedente mari ita populus
fidelium per divisum flumen doctrine se
cularis incedit. Unde et subditur
Et dices in die illa. Confitebor ti
bi domine quoniam iratus es michi. conversus
est furor tuus et consolatus es me.
Ecce deus salvator meus. fidu
cialiter agam et non timebo. Quia
fortitudo mea et laus mea dominus
deus et factus est michi in salutem. Nam
sicut olim hebreorum populus de egip
to ascendens post rubri maris
transitum cecinit carmen domino. Sic
nunc percussa maris lingua egipti
et flumine illius arefacto. atque co
etu christianorum populus deum glorificat
dicens. Confitebor tibi domine etc. Con
fitetur enim et gratias agit deo populus fi
delium eo quod linguam maris egipti
desolavit et fluvium eius percusse
rit. Nam sustinuit iram dei. dum
adhuc idem fluvius manaret
impediens iter eius. Sed siccato
flumine furor domini conversus est in misericordiam (?) et
famulos suos consolatus est. Vel

confessio peccatorum fortassis intelligi
potest. Omnis enim qui confitetur populus iste
nisi quia conversati sumus in desideriis (?)
carnis nostre facientes volunta
tem carnis et cogitationum. Omnis
est quod agit ait. Iratus es michi. Quia
eramus natura filii ire. Sic et cetera. Con
versus est furor tuus et inquit. et con
solatus es me. quia deus qui
dives est in misericordia propter nimiam caritatem
qua dilexit nos cum essemus mor
tui peccatis convivificavit nos christo.
Deinde ecce inquit salvator meus.
Iratus olim dominus contra Israel. tradidit
eos in manus chusanrasathaim
regis mesopotamie. Servieruntque
ei octo annis et clamaverunt ad
dominum. qui suscitavit eis salvatorem
et liberavit eos. Othoniel videlicet
filium cenez fratrem caleph iuniorem.
Rursus addiderunt filii Israel facere
malum in conspectu domini. Qui con
fortavit adversum eos eglon
regem moab. Servieruntque ei
decem et octo annis et postea cla
maverunt ad dominum. qui suscitavit
eis salvatorem vocabulo ahoth.
Multos quoque salvatores alios anti
quitus habuisse legitur populus Israel
ut liberaret per eos a calamitatibus
suis. De illa vero captivitate qua
nos hostis antiquus tenebat et
eripi non valebamus ut nos eripe
ret venit ipse deus. Unde nunc fi
delium populus ab ea penitus (?) solutus
exultat dicens. Ecce deus salva
tor meus. Non enim propheta. non pa
triarcha. non angelus non archan
gelus. sed dei unigenitus salvator
nobis datus est. Et quia per apostolum
nobis dicitur. Non accepistis spiritum ser
vitutis iterum in timore. sed accepistis
spiritum adoptionis filiorum. in quo cla
mamus abba pater. Fiducialiter igitur
agam et non timebo. Abstulit enim
salvator a nobis timorem servitutis
antique et dedit gratiam nove
libertatis. Ut bonum quod agimus
non per timorem faciamus sed caritate.

Anima fortitudo mea et laus mea
dominus. Ut dicam omnia possum in eo
qui me confortat. et in domino
laudabitur anima mea. Ille eum
fortitudinem suam esse dominum non esti
mat qui se per se ipsum aliquid bo
ni facere posse putat. et domini hanc
laudem negligit. qui de bonis que
operatur humanas laudes requirit. Et
factus est michi in salutem. Ita quia
ipse aliquid cepit esse quod non erat
Et quia ego salutem in eo quam an
tea non habueram cepi habere consus
sequitur. // Haurietis aquas in
gaudio de fontibus salvatoris.
Fontes salvatoris corda apostolorum
sunt ihesu sunt de quibus fluenta vi
talis emanat. Ad eos quippe
doctrinam sitientes pergimus et vini
tate plenas cordium eorum lagu
nculas reportamus. et hec aucta
flumina lingue maris portantur. at
deinde fontes salvatoris aperiuntur
quia prius doctrina serebatur contendi
et tunc apostolica predicatio sitientes
bibitur. Sequitur. Et dicetis in illa
die. confitemini domino. et invocate
nomen eius. Notas facite in populis
adinventiones eius. mementote
quoniam excelsum est nomen eius. canta
te domino quoniam magnifice fecit. annun
ciate hoc in universa terra. Confite
mini inquit domino et invocate nomen eius
Prius autem confiteatur quam invocate
Confitemini et invocate. Illum enim quem
invocatis ante vocatis. Quid est enim
invocare nisi in se ipsum vocare. Qui in
vocatur autem. id est si vocatur ante. autem ad
quem accedit. ad superbum non acce
dit. Confitemini ergo et invocate. Confite
mini cum videtis templum quo veniat
invocatum. Notas facite adinven
tiones eius. subaudi quibus an
tiqui hostis fefellit astucias.
Cum enim dyabolus in illa nos primi
parentis radice subplantatos sub
captivitate sua teneret. committere

nos iuste nesciebat. non delevit
culpa. que nisi per sacrificium deleri
non poterat. Sed per quod sacrificium. Nec
quod enim iustum erat ut pro homine bru
torum animalium victime cederentur. Ho
mo namque pro hominibus offerri debuit.
ut per rationabilem peccatum irratio
nalis hostia mactaretur. Sed homo
sine peccato inveniri non poterat
qui captivi commixtione non depende
ret oblata pro nobis hostia. quomodo nos
a peccato mundare potuisset. si ipsa et
hostia peccati contagio non careret
Inquinata quippe inquinatos mundare
non possit. Proinde venit ad nos
in utero virginis dei filius. Ibi
pro nobis factus est homo. sumpta est ab illa
natura non culpa. Fecit pro nobis sacrifi
cium corpus suum. exhibuit pro peccatoribus
victimam sine peccato. que et huma
nitate mori et iusticia mundare po
tuisset. Namque quia per feminam mors
in mundum introierat. contraria dispo
sitione fecit salvator. ut et vita re
diret per feminam. Atque salutem nostram
in ligno crucis constituit. ut unde
mors oriebatur. inde vita resurgeret
et hostis qui in ligno prevaricationis
vincebat. in ligno redemptionis
vinceretur. Nam unde accepit copi
ptatem dominice carnis occidende.
inde istior potestas eius. qua nos
tenebat occisa est. Et ipse enim in eius
peccati victus est domini qui vincit eo
tius. et qui nos iure debitores
mortis tenuit. iure in nos ius
mortis amisit. Anima per satellites
suos eius carnem invaserit appetit
in quo nil ex culpe debito inve
nit. Has itaque et huiusmodi adinventio
nes salvator proprie fidelibus
iubet notas facere in omnibus populis
Post quas et apte subditur. memen
tote quoniam excelsum est nomen eius.
quia deus illum exaltavit et do
navit illi nomen quod est super omne
nomen. Et quia tunc eius discipulos
sui predicatores in toto orbe decantaverunt

pulsetur subintelligitur est. Exulta et lauda domino qui magnifice fecit. Dominus ihesus morte destruens et hostem religans atque hominem religatum liberans et de morte resurgens cum sublimi humanitate in celum ascendit divinitate tamen hic semper nobiscum manet. Unde et sequitur. Exulta et lauda habitatio syon quia magnus in medio tui sanctus israel. Habitatio syon filiacio est ecclesie in presenti seculo. Hanc iubet exultare et laudes decantare quia sanctus israel christus magnus est in medio eius. Nam ut dictum est carne quidem ascendit in celum et sedet ad dexteram patris. Sed tamen et hic est ubi eius residet presencia maiestatis. Nam secundum maiestatem suam, secundum providenciam, secundum ineffabilem et invisibilem graciam impletur quod ab eo dictum est: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Presens quoque tenemus hic eum per evangelistarum et apostolorum doctrinam, per crucis signum, per baptismi sacramentum, per altaris cibum et potum. Per hec igitur omnia sanctus israel est in medio ecclesie magnificus et gloriosus omnesque suos spirituali gaudio replet et ad laudandum accendit.

Onus babilonis quod vidit ysayas filius amos. Nunc novo rursus genere prophetie inchoat. Decem quippe describit onera illos describencia qui per observanciam decem preceptorum leve onus christi respuunt ferre seu respuerunt. Nam sicut olim egiptus percussa est decem plagis contra salutem quia per decem mandata dei acceptus erat contemptus ipse, ita nunc qui suave christi iugum portare nolunt quod eos sublevet describuntur gravari decem oneribus huiusmodi sarcinis. Et apostolus ait: Unusquisque onus suum portabit. Et inter omnia primum ponitur onus babilonis quia principale est et eius angeli qui primus peccavit aliorumque malorum principium dampnacionem et penam continet. Babilon quippe que confusio interpretatur civitas illa magni inimici est contra nostram urbem, cuius cives sunt omnes apostate angeli et universi homines reprobi. Cuius onus propheta loquens in capite ait: Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum et ingrediantur portas duces. Dicit autem beatus gregorius quod per montem angelus apostata designatur. Sunt sub regis babilonis potestate dum caligo hoste predicatoribus dicitur: Super montem caliginosum levate signum. Predicatores quippe sancte super montem caliginosum signum elevant. Unde tot sathane superbia qui sepe sub nebulis simulationis absconditur virtute crucis exaltant. Qui et voce predicationis atque manu bone operationis exaltata contra eum in bellum et dictis et actibus eum impugnant. Portas quoque babilonis potenter ingrediuntur et capiunt eam cum in virtute predicationis sue et conscienciam peccatorum capiunt et in eis mansionem christo parant. Sequitur: Ego mandavi sanctificatis meis et vocavi fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea. Sanctificati sunt qui in christo ihesu sanctificatum gratiam adepti sunt. Quibus ipse mandat quod promissum est: Levate super montem caliginosum levate signum et ingredimini portas babilonis. Fortes autem sunt quos nulla potest adversitas frangere contra non eius. Vocavi dicit quia durant hostis antiqui et de manu eius peccatores eripit. Unde et in propheta de hac ira dicitur: Exurge domine in ira tua et exaltare in finibus inimicorum meorum. Iubet ergo ira dominus fortes suos vocavit quia gemina sua de potestate inimici eripere voles

predicatores quos nulla posset
adversitas vincere. ad predicandum
astrinxit. Cum exultavit in gla-
cies. quia non sua. sed dei quesi-
erunt. sequitur. Vox multitudinis
in montibus quasi populorum frequentium
vox sonitus regum et gentium
congregatarum. Montes sunt apostoli
in quibus vox multitudinis reso-
nat. quia secundum doctrinam eorum fit
ecclesie confessio. Reges vero gentium
sunt rectores ecclesiarum. Vox sonitus
regum. vox predicationis doctorum.
quia in omnem terram exivit eorum
Gentes autem sunt congregate. quia
de universis gentibus coadunata
est ecclesia. Sequitur. ¶ Dominus exer-
cituum precepit milicie belli veni-
entibus de terra procul. a summitate
celi dominus et vasa furoris eius
ut disperdat omnem terram. Mili-
cia belli exercitus sanctorum est. contra
malignos spiritus in hoc seculo pug-
nantium. De cuius milicia dicit
apostolus. Nemo militans deo im-
plicat se negociis secularibus. Quibus
precepit dominus. quia sicut bonus
dux qualiter in hac acie placet
disponit eis. Cum de terra procul
id est de gentilitate ad eum veniunt
et a summitate celi id est ab oriente et
occidente et aquilone et austro.
Cum hunc igitur exercitum dominus contra
babilonem venit. quia zelo suo
istos attendit. ut confusa pec-
catorum vita pie insequitur. Pos-
sunt ipsi bellatores et angeli in-
telligi. qui in fine mundi mittentur
ut zizaniarum manipulos in-
cendant. Omnis quippe terra disperdi-
tur terrena opera subruuntur. Hec sc-
iant vasa furoris eius vel ma-
ligni spiritus. Non solum quippe
istos predicatores. adversus babi-
lonem adducit. qui peccatores ad
penitenciam provocent. sed et aposto-
tas angelos qui tarda in penitentiam

magis aggravent. Unde et sub-
dixit. Hec assur. virga furoris mei
baculus. ipse in manu eorum indig-
natio mea. Ad gentem fallacem
mittam eum. et contra populum furoris
mei mandabo illi. Ipse quoque causa
furoris sui mittit in malignos
spiritus relaxat. ut eos quos ipse possi-
deat. qui in malo perseverare eli-
gunt. Et cum omnibus terris venit
ut disperdat omnem terram. quia
sic fine huius seculi. adducit. ut
alii cottidie per istos predicatores
a peccatis suis convertantur. et ad vitam
transeant. Alii vero per iniquos an-
gelos in malicia permanentes cogantur
et pereant. Unde mox in novi-
ssimo die. quo peccatores puniuntur.
nos terret et ad lamentum peniten-
cie provocat subiungens. ¶ Ulula-
te quia prope est dies domini. quasi vasti-
tas a domino veniet. Ipse est dies
domini in quo iudicabit mundum
et unumquemque. de hac vita egressum
et ostendet potenciam suam. quia
sicut et alius propheta loquitur. Magnus
est dies domini. magnus et velox ni-
mis. Et quasi vastitas a domino
veniet quia tunc sic mundum iste va-
stabit. ut in terra nil relinquatur.
Sequitur. ¶ Propter hoc omnes manus
dissolventur. et omne cor hominis
tabescet et conteretur. Torciones et
dolores tenebunt quasi parturiens
dolebit. merito furoris iudicii di-
solventur manus que fortes erant
in opere malo et cor hominis irra-
cionabiliter cogitantis dolore pe-
nitencie tabescet et conteretur. Tor-
ciones ventris tenebunt eos. quia
vermis ipsorum torquebitur. Quasi contra
parturientes vero cum dolore eiciunt
quod intus diu cum pondere gestant
Penitentes quoque qui parturientes
dolebunt. quia peccata diu latentia
et se intus gravantia. per confessio-
nem dolore eicient. Sunt cum dies

iudicii vel dormientis advenit
tunc omnes manus dissolventur
quia nullum opus dignum iusti
cie reperit dei. Et omne cor tabe
scet conscientia peccati sui. Unusquisque
ad proximum suum stupebit. facies
combuste vultus eorum. Unusquisque
stupebit ad proximum suum. pre magni
tudine pavoris et admirationis
ubi decilla nimis horrenda repro
borum dampnatione cogitare cepit.
et facies combuste erunt vultus eorum
quia igne timoris et sine calore pe
nitentie decor faciei illorum inmu
tabitur. Vel facies habebunt combustas
illo igne quem sibi succenderunt. et
unusquisque ad proximum suum stu
pebit. videns in se despectum et tormen
tis quibus ipse cruciatur. cum autem
sit stupentem atque tabescentem, ad
hunc conspicientem iudicat tunc. Ecce
dies domini veniet crudelis et in
dignationis plenus et ire furorisque
ad ponendam terram in solitudinem et
peccatores eius conterendos de ea.
Crudelis ideo dicitur qui districte sceleribus
non parcit. Dies ergo veniens crudelis
erit quia non iam cum venia sed
in districtione peccatores feriet. Ple
nus quoque indignationis et ire ac
furoris erit quando reprobis dicetur
discedite a me maledicti in ignem
eternum qui paratus est dyabolo et
angelis eius. esurivi enim et non
dedistis mihi manducare etc. Atque
terram ponet in solitudinem. et pec
catoresque eius de terra conteret. quia te
rrenis sancte superstitie ignis ille
concremans. omnia que in mundo
sunt consumet. et in baratrum perdicio
nis impios rapiet. Sequitur.
Quoniam stelle celi et splendor earum
non expandent lumen suum. obte
nebratus est sol in ortu suo. et
luna non splendebit in lumine suo.
Hoc et alibi ita dicit dominus
Sol obscurabitur. et luna non

dabit lumen suum. et stelle cadent
de celo. Cum dies domini crudelis
advenerit. et furor omnis omnia
vastaverit. tunc timoris magni
tudine mortalibus cuncta tenebre
scent. et luminaria sua videbuntur
negare splendorem. et pre tantis
malis nil aliud sentient homines
nisi quod omnis tribulatio videlicet com
pellet. vel fulgore suo christus ob
scurabit omnia sidera. Sequitur
Et visitabo super orbis mala: et
contra impios iniquitatem eorum
et quiescere faciam superbiam infidelium
et arrogantiam fortium humiliabo.
Visitabit super orbis mala. quia
publicum coram se faciet. et omnia
reproborum peccata. coram omnibus an
gelis et hominibus et in lucem pro
ducet. et tunc faciem impiorum oste
ndet omnem iniquitatem eorum ut con
fundantur et pereant. Superbia quoque
ipsorum quiescet iam et cessabit. quia
sic humiliabuntur, ut ultra superbie
non addant. Et notandum quia patet
hoc loco propheta se loqui in hac in
tentione demonstrat non de ea babilone
in qua populus iudeorum captivus
fuit. sed de ea potius que per totum
orbem est. usque in fine seculi. nam
sicut ierusalem id est celestia civitas est eorum
qui celestia diligunt. sic babilo
civitas illorum est. qui plus amat
seculum. Quicumque temporalia in timo
re cordis diligit civis est babilonis
istius. et quicumque eternorum amore
pascitur civis est inter ierusalem. sed quia
in multitudine civium babilonis
qui tunc perimit raro quisquam ci
vis ierusalem invenitur qui de sorte
illorum tollatur. ideo fortassis tamen de
multis dum sit reprobus. quia
visitabo super orbis mala. quasi
singulariter immo de electis nunc subditur
Preciosior erit vir auro. et homo
mundo obrizo: vir namque vocari
solet qui viriliter et strenue agit.

sicut septimum est uirilis etatis a
consortio tori uirum. omnis qui spirat
in domino. Homo autem dicitur qui ra
tionali sensu a bestialibus moribus
distinguitur. dicente domino. Hos
autem greges pascue mee. homines
estis/ iuxta quod illis uiri uel hominis
futuram gloriam prenuncians. erit/ pre
ciosior erit uir auro. et homo
mundo obrizo. Nam in regno xpistus
reformauit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis
sue. Vir quisque strenuus licet nunc
uilis ac despectus appareat. erit
preciosior auro. quia corpus eius
conformatum et indeficientem largiusque
splendorem habebit. Et omnis ho
qui nunc inter bestiales impiorum
mores rationabiliter uiuit. erit tunc
preciosior mundo obrizo i. purgato uel
recenti. nouo quoque ac fulgenti auro
quia per gloriam resurrectionis ac de
mutationis innouabuntur. Sanctorum cor
pora ut specialiter fulgoris claritate
renitescant. in illo quoque sermo uetera
stant/ Et hoc congrue ad onus Ba
bilonis pertinet. quia et in eo ual
de grauatur multitudo reproborum.
in illo die. quando non solum de sua con
fusione dupliciter erubescit. sed et il
lorum gloriam quos contempserat. postquam
in baratrum perditionis corruat
intuetur. Uel quia tanto fient ab ante
xpisto signa et portenta ut in erro
rem ducantur si fieri potest etiam electi
Tunc preciosior erit uir auro et
homo mundo obrizo. Preciosior
autem intelligitur rarior. Omne enim
quod rarum est dicitur et preciosum. rarus
ergo tunc erit uir. quia cum ue
nerit filius hominis. putas inue
niet fidem super terram. Sequitur.
¶ Super hoc celum turbabo. et mo
uebitur terra de loco suo propter indig
nationem domini exercituum. et propter
diem furoris eius. Super hec. i. quia
uisitabo super orbis mala. celum
turbabo et mouebitur terra. quia celum
peribit et terra commutabitur in aduentu
iudicis. et in ceterum plerique babi
loniorum i. peccatorum seueritate animad
uersionis illius aduenientem saga
citer adducentes atque formidantes
properabunt eam fugiendo ad peni
tentie remedium. Unde protinus de Ba
bilone subditur. ¶ Et erit quasi da
mula fugiens. et quasi ouis. et non
erit qui congreget. Dammula quip
pe uel ouis. timidum et mansue
tum animal est. Babilon igitur sicut da
mula fugiens. et sicut ouis
erit. quia peccatores conuersi. depo
sita ferocitate. et superbia. man
sueti ac pauidi. penitendo fu
gient ira iudicis. Et non erit qui
congreget eos. in sinum ad ciues
babilonis. quia deceptor an
tiquus non ualebit illos iam per
actione iniquitatis adiungere pec
cantibus. sed propria iusticie soci
abuntur omnibus reatum bene esse./
Unus quisque ad populum suum con
uertetur. et singuli ad terram suam fugient
Homines plurimum predestinati
in gloriam dei. qui futuri sunt per
adoptionem coheredes xpisti. nunc
captiuum tenentur in Babilonica
peccatorum. Incipiunt autem inde ex
ire primus corde per confessionem iniqui
tatis. et amore iusticie. et inde
in fine seculi. etiam corpore inde se
paradi exeunt. Cum enim latet
Babilone que confusio
et commercium pedes sunt cordis
affectus/ qui primo confusi erant
similibus cupiditatibus. Inci
piunt caritate distingui. Iam di
stincti non sunt confusi. Et si adhuc
debilitata est. et terra infecta est
ab habitatoribus suis. que solitam
fertilitatem perdidit. propter mali-
ciam inhabitancium in ea. Vel tropi-
ca locucione positum est terra in ter-
ram. dum terreni homines dicuntur
malis operibus intempti. Ex-
posuit enim quo infecta dixe-
rit terram. cum carnales et insi-
pientes actione pessima demer-
sos ostenderit quia transgressi sunt
leges dei. secundo concupiscencias
suas mutauerunt ius in iniuriam
dissipauerunt fedus sempiternum
mutue societatis et amicicie. Inter
eos fraterna dileccio et societas
fedus sempiternum dicitur quia caritas
numquam excidit. propter hoc quia sic operati
sunt. maledictio uorabit terram
quia propter maliciam humanam celestis
maledictio terram absorbebit. ut fructum
non faciat. Cum primo homo post
culpam audiuit. Maledicta terra
in opere tuo. diuina enim pietas.

nec dum maledicere vult homines
sed maledictionem quam ipsi merentur
adeo eam intorquet ut ab eius
sterilitate afflicti resipiscant. Sed
proh dolor humana pravitas afflic-
tionibus iam non corrigitur sed peior
efficitur. Hoc est enim quod dicit Male-
dicto vastabit terram et peccabunt
habitatores eius. Nam quanto ma-
gis fecunditate terre maledicto
celestis adimit tanto amplius
peccat. Non nulli habitatores eius
reliquos in suis iniquitatibus ma-
nente domino relaxari insaniet
adhuc graviore malicia cultu-
res eius ut amissa ratione besti-
aliter vivere perseverant et relinquentur
homines pauci ceteris fame et
gladio et huiusmodi calamitate
consumptis. Vel in adventu iudicis
insanient prementes tormentorum im-
minentium et confusione cordis
ac dolore omnibus expulsis relin-
quentur homines pauci id est soli electi.
Multi enim sunt vocati pauci vero
electi. Omni ad comparacionem multitu-
dinis reproborum pauci sunt. Sed in se-
cundo multi et iniquorum calamitates
describit multifarie cum subdit.
Luxit vindemia infirmata est vitis
ingemuerunt omnes qui letabantur
corde. Cessavit gaudium tympa-
norum quievit sonitus letantium
conticuit dulcedo cythare. In can-
tico non bibent vinum amara erit
potio bibentibus illa. Attrita est
civitas vanitatis clausa est omnis
domus nullo introeunte. Clamor
erit super vino in plateis. Deserta
est omnis leticia translatum est gaudium
terre. Relicta est in urbe solitudo et
calamitas opprimet portas. Vin-
demia vero est cum singuli homines
de hoc mundo quasi de vinea botri col-
liguntur. Sed vindemia luxit quia
peccatorum finis mestus ac flebilis
est. Vitis ergo genus humanum

quia vitis frondosa Israel est. Sed
vitis infirmata est quia qui nunc
ad perpetranda mala fortes sunt
in resurrectione erunt infirmi. Et to
ingemiscent omnes qui letabantur
corde. Iusti autem licet aliquotiens
letari foris videantur intus tamen
cor contrita dum hic peregrinatur
semper tristis est. Reprobi autem in
prosperitatibus mundanis toto corde
letantur. Unde Salomon dicit
Cor sapientium ubi tristicia cor stul-
torum ubi leticia. Omnes ergo nunc
letantur corde in principiis in fine
gemunt de quo et addit Quia
cessavit gaudium tympanorum
quievit sonitus letancium conticuit
dulcedo cythare. Quia cum quibus
prius homines nunc letantur tunc sancti
tunc erunt et iudex apparebit qui
reddat unicuique secundum opus suum
et peccatores in cantico iam non
bibent vinum. Sed amara erit eis
potio calicis ire dei. Audiat hoc
qui in conviviis non solum gula et ebrie-
tate sed cantibus lasciviant ut eos
sensus et anime fortitudo molle-
scat. Omnibus enim potio et ebrie-
tas que nunc eis dulcedine videtur
vertetur in amaritudinem. Attrita est
vanitatis civitas id est civitas illa
magna Babylon cuius cives sunt
omnes reprobi. Cuius figura
civitatis primus homicida edifi-
cavit Cain. Unde et illud est quod
propheta dominus [illegible] dicit Quoniam deus
ego et non homo in medio tui sanctus
et non ingrediar civitatem. Sed hec
impia civitas quam deus non in-
greditur et cuius exordium a male-
dicto fratricida fuit civitas est va-
nitatis. Quia enim cum semetipsa va-
nitatis nomine censentur dicente
scriptura Vanitas vanitatum et
omnia vanitas. Hec utique civi-
tas in fine conteretur. Clause sunt
autem domus civitatis huius nisi

reproborum singuli. Unde pessimus
demon loquitur. Sentiat in domum
meam: Unde xxiiii. Unde cum aper
sunt domus iste. quia per usorem meos
patent omnibus demonum sugge
stionibus. et libenter eas suscipiunt
Et tunc clausa erit omnis domus
nullo introeunte: quia tunc sero
reprobi claudent conscientias suas
ut malignorum spirituum voluntati iam
non consentiat. cum punire ceperint
Clamor erit super vino in plateis
quia qui per spaciosam viam seculi i-
ncedunt. et vino vel terrenis tur-
bebantur amare flebunt. Quid
enim per vinum designatur. nisi vel immo
deratus potus. vel amor seculi, vel quod
quid mentem male inebriat. Et
quid per plateas. que altitudine
dicuntur. nisi vita eorum exprimitur qui
latam viam que ducit ad perditionem
ambulant. plateos enim grece la
titudo vocatur apud nos. et in
platea nomen accepit. Clamor
itaque erit super vino a vinum in pla
teis. quia tunc plangent se omnes
tribus terre. Unde et addit. quia de
serta est omnis leticia. translatum est
gaudium terre. translatum usque ad celum
Et quia sic deus est cetera est civi
tas vanitatis confusionis sequitur. Et
relicta est in urbe solitudo. et cala
mitas opprimet portas. Que est
enim hec urbs. nisi babylon. Et que
sunt porte urbis illius. nisi doc
tores errorum. qui eos quos ceperint
in confusionem ducunt. velud in ba
bilonem. Et in hac urbe solitudo
relinquitur. Quia babilon in tene
bras exteriores missa. a nullo homi
ne deinceps visitabitur. et calamitas
opprimet portas. quia magistri
errorum tormentis subiacebunt. Vel
porte sunt peccata. Que tunc opprimentur
calamitatibus quia punientur eternaliter
Sequitur. Quia hec erunt in medio

terre. in medio populorum. Hec que super
descripsit erunt in medio terre. quia
dominus ut fertur ad iudicium veniet
in aere super montem oliveti. Vel
quia illud quod est commune dicitur medium
hec fient in medio terre. quia co
mmunis omnibus aderit dominus ut
omnes tunc reddant et absque per
sonarum acceptione iudicetur singuli
sive uterque aut superius. quia reliquie
homines pauci .i. electi soli per cu
tibus terris. et tunc dat similitudinem
quo sint reliquendi subiungens ¶
Quomodo si pauce olive que rema
serunt excuciantur ex olea. et race
mi cum fuit finita vindemia: quia
sicut pauce olive remanent in ar
bore post excussionem et pauci in
vinea racemi post vindemiam,
ita pauci remanebunt electi in die
iudicii. Olea namque est arbor oli
va autem pomum. oleum vero inde. oli
vorum autem liquor. Sed in vice pro se
poni videntur sive solent. Exponi
aut usus. ita est prima vel potest
quia hec erunt in medio terre. in me
dio populorum. Quomodo si remanentes
olive que remanserunt excuciantur
ex olea et racemi cum fuit finita vi
ndemia. Ita enim fient hec que de
electis subditur. Quomodo si remanentes
olive vel racemi colliguntur. Collecta
enim multitudine reproborum. de quibus
supra dicitur. cum impleverit vindemiam
et in torcular vini furoris dei cal
cata. pauci qui superfuerint electi
ducentur ad gaudia. De quibus subditur
Hii levabunt vocem suam. atque lau
dabunt. Complebunt namque scripturam
que dicit. Beati qui habitant in do
mo tua. in secula seculorum laudabunt
te. Sequitur ¶ Cum glorificatus fuerit
dominus. Hinnient de mari. In die iu
dicii secundum apostoli sententiam. Veniet
dominus glorificari in sanctis suis et ad
mirabilis fieri in omnibus qui cre
diderunt. Tunc ergo fuit glorificatus

3 hinniet de mari. quia uoce exul
tacionis emittent sancti. de hoc scilicet
reuertentes ad patriam. Nunc enim
qui redempti sunt a domino reuertentur
et venient in syon laudantes et
leticia sempiterna erit super capita
eorum. Sequitur. Apte hoc in doctrinis
glorificate dominum in insulis maris
nomen domini dei israel. Omnia certa
bimur nuper Omnia glorificabitur
dominus in stellis eius. Apte hec omnes pre
dicatores glorificate in doctrinis
vos dominum. et non solum in toto or
be sed et in remotis insulis maris
predicate nomen domini dei israel. qui
in sola quondam iudea notus fuit
deinde uox prophetarum inducitur dicens.
A finibus terre laudes audiuimus
gloriam iusti. Prophete enim audierunt
in spiritu resonare laudes xpi. non
solum ab urbe sed circa finibus
orbis vnde et dicitur Cantate domino
canticum nouum laus eius ab ex
tremis terre vel fines terre intelli
gamus vbi terrena desideria fini
untur. laudes ergo veniunt a fini
bus terre quia postquam in nobis fini
te fuerint terrene cupiditates. tunc
demum deum laudare possumus. non
est enim speciosa laus in ore peccatoris
Vbi autem propheta gloriam xpi declara
dam in tota mundi latitudine
vidit. considerans quod a populo iudeorum
gloria hec cognoscenda non erat ad
iecit Secretum meum michi. secretum
meum michi. Ac si diceret ergo no
ui propheta ipse iudaicus nesciat
sed in me sub lingua cordis lateat.
Et in singulis terrenis. quia zelo legis
commoti dum sabbatis infirmos
sanatos persecuti sunt et discipulos
eius noua predicatores. tunc econtrario
legem inde pocius violauerunt. de
liquit super eorum cecitate et nequicia
dicens Ve michi Preuaricantes pre
uaricati sunt Et preuaricatione trans

gressorum preuaricati sunt. Preuari
cati sunt lege cum lege accusa
xpm et discipulos eius defende
rent vel post consideratam ma
lorum dampnacionem in fine quod retribu
cione locutus est sibi ipsi propheta in
terno cordis affectu non possum
cuncta narrare que uideo hereret
lingua mea faucibus meis
vox dolore concluditur Ve michi qui
tas considero penas et obitus ma
xime doleo. quia omnes preuarica
ti sunt legem dei et iniusto iudice
senserunt Sed ad fortem sensum red
eamus. Nam quia persecuciones
exinde sunt secute. subiecit For
mido et fouea et laqueus super te
qui habitator es terre. Et erit qui
fugerit a uoce formidinis cadet
in foueam. et qui se explicauerit de
fouea tenebitur laqueo Temporibus
enim persecucionum xpianus habi
tator terre id est cuius conuersacio in celis
non est. erat qui radice cordis in a
more terrenorum plantauerat ma
la temporalia metuens dicebat apud se ap d
ipsum. quia si nos urget hec perse
cucio. negabo me xpianum. ydolis
tantummodo. et agam postea peni
tenciam. aliter enim euadere nequeo.
Et talia cogitans dum fugeret a uoce
formidinis id est minas persecutorum eua
dere quereret. cadebat in foueam
negacionis et dum se explicare
vellet de fouea id est penitenciam pe
nitencia agere cogitaret. subito pre
mebatur a persecutoribus vel quacumque
morte preoccupabatur. Et sic laqueo
perpetue dampnacionis cum sathana
ligatus tenebatur. potest et
cupiditas intelligi laqueus
quo tenebatur ille qui se explica
bat de fouea. quia sepe quilibet
de talibus impediebatur agere peni
tenciam dum ea que in mundo possi
deret timeret amittere Similiter
et operibus auaricie preficeret. post cuius
persecucionis atrocitatem quia dies

iudicij veniet. recte subiungitur:
Quia cataracte de excelsis aperte
sunt. et concucientur fundamenta terre
et terra. Tunc enim aperte erunt
cataracte .i. fenestre de excelsis.
quia celi visibiliter patebunt ut
electos suscipiat. et reprobos unde
sine fine consistent ostendat. Et
concucientur fundamenta terre. quia
tantus erit terre motus. qualis
numquam fuit. Mystice non terra pec
cator est. quia post culpam
audiuit homo: Terra es. et
in terram ibis. Sed quid tunc passu
ra sit hec terra .i. homo quilibet
peccator ostenditur cum dicitur Confrac
tione confringetur terra. contritione
conteretur terra. agitatione agita
bitur terra. commotione commoue
bitur terra. sicut ebrius. et aufe
retur quasi tabernaculum unius noctis
et grauabit eam iniquitas sua.
et corruet. et non adiciet ut resur
gat. Sic enim reprobus quisque tunc
conteretur et agitabitur. ac si taber
naculum in ligno mansit una nocte
primus uite aufertur. in mane .i.
in resurrectione. Et grauabit eam
pondus iniquitatis sue. ut alta
leuari nequeat. qui sancti rapientur
in nubibus obuiam Christo in aera.
et corruet in barathrum eterne dam
pnationis. et non adiciet ut resur
gat. quia numquam ulterius exibit
inde. Sequitur // Et erit in illa
die. visitabit dominus super militiam
celi in excelso. et super reges qui
super terram sunt. Militiam celi de
mones appellat. qui sunt in
hoc aere. Aer quippe celum nominatur
sicut scriptum est. Miluus in celo
cognouit tempus suum. Visitabit
ergo dominus super militiam celi in die
illa. quia super aereas potesta
tes vindicabit. et super reges
terre .i. super principes seculi. vel super

demones. qui sunt rectores in di
tenebrarum harum. Sequitur // Et
congregabuntur in congregatione
unius fascis in lacum et clau
dentur ibi in carcere et post dies
multos visitabuntur. Cum dominus
nouissima die propheta dixisset: que
in die illa visitabit dominus super
militiam celi et terre. mox adiunxit
que tantundem sint in morte reprobo
rum metus ordinem redduxit. Exeuntes
enim de corporibus congregantur in la
cum carceris. et sicut illi in mi
nus laborauisse dicuntur. omnes de
narium uite eterne coniungit atque
premit. licet in domo patris mansi
ones multe sint. et stella ab stel
la in claritate differat. sic et
omnes reprobi in congregatione
unius fascis eterne dampnationis
congregantur. licet per fasciculos et zi
zania comburatur. quamuis diuersa
naria sint genera penarum. ad
tamen colligati sunt in uno
fasce. Nam sicut uno sole omnes
tangimur. nec tamen sub eo uno
ordine omnes estuamus quia
iuxta qualitatem corporis sentitur et
pondus caloris. sic dampnatos
et una est gehenna que affligit.
et tamen non una qualitate omnes
comburit. quia quod hic agit
ualitudo corporum. hoc illic
exhibet dispar causa meritorum.
Exeuntes itaque de hac uita
congregabuntur singuli in congrega
tione unius fascis in lacum. et
claudentur ibi in carcere. Infer
nus non sicut prauissimum est dicitur
lacus. quia omnes quos semel
ceperit. semper fluctuantes et trepi
dos tormentis continuatis ab
sorbet. Carcer quoque vocatur. quia
quicumque ab eo capti fuerint stabi
liter retinentur. Claudentur inquit
ibi in carcere. de corporibus educ
ti. et post dies multos .i. in fine

seculi insitabuntur ut corpora re
sumpta veniant et de intepes
puniant. Duplicat. Sequitur
Et erubescet luna et confundetur
sol cum regnaverit dominus exerci
tuum in monte syon et in ierusalem
et in conspectu senum suorum fuerit glo
rificatus. Erubescet luna et sol.
quia sol obscurabitur et luna
non dabit lumen suum / fiet tamen
quia sol aut luna vel stelle
lumen suum tunc non amittet
sed ad comparationem lucis que xpus
est. omnia luminaria videbuntur
obscurari sicut et cereus non habet
splendorem in radio solis. Vel e
rubescet luna et confundetur sol.
venientes homines qui suo fruc
bantur lumine in se nihil dignum dei
bonitate fecisse qui solem suum ori
ri facit hoc super bonos et ma
los. quod si dispensator et vili
cus veniente domino teneat fa
miliam babie subiecit tunciatibus
et nequicquam sua implesse precepta
Mons syon et ierusalem eadem est
Illa enim que sursum est ierusalem li
bera est que est mater nostra. Senes
morum senectute maturi sunt. Ca
ni enim sunt sensus hominis et
etas senectutis vita immacula
ta. Regnabit ergo dominus in monte
syon et in ierusalem, id est in ecclesiam et
in conspectu senum suorum id est fidelium
qui maturi sunt moribus glo
rificabitur. Vel mons syon altitu
do contemplationis est quia syon
dicitur specula. Ierusalem visio pacis
et senes eius sunt apostoli et pa
triarche et principes religionis
In hoc igitur monte et in hac ierusalem
manifestabit se rex seculorum et co
ram hiis senibus gloriam suam
aperiet id est eadem prophetia reproborum dampna
tione et iustorum gloria super hiis
omnibus communi deo carnis sub
iungens xxv. Sequitur aliud capitulum

Domine deus meus es tu
et exaltabo te. confite
bor tibi nomini tuo quia
fecisti mirabilia cogitationes anti
quas fideles amen. Confitebor
inquit id est gratias ago nomini tuo
quia fecisti mirabilia reddendo
peccatoribus que minatus eras et
sanctis que promiseras. Deinde
complesti cogitationes antiquas
dicens electis. Venite benedicti
patris mei. percipite regnum quod vobis
paratum est a constitutione mundi. Et re
probis. discedite a me maledicti
in ignem eternum. qui paratus est dya
bolo et angelis eius / Antiquas
enim cogitasti. quod a constitutione mundi
preparasti et hec cogitationes fuerunt
fideles. quia fideliter adimplesti
que cogitaveras. Sicut in libro io
sue comparatio sermone de futuro in
sanctorum regno quod de preterito dicit. Non
vnum quidem verbum quod illis pro
missurum se esse promiserat irritum fuit.
Sed rebus completa sunt omnia
vnde et addit. amen. quod interpreta
tur vel fideliter. Et que mirabilia
fecit. vel quas cogitationes comple
verit. et hic quoque declarat cum
subditur. Quia posuisti civitatem
in tumulum. urbem fortem in ruinam
domum alienorum ut non sit civitas
et in sempiternum non edificetur. Que
est autem hec civitas nisi de qua
supius ait. attrita est civitas va
nitatis. Cum autem civitas ex toto
destruitur in tumulum redigitur. Po
suit ergo dominus civitatem in tumulum
quia magna illa babylonia in
iudicio penitus subvertitur. Que
et domus alienorum est id est eorum qui
sunt a consortio iustorum alieni. Et
hec iam ultra non erit civitas.

nec insempiternum edificabitur sicut
supra dictum est Et erit babilon
illa gloriosa in regnis inclita in
superbia chaldeorum sicut subuertit do-
minus Sodomam et Gomorram Sequitur
Super hoc laudabit te populus for-
tis ciuitas gentium robustarum timebit
te quia factus es fortitudo pauperi
fortitudo egeno in tribulacione spes
a turbine et umbraculum ab estu Super
hoc id est ex hoc quod posuisti ciuitatem
in tumulum sempiternum laudabit
populus fortis electorum concordans
iudiciis iusticie tue et ciuitas gen-
tium robustarum id est celestia statera (?) de cunctis
gentibus congregatorum timebit
te Est enim timor domini castus
permanens in seculum seculi Quo ti-
more semper celestia iustorum et in
illo beatitudinis regno timebit
dominum quia et perfecte non dilige-
ret nisi et timeret eum Sed populus
iste dicitur fortis et hec ciuitas
gentium robustarum quia sancti fortes
sunt hic in spirituali prelio et ibi uir-
tute resurrectionis confortati Cur
autem laudare et timere debebant
consequenter ostenditur Quia factus
es in quantum fortitudo pauperi et egeno
Quis uero iste pauper est nisi ille
qui propter nos pauper factus est cum
esset diues ut illius inopia
ditaremur et quis egenus iste nisi
christus dominus uel quilibet pauper
spiritu Factus est ergo dominus forti-
tudo pauperi in tribulacione quia
uirtute in passione christo suo dedit
ut iudeorum seuicia superaret pa-
ciendo Egeno quoque factus est in
tribulacione fortitudo quia cuili-
bet ipse pacienti assistit Et factus est
ei spes a turbine tribulacionum quia
sperauit in eo inter aduersa Ita tribu-
latio pacienciam operatur paciencia
autem probacionem probacio autem
spem Et umbraculum ab estu per-

secucionum factus est ipsi egeno ne
mens eius arderet igne doloris
inmoderati Sequitur Spiritus enim
robustorum quasi turbo impellens
parietem Sicut turbo impellit pari-
etem ut subruat ita spiritus ro-
bustorum id est animositas fortium per-
secutorum impetit corpus nostrum
ut in morte illud precipitet Sed
in tanto turbine sanos domini spi-
ritus non desistit Vel quo si uento
impingat parietem atque percuciat
Sic turbo blasphemantium ac se-
uientium iudeorum christo nocere non
potuit Sicut estu in siti tumultum
alienorum humiliabis et quasi calore
sub nube torrente propagine fortium
marcescere facies Sicut estas hu-
miliat tumultum hominum qui ipsi
tumultuatores sitim paciuntur quia
uox eis defecit Sic humiliabis tumul-
tum quo contra martires latrant
persecutores qui sunt a sorte electorum
alieni Estus enim tribulacionum fa-
tigabit eos qui retribuet deus re-
tribucionem hiis qui iustos tribulant
et sitim paciuntur quia nichil eorum
que desiderauerunt habere potuit
Vel in estu et siti humiliabuntur
qui cum igne deuoluentur in tarta-
rum a facie iudicis et sicut mar-
cescunt propagines uinee dum
fortiter torrentur calore solis sub
nube latentis ita propagine for-
tium persecutorum marcescere facies
Quid enim per solem sub nube late-
tem nisi iudex qui non dum appa-
ret figuratur Ipse enim est sol iusti-
cie nisi peccatores solis misi secreta
iudicis Calor igitur occulta solis
propagine intus siccat quia late-
tis adhuc iudicis sententia
in tam peccatum in morte facit
marcescere Sequitur Et faciet
dominus exercituum omnibus populis
in monte hoc conuiuium pinguium

convivium medullatorum vindemie
defecate. Sicut prius dixerat. quia con
fundetur sol cum regnaverit dominus
in monte syon et in ierusalem. et
nunc adhuc respiciens subiungit
Quia faciet dominus convivium in
monte hoc videlicet in monte sion
in regno celorum quia videbitur
deus deorum in syon. Convivium autem
intelligamus de quo scriptum est.
Beati qui ad cenam nupciarum agni
vocati sunt. Et iterum. Iusti epulentur
et exultent in conspectu dei et de
lectentur in leticia. Rursusque tercia
menis quod iuge convivium. Illud
enim convivium satietatis in tire dul
cedinis. quia convisione condito
ris perficient. ut meritum vivunt
vero omnibus populis in monte syon
faciet dominus. quia sicut lucas dicit
venient ab oriente et occidente et
ab aquilone et austro. et accumbent
in regno dei. Et hoc convivium erit
pinguium et medullatorum. quia qui
intime pinguedinis adipe saciati
sunt. et medullis caritatis sunt
repleti. sunt qui pingues sunt in bo
no opere et medullati interna re
in contemplationis illuc congregantur. Erit et
vindemie defecate. quia finis
humani generis est vindemia et sin
guli homines sunt racemi. Sed
electorum vindemia est defecata. quia
non moriuntur in sceleribus peccatorum suorum
sed ante mortem defecari studuerint.
Erit ergo convivium illud vindemie
defecate. quia illi soli ad epulas
illas introducentur qui vita hac
immaculati fuerint. Sequitur. Et
precipitabit in monte isto faciem
vinculi colligati super omnes populos
et telam quam orditus est super
universas naciones. precipitabit
mortem in sempiternum. Quid vin
culi et telle appellatione nisi morta
litas hec designatur. Unde scriptum
est. Dirupisti vincula mea tibi
sacrificabo hostiam laudis. Et quid
per telam nisi mortalitatis vi
ta signatur. dicit enim Iob. Dies mei
velocius transierunt quam a texente
tela succiditur. Vinculum autem est super
omnes populos colligatum. quia omnes
homines astricti tenentur mutabilis
carnis. facies vinculi facies est mor
talitatis huius que cernitur in corporibus
nostris. Telam quoque super universas
naciones dominus orditus est. quia
propter ade peccatum ablata mundi
eternitate temporalem in hac vita dedit
humano generi. donec inveniente
morte immortalis ei per resurrectionem
restituatur. Cum resurrectionis ad
venerit dies. precipitabit dominus in monte
isto faciem vinculi colligati super omnes
populos. quia faciem mortalitatis que
paret in carne motorum delebit a cor
poribus iustorum. qui mortui resurgent
incorrupti. et nos immutabimur omnes.
Hic namque in monte isto qui est celsitudo
precipitari dicitur facies vinculi huius
quia electis resurgentibus qui non
mutabuntur. nequaquam facies mor
talitatis abolebitur. qui adhuc pas
sibiles erunt. similiter et telam pre
cipitabit. quia mortale miseriarum
vita hanc omnibus auferet. ut be
atam immortalitate dignis tribuat.
Exponens autem propheta quod dixerat
facie vinculi. telamque generalem pre
cipitandam. precipitabit inquit mor
tem in sempiternum. Neque enim ultra
poterunt mori sed equales angelis
erunt qui digne habebuntur
seculo illo. Sequitur. Et auferet
dominus deus lacrimam ab omni
facie. et obprobrium populi sui auferet
de universa terra. quia communis locutio
est. Nunc de causis nunc flent electi
quia nunc est causa flendi. Alius
ideo plangit quia malum fe
cit. Alius quia bonum non fecit.
Alius quia viciis impugnatur. Alius
quia a regno dei peregrinantur.

Obprobrium quoque premitur. ipsa
nisque et insolubilibus. Sed in die
illa dominus auferet lacrimas ab omni
facie eorum. quia gaudium et leticiam
obtinebunt. fugiet dolor et
gemitus et obprobrium eorum aufe
ret de universa terra. quia nunquam
adversus eos quisque audebit. imm
me. sed ab angelis honore magno
congregabuntur a quatuor plag
te. et subvehentur in celum. Vel
obprobrium eorum auferet de universa
terra qui ad ymaginem conditoris
fuerat conditus. et tunc diaboli ac
mortis evadent servitute. Et di
cent in die illa // Ecce deus no
ster. expectavimus eum et salvabit
nos. iste dominus. sustinuimus eum
Exultabimus et letabimur in salu
tari eius. quia requiescet ma
nus domini in monte isto. In mon
te syon dicet in die illa Ecce de
us iste. quia in vita presentis vide
bit deus deorum in syon. Vt cum
mundo corde qui ipsi deum vide
bunt. Nam videmus nunc per
speculum in enigmate. tunc autem
facie ad faciem. Ita enim deus nobis
erit notus atque conspicuus.
ut videatur spiritu a nobis singulis
in singulis nobis. videatur ab
altero in altero. videatur in se ipso
videatur in celo novo et in terra
nova. atque in omni que tunc
fuit creatura videatur. et per cor
pora in omni corpore quocumque fue
rint spiritales oculi. acie pervenien
te directi. Ad hanc ergo vi
sionem. post vite huius tenebras cla
remetes exultabunt ad in vite ducentes
Ecce deus noster iste. expectavimus
et sustinuimus eum. ut adversa
temptationum sit scriptum est. Ex
pecta dominum viriliter age. confor
tetur cor tuum. et sustine dominum. et
qui in hoc seculo gaudere noluimus
mus. exultabimus tamen in sa
et letabimur

litari eius. id est in ihesu xpisto filio
eius. quia requiescet in monte
isto manus id est operacio domini. Licet
enim in genesi requievisse le
gatur subito ab operibus suis.
tamen dicit veritas in evangelio Pater
meus usque modo operatur. et ego o
peror. postquam igitur ea que cot
tidie creat opera desierit iste
seculi. requiescet ab operatione
manus eius in monte celestis in
stans. ut ipsi requiescant a laboribus
suis. Carnis autem decipis tunc fi
at subiungitur // Et triturabitur
moab sub eo sicut teruntur pa
lee in plaustro. Moab quippe
sicut ieronimus ait. dicitur ex pa
tre id est recedens a deo patre. Cum
cunque igitur a deo qui pater omnium
est peccando elongatur est moab.
Nam et diabolum omnesque contrarias
fortitudines sub appellacione mo
ab indicat humiliandas et
deducendas in tartarum et instar
pulveris conterendas. Sed iste mo
ab triturabitur id est conculcando tere
tur ut ab eo separetur nichilque re
maneat integrum sicut teruntur
palee in plaustro. ut separentur
a granis segetibus. In nostris
enim regionibus agricole collectas
in unum segetibus plaustra cum
rotis serratis superducunt. ut fru
mentum excuciant et stramina co
minuantur in paleas. ut animalibus
pabula fiant Sic igitur ut cla
velud tritum soli remaneat.
Iste moab triturabitur in illa tem
pestate que fiet in adventu iu
dicis Nam ignis in conspectu eius
exardescet. et in circuitu eius tempe
stas valida. Hac igitur tempe
state conterebitur iste hominum ve
fuga id est moab a deo recedens
sequitur // Et extendet manus

suas sub eo. sicut extendit na
tans ad natandum. Cum quis ad
unum de superioribus labitur extensis
manibus ruit sicut qui na
tat. Cum ergo precipitabitur imita
tor iste moab. i. populus reproborum
expansis manibus velud
natans ruet. cum fluctibus tormen
tis fluctuabit. Et sicut solet qui
natat totum corpus extendere
sic et iste allidetur in eterna ruina et
sonitum faciet. et humiliabitur gloria
eius cum allisione manuum eius
ut in novissimum lacum depositus
pro temporali gloria obprobrium sustineat
sempiternum. et humiliabitur cum cum
allisione manuum eius quibus
iniquitates operabatur. quia sepe
est per que peccat quis per hec et tor
quetur. adque propheta quasi adiungit.
Et munimenta subli
mium murorum eius concident. et
humiliabuntur. et detrahentur in terram
usque in pulverem. Sublimes mu
ri moab homines nequissimi
sunt atque superbi qui potenciam
seculi tuentur alios minus for
tes iniquos. Sed in die illa conci
dent munimenta murorum istorum
quia tutatores malorum in penas
mittentur corruent. Et per mortem secun
dam humiliabuntur ac detrahentur in terram
usque ad pulverem. quia tanto eorum
pulvis efficientur. Possumus et aliter
istam murorum ruinam intelligere
iuxta hoc quod apostolus loquitur. In car
ne enim ambulantes non secundum
carnem militamus. Nam arma
milicie nostre non carnalia sunt
sed potencia deo ad destructionem mu
nitionum consilia destruentes
et omnem altitudinem extollentem
se adversus scienciam dei et in cap
tivitatem redigentes omnem intel
lectum in obsequium christi. Dum igitur per
apostolos ac reliquos predicatores

istos hec fiunt completur quod ait pro
pheta quia munimenta sublimium
murorum tuorum concident et cetera. In
terram quippe detrahitur usque in pulverem
qui deposito superbie fastu se terram
et pulverem esse cognoscit. Potest
et subversio ierusalem que per romanos
facta est his verbis presignari. Na
et populum iudeorum superius ostendimus
nomine vocari moab. Unde et quod
ait quia triturabitur moab sub eo
de illa iudeorum tribulatione potest
intelligi. Sed et id quod ait paulo
superius quia posuisti civitatem
in tumulum. vel quia relicta est
in urbe solitudo. et calamitas destruet
tamen ierusalem referri potest. quod
ob brevitatem pretermisimus &c.

In die illa cantabitur canticum
istud in terra iuda. Urbs
fortitudinis nostre syon salvator
ponetur in ea murus
et antemurale. Aperite portas et
ingrediatur gens iusta custodiens
veritatem. vetus error abiit. Ser
vabis pacem pacem. quia in te
speravimus et cetera. In die illa quando
concident munimenta moab mu
rorum. in tempore quo predicatores de
struent omnem altitudinem extol
lentem se adversus scienciam dei vel
in die iudicii. quo peribunt omnes
malorum defensores. cantabitur
hoc carmine exultationis in terra
iuda. i. in terra confessionis que
est ecclesia. Iuda quippe confessio dicitur
sive laudacio. Confessores igitur
et laudatores christi decantant
dicentes. Urbs fortitudinis
nostre syon et cetera. Syon interpretatur
specula. Et specula dicitur urbs for
titudinis iustorum. quia per vigil
es eorum mentes divina pietate cum quis
respiciunt in alto posita prius quam
veniat culpa. deprehendunt eam
quo sagittas previdet eo fortius

super. vel ciuitas est urbs fortitu
dinis nostre. quia nullus contra
eam resistere ualet. nunquam ad
aspectum. Primo ciuitatis edificate sal
uator muros ponit. deus ipse enim
nobis murus est. qui ad cordi
nem perungere malignorum spirituum
incursum uetat. Qui uero cessi
dei et ante murale posuit. quia
cunctis scis precone ostenderet.
predicatores misterii sui prophetas
misit. Recte enim ante murale
nomine boni. qui domum subse
quentem predicaret domini. qui ante
murum steterunt. Vel ciuitas eius
e nobis murus et antemurale au
murale post eius aduentum. ex
uniuerse gentes ad fidem suscepte
sunt. Aperite inquit portas suo
predicatores. et ingrediatur gens iusta.
i. gentilitas sine legis operibus per
fidem iustificata. et custodiens
deinceps operando ueritatem eiusdem
tam. Nam uetus error populorum
abiit. Dicit autem paulus. Iusti
ficati igitur ex fide pacem habeamus
ad deum per dominum nostrum ihesum christum
per quem et accessum habemus ad
fidem in gratiam istam in qua stamus
et gloriam in spe glorie filiorum dei.
Similiter et hoc loco Seruabis
inquit pacem. pacem quia in te
sperauimus. Qui enim non in se sed
in domino confidunt. et sperant eis
gratia diuina pacem seruat. ne ali
qua offensione pacem eius amit
tat. vel angelis dicatur potest. aperite
portas regni celorum. et ingredi
atur gens iusta christianorum. custo
diens operibus ueritatem fidei. Er
ror enim ignorantie ueteris totus
abiit. Qui non docebit ultra unus
quisque proximum suum, et unusquisque
fratrem suum dicens cognosce dominum
omnes enim inquit scient me a

minore usque ad maiorem eorum. Do
ctor namque tunc cessabit quia
dominum sciunt et uidebit omnes et di
cent quia uetus error abiit.
ignorantie prioris. et quia tristi
sciunt se iugiter gratiam eius qua
semper dominum hic uinceret quis
cernit amissimus uel aduersitates
aliquas iam passiuos. cogita
tulabuntur dicentes. Seruabis pacem
pacem quia in te sperauimus.
Forsitan propter animi corporisque tran
quillitatem geminat pacem. Ad
dunt quia in te sperauimus propheta
confirmat et exponit dicens
Sperastis in domino in seculis se
culis. in domino deo forti in perpetu
um. Sperat enim electi non in
cassum. sed mercedis scilicet a domino
mercedem accipere, qui fortis in
perpetuum. perpetua dare tormenta
suis hostibus potest. Nam sequitur
Quia incuruabit habitantes in
excelso ciuitatem sublimem humi
liabit. Humiliabit eam usque ad
terram. detrahet eam usque ad
puluerem. conculcabit eam pes
pauperis. gressus egenorum. Pre
mortis incuruabit in excelso ha
bitantes. quia superbos humili
ans. eternis mancipabit suppli
ciis. Atque ciuitatem eorum sublimem
humiliabit usque ad terram. et de
trahet eam usque in puluerem ex
clatam curuie eorum inqua habita
uit. in terram et puluerem reuerti
faciet. Vel ciuitas hec intelligitur
illa magna babilon. Dicit ter
tius incuruat habitatores in ex
celso. cum superbos adhumiliatur
gratiam inclinat. et sublimem
ciuitatem humiliabit. usque ad terram
et puluerem. quia elatam mentem
sic humiliat. ut se terram et pul
uerem esse cognoscat. quia et pes

pauperis consulatur et gressos ege
norum quia pervenit exemplo divine
humilitatis eiusque discipulorum.
Cum namque pauperem hic accipi
mus de quo paulus ait / ii co
rinthiorum viii nos egenus factus est cum
esset dives ut illius inopia nos
divites essemus / Egenos quoque
sunt quibus ab eo dictum est Nol
lite possidere aurum neque argentum
neque pecuniam in zonis vestris
non peram in via neque duas
tunicas neque calciamenta ne
que virgam portetis de quorum gressi
bus dictum est ibi Ite docentes que
pietatis domus israhel. Euntes au
tem predicate dicentes quia appro
pinquabit regnum celorum / Pes igitur
vel pauperis Christus est dives in car
natione / qua de loco ad locum
iuit atque gressus egenorum in
cessus predicationis apostolorum / Cum
itaque conculcat pes pauperis
et gressus egenorum turris excelsa
que continet humilitas et co
nsulatio in te homines atque doctri
na salvatoris discipulorumque eius
Hystorialiter autem inclinavit ha
bitatores in excelso quia iudeos
qui erant in arce syon subie
cit tyto captivos et civitatem
ierusalem humiliavit usque ad pul
verem quia non est in ea relictus
lapis super lapidem Civitas conculcavit
tamen conculcat pes pauperis et gressus
ut deambulaverunt egenorum quia ibi dominus ipse et
eius discipuli predicaverunt de
cuius conversacione subditur / Se
mita iusti recta est rectus callis
iusti ad ambulandum Semi
ta quippe vel callis iusti actio
est vite conversationis quam Christus
gessit dum per vite tempus
incederet. que semita recta
est ad ambulandum ut omnis qui
vite conversationis eius sequi cu
pit perfectam incedere post illum
non dubitet. Adque propheta no
te subiungit Et in semita iudi
ciorum tuorum domine sustinuimus
te. nomen tuum et memoriale tuum
in desiderio anime. propheta cum su
stinuerunt dominum: quia diutius
expectaverunt eius adventum.
Hec est semita iudiciorum eius
nisi rectitudo conversationis que
probatur iudiciis eius. In hac eum
sustinuit. cum propheta scilicet cuius no
men et memoriale erat in desi
derio anime eorum quia eius
caritate vulnerata mens eorum
multum delectabatur si vel nomen
aut mencionem eius ab ore cui
quam audiret. potest et scriptura
sacra memoriale eius dici quia
ibi memorantur opera eius. Nomen
est in desiderio anime quia sta
divinas tim lectiones audire desi
derat. Ita et omnes qui naturaliter
diligunt salvatoris adventum
possunt ei ipsum istud decantare
Nam qui nomen dei habet in cor
de. aliud non desiderat. Deinde
propheta suum pandit desiderium dicens
Anima mea desideravit te in nocte.
sed et spiritu meo in precordiis meis
de mane vigilabo ad te. Nox
nostra vita est presens in qua quam
diu sumus dominum intra corporis
subiecta per imaginacionem cali
gamus unde propheta nunc admodum
dum quadam se premi caligine
sentiens loquitur. Anima mea
desideravit te in nocte. Et si di
cat In hac obscuritate vite pre
videre te appeto. Et adhuc in
spiritum nichilo consurgebor.

ille aut in p̄cordijs uigilat ad dn̄m· qui torpores ⁊ negligentie tenebras a se repelles mentis oculos ad aspectu͂ uer luminis aptos tenet· Mane nō p̄nicua etas est/ uel mane sit in nob· tunc errores nr̄e u obscuritas ueritatis illustratione irradiatur· Mane sit in nob· cum corda nr̄a iusticie fulgor illuminat· que cecitas culpe uelut nox· desinebat· De mane ergo p̄pheta uigilare se ad dn̄m in p̄cordijs suis asserit· Prima uel p̄ma mea etate· Et ex quo luce cognitionis eius e illustris· semp ad eum intendens· Voluntati eius obsequi studet· atq; de hijs que uigilare negligunt sententia subiungit dicens· Cum feceris iudicia tua in terra· iusticiam discent habitatores orbis/ Iusticiam discent· i· uigilare· i· timere habitatores orbis· i· qui mente mundu͂ inhabitant/ Sed qn̄ discent iusticiam/ Cum feceris iudicia tua in terra/ Tc cum ad iudiciu͂ uenerit· videat sui qs que redmat/ ut qui iam tunc age nō ualet sentiat· et tunc qd sequi debuit ex torpitudis sue pena cognoscat/ Vn̄ Ieremia dicit/ Congrega eos qi gregē ad uictimā· et sanctifica eos in die in die occisionis Iudicem occisionis sanctificat reprobi quia tunc sentia que debuerant age sentiunt· tunc digna p̄uitatis supplicia iam declinare nō possunt/ Sequitur Misereamur impio· et nō discet facere iusticiam Iuxta sterz iniqua gessit· et nō uidebit gloriam dn̄i· Domine exaltetur manus tua/ et nō uideant et confundantur zelantes p̄pli· et ignis hostes tuos deuoret/ Vox e eorum qui sup dicebat in secunda iudiciorum tuorum· domine sustinuimus te/ misereamur aiunt impio nō statim condempnates eum/ Sz adhuc expectantes et diuinam ei uiam annunciantes si forte penitentiam egerit/ Et nos quidē ei misereamur· sz ille nō discet facere iusticiam· i· iuste uiuere vult et sequens eius actio p̄usa Et postquam est in uiam constitutus addit scilicet quia iuxta sterz iniqua gessit· i· inter bonos male uixit ad iniquitatis augmentu͂ Nam sicut magna laus e· int malos bene uiuere/ Sic grandis e ignominia inter s̄tos inique age· Et ideo qui sit induratus e iniquitate ut et int iustos iniq age uiue nō erubescat· non uidebit gloriam dn̄i· qua soli uidebunt electi; Sz in eternum dapnatus p̄petuas sustinebis tenebras/ Vel dicis aliter misereamur impio· i· uiam potius consequitur impius et discat clementia mea dn̄m et ipe saluetur· Cui responsa Quare impaciens p̄pheta respodet· et nō discet facere iusticiam est sensus/ Et quomodo poterit nosse tua iusticiam si tanta clementia fuit expertus Redditq; causas quare eum uelit dei iusticiam discere Prima iuxta sterz iniqua gessit/ et contra s̄tos tuos iniqt dimicauit· debet sentire tormēta Secundus dixit sententiam ceptus et nō uidebit iniquit gloriam dn̄i i· sufficiet ei p̄promissa pena qd' nec ei stus in eis nō uidebit

in mea maiestate regnante Sed
qualiter omnis iniqui fallat ad
nigit Domine exaltetur manus
tua, et non videant / videant et
confundantur zelantes populi a fide
libus invidentes / Intellectum quem
ipse reproborum nunc iniqua obscurat
sed tunc cognito reatus illuminat,
ut et nunc sequenda etiam, non vi
deant / et tunc ea postquam ami
serunt cernant / Nunc enim ea intel
ligere negligunt, vel apperte in
tellecta contempnunt / Sed tunc
ea intelligentes procul dubio desi
derantque conspiciunt tamen desi
derata assequi nequaquam possunt /
et tunc confundentur tamen eos
in conspectu iudicis testis addicat
Tunc enim iudex ocius cernit
et accusator internus tolleratur /
Tunc enim omnis ante oculos cul
pa reducit et mens super gehenne
media suo igne gravius torquet
ac deinde gehennalibus fla
mmis tradit. Videant inquit
et confundantur et ignis hostes
tuos devoret / Manus enim di
vine operationis invisibilibus reprobis
exaltata, quia dies iudicii latenter
appropinquat / Aliter tamen hec in
telligi possunt. Omnis enim est in
pius inter iudeorum populus qui sal
vatorem impie peremit Sed mise
ream inquit impio. quia post
passionem domini divinitus est expec
tatus ad penitentiam perfidus ille
populus. et non discet facere iustitiam
quia nec expectatus resipiscere
voluit ut crederet in eum quem
insistitat impium / In terra sanctorum ini
qua gessit. quia replevit ini
quitatibus iherusalem et iudeam in qua
sancti prophete habitaverant. Et non vide
bit gloriam domini. Sed videbunt in

quem compunxerunt. Neque enim
gloriam divinitatis eius videbit
sed formam servi quam crucifixe
runt. Et in primo adventu vide
runt gloriam eius sicut nos / quando
verbum caro factum est et habitavit
in nobis et vidimus gloriam eius
Domine inquit exaltetur manus
tua. et non videant. Excelsa ma
nus enim domini christus est. per quem omnia
facta sunt. Exaltata ergo est
manus domini. et non viderunt
iudei. quia christus in celum ascendit
non credentibus eis. Omnia autem
ad iudicium venerit videbunt
et confundentur hii iudeorum populi qui
zelo legis persecuti sunt apostolos
et ignis gehenne devorabit hostes
eius. Ubi vero dicitur subditum
Domine dabis pacem nobis. omnia
enim opera nostra operatus es nobis.
Tunc enim pacem etiam dabit
illis qui domini hic vincerent
contra diabolum cottidie pugna
verunt. quibus omnia opera nostra xxvi
operatus est. quia sicut apostolus
ait. divisiones operationum sunt
idem vero deus. qui operatur omnia in
omnibus. Sed licet omnia iustorum opera
deus operetur in ipsis. ea tamen sic re
munerat ac si illi hec omnia sine
ipso fecerint. Et notandum quod nichil
proprium operis habeant. quibus omnia
opera sua deus operatus est / deinde
penitentes autem quod ad reliquias
israel que sub helia credent toge
potest referri. Domine deus noster
possederunt nos domini absque te ta
men tantum recordemur nominis tui.
Hoc enim locuntur qui domino sin
re debuerunt. Sed ab inimicis spi
ritum domino. post hec ministra
tibus possessi sunt. Sed nunc recor
dari volunt nominis illius ut

semp eius memores tu offende
iam caueat et tantum in eo recor
dari querunt nominis eius ex ma
nemo potest duobus dominis ser
uire recordatur enim nominis eius
sed non in eo tantum qui et dum
cogitat quod ea que sunt extra pla
citum eius aliquociens facit. Sequitur
Morientes non uiuant et gygantes
non resurgant propterea uisitasti et
contriuisti eos et perdidisti omnem
memoriam eorum. Gygantes uel
apostatas angelos uel superbos
quosque homines nil obstat intel
ligi, cum propheta dicat, Morientes non
uiuant, et gygantes non resurgant
Mortuos namque alios mortuos
nisi peccatores nominat, Et quos
Gygantes nisi eos qui de pecca
tis superbiunt appellat, Morientes
ergo non uiuant, quia peccata
de uia iusticie perdiderunt, Gyga
tes non resurgere post mortem
nequeunt quia post culpam sua
inflati per superbiam ad penitencie
remedia non recurrunt. Propterea ui
sitasti et contriuisti eos id est absque
dubio uisitabis et conteres eos
in die iudicii et perdidisti id est perdes
omnem memoriam eorum ne iam ulterius
sit uel ulla memoria eorum, Sequitur
Indulsisti genti domine indul
sisti genti. Numquid glorificatus
es elongasti omnes terminos terre.
Genti iudeorum dominus sepe indul
sit et peccata condonauit. Sed non est
ideo glorificatus ymmo blasphematus
honoratus. Et in tantum dilexit
hanc gentem ut eam eligeret sola
et omnes terminos terre id est omnes
diuersarum naciones elongaret
a se et alienas reputaret. Et quod
iste post resurrectionem eius accesse
serunt penitentes ad eum apte
sequitur, Domine in angustia sua

requisierunt te et in tribulatione
murmuris doctrina tua eis, Omnes
enim termini terre et omnes orbis na
ciones requisierunt eum in an
gustia cordis afflicti, et doctrina
eius in tribulacione murmuris fuit
eis dum spiritu contribulato precep
ta eius meditaretur, murmur
narr ~~aut~~ gemitum et oracionem penite
ncium hic designat, et quia ex
ipsis gentibus multi per totum orbe
facti sunt martires, subiungitur
vox eorum dicens, Sicut que con
cepit cum appropinquauit ad par
tum dolens clamat in dolori
bus sicut facti sumus. A facie
tua domine concepimus et quasi
parturiuimus et peperimus spiritum,
Sicut enim mulier que concepit
instante partu clamat in dolori
bus suis ita sancti martires uerbum
dei corde concipientes, qui par
turierunt in angustia dolorum in tor
mentis afflicti sunt, atque pe
pererunt spiritum id est reddiderunt
animam, Et enim iam diximus
parturire est ante partum dolere,
parere uero partum effundere. Partu
rierunt ergo beati martires dum
in passione doloribus urgerentur
atque pepererunt cum emitterent
animas. Quorum fortassis adhuc
vox subditur, Salutes non feci
mus in terra, ideo non ceciderunt
habitatores terre, Nam in celo id est
corde electorum salutes in eternum
deus operati sunt martires, sed in
terra id est in mente reproborum salutes
non fecerunt, et ideo non ceciderunt
sed in superbia adhuc erigun
habitatores terre id est illi qui prius
exilium prosperitatem patrie di
ligunt, vel eorum vox est qui tempore
patris post martires fuerunt
salutes in terra non fecimus, Nam
uiri fortes ipsi enim integres

hostium strages darent salutem
in populo suo fecisse dicebantur. Sic
samson cum maxilla asini mi
lle philisteos interfecisset ait ad
dominum: Tu dedisti in manu servi
tui salutem hanc maximam
atque victoriam. Sic et ionathan
filius saul philisteos percussit
atque dictum est: quia fecisti salu
tem magnam in israel. Et ita dici
solebat. Dicit ergo salutes non
fecimus in terra ideo non ceciderunt
habitatores terre at si dicat predi
cationis gladio hostem interiorem
potentem non extinximus populo
venientium pugnatores. et ideo prostrati
non sunt vitiis carnis mee i. ha
bitatores terre non ceciderunt. Vel
amatores seculi sunt habitato
res terre. quia mentes eorum in terrenis
habitant. Qui non ceciderunt a be
latione sua. quia salutes non feci
mus in terra i. gladio verbi dei po
tentem eorum maliciam et in terrenis lan
guore non interfecimus. Sequitur voce
calce ducens de maioribus. Vi
vent mortui tui et interfecti mei
resurgent. patet enim hoc. qui
cum proprio morte subierunt ve
victuri sunt. Sequitur: Expergisci
mini et laudate qui habitatis
in pulvere. quia ros lucis ros tuus
et terram gigantum detrahes in
ruinam. Expergiscimini qui habitatis
in pulvere i. cingulate qui dor
mitis in sepulchris. quia ros
tuus domine quo rigabuntur
ut resurgant. ros lucis i. gratia que
eas in singulis illuminas est. ut
cordis nebulas effugat. gloriam
tuam iam manifeste videant.
Sicut enim calor in terram seminibus
ros paulatim infusus facit her
bas et adfruges sui generis per
venire sic ros tuus in electis

operabitur. Et terram gigantum de
trahes in ruinam i. terrene superborum
demerges in infernum. Vel ita: Ex
pergiscimini qui habitatis in pul
vere i. torporem et negligentiam
abicite qui terrena semper cogitatis.
In pulvere enim habitant quorum mentes
in terrenis cogitationibus morantur.
Sed quomodo tales ad laudem creato
ris expergisci possunt aperit. quia
ros tuus quo lavantur ab hoc pul
vere ros lucis est i. gratia tua que
cor a terrenis cogitationibus mundans
illuminatrix est. pulvis namque
cogitationum carnalium excecat
mentem. sed ros gratie superveniens
illuminat eam. Et terram gigantum
detrahes in ruinam. quia mentes
reproborum gravabis ut deterius
corruant. Sequitur: Vade populus
meus intra cubicula tua claude
hostia tua super te. abscondere modi
cum ad momentum donec pertranseat
indignatio. Vadimus cum operam
cubicula ingredimur cum secreta me
mentis intramus. ostia claudimus
cum desideria illicita coercemus.
Ostia quippe nostre mentis desideria
eius sunt. Cum ergo in bonum
ingredi cubicula ut operantes non
remaneamus foris in favore lau
dantium sed affectu cordis reti
nentes ibi gloriam queramus. ostia
quippe diligenter claudenda sunt
ne fiat in nobis quod ieremias
plangit. Ascendit mors per fene
stras nostras ingressa est domos
nostras. Mors enim per fenestras sive
hostia domus ingreditur cum per
auditum et visum aut per deside
ria mentes nostras penetrat. Ab
scondi non parum ad momentum
precipimur ut dum in presenti vita
sumus gloriam foris non queramus

de suis operibus. Omne enim tempus ui-
te humane ad comparationem eternita-
tis breue est et ut momentum. omnipotens
autem deus in dispensatione iusticie contradic-
tionem sue districtionis patitur quod
conuersos indigne dignis suppliciis
demergit. Omne sed indignatio ne
quidem transit sed in fine pertransit. quia
modo agit sed in modo tamen consummat
quousque eam pertranseat. i. usque in
fine seculi iubetur electus plus ab-
scondi. quia dominus in nocte puni-
tiue transit per terram egypti et percus-
surus percutiet primogenita egyp-
tiorum et omnes quos foris inuenit
sequitur. Ecce enim dominus egredietur
de loco suo ut uisitet iniquitatem
habitatoris terre contra eum. Et re-
uelabit terra sanguinem suum et non
operiet ultra interfectores suos. Omnis
est deus locus. ipsi supremum celorum
habitaculum unde septimum est. Quis
ascendet in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius. Egredietur
itaque de loco sancto suo. quia de celo
ueniet ad iudicium ut uisitet in-
iquitatem habitatorum terre contra eum.
5 examinet prauitatem ipsi repro-
borum. qui mente medium inhabitat et
aduersus eum ualuerat. Et reuelabit
terra sanguinem suum. quem corporibus
humanis susceptum biberat. quia tunc
omnis sanguinis qui effusus est mani-
festabitur et quare effusus sit declarabitur
atque iudicabitur et non operiet amplius
interfectores suos. quia tunc omnis
resurget uel de loco suo deus est
dicitur qui misericors et miserator et
clemens pater filios negligentes
ferire compellitur. et quodammodo
de sua sententia commutari
ut uisit. Et ira sua induerat
super habitatores terre cum eius
in terrene sunt. Deo placere non possunt.

sit qui multa habitant. terra uero
nunc etiam designat. que car-
naliter uiuunt. Nunc reuelabit
sanguinem suum. Et quelibet sca-
lizauit et auita dilectionis
contineret. Vel sanguinem uero que
suscepat reuelabit nec operiet
amplius sed ponitur forsan &c.

In die illa uisitabit dominus
in gladio suo duro et gran-
di et forti. super leuiathan
serpentem uectem et super leuia-
than serpentem tortuosum et occi-
det cetum qui in mari est. Gla-
dius dei est sententia iudicii est.
de quo iob dicit. Effugite a facie
gladii. quoniam ultor iniquitatum gla-
dius est et scitote esse iudicium.
Cum gladius est durus. quia dure
percutit. et gladius quia tam grandi
plaga percutit ut eterna morte in-
terficiat. et fortis. quia frangi uel
flecti non potest a rigore suo quo
punit eternaliter impios. Hoc igitur
gladio uisitabit dominus illa die
super leuiathan. quia precipue dia-
bolum tormentis tradet. leuiathan
quippe dicitur additamentum eorum
additamentum hominum. Nam species
iste quia hominibus quos deus
creauerat peccatum addidit uocatur
leuiathan id est additamentum eorum. Vel
quia dum se diuinitate eius additurum
fallaciter pollicetur immortalitatem
abstulit. per irrisionem dicitur leuia-
than. Et propter quem nunc serpente
dixerat tortuosum super quod sibi
inuigit. Supposuit uectem. quia
in serpente tortitudinem flexa mol-
licies in uecte autem duritia ri-
giditatis. Vt ergo hunc et durum
signaret et mollem. Et uecte
nominat et serpente. Durus
quippe est per maliciam. mollis
per blandimenta. Vectis ergo dicitur

quia usqz adnectem ꝑtrait serpens
aut quia se ꝑinsidias mollit
insinuidit. Quid no maris appel
latione. nisi corda carnalium
tumides cogitacionibꝫ fluctuosa
signantur. Quid aut ceti nomine
nisi hostis antiquus exprimitur.
qui dum mentes seclarium po
sidendo penetrat qi in eorum lu
bricis cogitacionibus natat/
Erit ergo cetum interficiet dns
in die illa. quia ꝑpetuis eum
suppliciis mancipabit. Sequitur.
In die illa vinea meri cantabit
ei. Vinea meri plebs israelitica
est. que quondam in suis patribꝫ
merum gre spiritalis et bonorum
operum habuit. sed in passione a
cetum gmeco dedit ei sitienti
Sed qui reliquie illius in fine
conuertentur. et dicent Benedictus
qui venit in nomine dni. in die
illa vinea meri cantabit ei
quia quia dominus ipse domus cu
dam. custodire semp solebat
et tamen ꝑ romanos ea afflic
tiorum erat. subiungit/ Ego dns
qui seruo eam. repente ꝑpina
bo ei. hoc de antiquis et nouelli
temporibus dicitur. Seruo eam tem
pus ezechie. tempus zorobabel.
tempus machabeorum. tempus
apostolorum. Sed nunc repente ꝑpina
bo ei. calice ire mee. ꝑ vespasi
anum et tytum. Vnusquisque de porte
ipse dicat. ne forte insitet contra
eam. nocte et die seruo eam. Ne
insite contra eam. i. ne fiat ei
malum ab aliquo nocte et die
a. inꝑspiis et aduersis. vel assidue
seruo eam. et ꝑnialis que sub
nouo testamento fecit meum ad di
cit. Indignatio non est mihi. iure
enim indignatus est dominus
qui in ꝑpria venit et sui eum
non receperunt /Et adinget. Quis
dabit me ꝑpina et veprem in
ꝑlio. i. me faciet durum et aspe
rum ꝑ romanos consurgam in
ꝑlium contra gentem hanc que
semper mansuetus et misericors
esse consueui atqz subdit
Gradiar super eam. succendam ea
pariter. An potius tenebo for
titudine mea. Gradiar super eam co
culcans eam et succendam pariter
i. totam simul gentem igne ire
mee consumam. An potius
tenebo fortitudine mea. parte
de illi vtiqz parum illi. quia se
faciet pacem in pace faciet
mihi pacem sibi aplis. pace
subbelia faciet. Qui ingredientur
impetu adiacob florebit. et
germinabit israel. et implebunt
faciem orbis semine. Apli quia
ubi erat impetus spc illuc in
dicebant. ingredicebant impe
tu vehementis spc adiacob. i.
ad ꝑplm iudeorum euuglm illis
ꝑdicantes. Et tunc israel. i. ꝑpls
hebraycus floruit fide bonisqz
cogitacionibus et germinauit
scis operibus. ac deinde ipi ꝑdi
catores qui ingrediebant im
petu spc adiacob impleuerunt
faciem orbis totius. semine ꝑdi
cationis. Cum aut dicitur qui
ingredientur impetu adiacob.
interponit florebit et germina
bit israel. atqz de illis qui ingre
diebant impetu adiacob subdit
et implebunt faciem orbis se
mine. Sequitur. Nunquid iuxta
plagam percucientis se percussit eum.
aut sic occidit interfectos eius
sicut occisus est. Non ita per
cussit dominus ꝑplm iudaycum

(margin: mea)

quomo ipe pcussus e ab eo neqz
sic occidit eum. quo ille mactes
eius. Illi eum sine causa occisse
runt eum et pdicatores eius
intfecerunt. ille aut p quadragi
ta annos spaciu penitencie mi
sericordie sue concessit Sed qz
de hac plebe subdit nolente co
uerti. // In mensura cont mensura
tu abiecta fuit. iudicabis eam
id est abiecta fuit a ab aplis
derelicta nolens age penite
ncia. iudicabis eam in mensura
cont mensura, ut qualia egit ta
lia recipiat, occidit saluatore
occidit a romanis. Dispsit p
mitens pdicatores expellendo a
finibus suis, dispgat a solo pro
p uniusum orbem, et medi
tata e in spu suo duro pdicem
estus, Id est sup hoc dimittet
iniquitas domini iacob, et iste
omnis fructus ut auferat pctm
eius. dies estus e tempus tri
bulacionis, Iudea ergo pdic esto
in eo tpe quo xpm psequeba
meditata e in spu suo duro, qz
in corde suo adamatino se exer
cuit ad malu. et excogitauit
adusa que facit dns. unde illud
Rm cogitauit iniqtate in corde
tota die constituebat plia, Op
em studuerunt eu psequi Id est
quia pseruti sunt eu usqz ad
morte sup hoc id est ex hoc. quod ita
meditati sunt cont eu. dimitte
iniqtas domini iacob id est illis qui
post resurrectionem eius p aplos
crediderunt quibus ipe dixit, Cu
exaltaueritis filiu hominis tunc
cognoscetis quia ego sum, Et pe
trus postea iam corde compuncti
tis et consiliu querentibus qz

se xpm crucifixisse cognouerat
penitenciam iniunxit agite et ba
ptizetur unusquisque vrm in noie
domini nri ihu xpi. in remissi
one pctorum vrorum et accipietis
donu spus sci. ait igitur qz ideo
dimittetur iniqtas domini iacob.
et iste omnis fructus eius est
ut auferatur pctm eius. Na
nisi offendisset in lapide offe
sionis. ut impleretur facies eorum
ignominia. non quereret nom
domini ihu. p quod datur remissio
pctorum. Vel. domin⁹ in spu suo
duro atqz uehementi medi
tatus e cont iudeam. in die estus
id est in tpe psecucionis. qui arde
bat in dignacionis dies est
atqz penarum. Sequit // Dum po
suit omnes lapides altaris sic
lapides cineris allisos, non sta
bunt luci et delubra, Ad lit
teram erant romani iudea dic
facturi. quia ppt eius rebelle
ptinacia factum e. Romani
eni posuerunt omnes lapides alta
ris. sicut lapides cineris allisos.
quia templu succenderunt. sicut
tempus dictu fuerat. succendit
igni sanctuarium tuu. Sz qui dest
tum e templum iersm. non stete
runt luci et delubra quia tunc
pdicantibus aplis in gentibus succi
sa sunt ydolorum nemora et
subuersa sunt fana ut ibi edifi
carentur eccia Nam de destructione
iersm. adhuc subdit Ciuitas
eni munita. desolata erit. spe
ciosa relinquetur. et dimittetur quasi
desertu. ibi pascet uitulus.
et ibi accubabit. et consumet
summitates eius. Ciuitas namqz
munita erat iersm. et illa sctis
speciosa. Sz tandem abscedentibz

romanis dimissa est quasi desertum.
Vitulum appellat tytum vespasiani
filium. quia et ieremias caldeis
ait. Exultatis et magna loq
uimini diripientes hereditatem meam
quia effusi estis sicut vituli
super herbam. et mugistis ut
tauri. Hic ergo vitulus pastus
est ibi et arabant. quia ibi
cuncta devoravit. et ibi obsedit
et simulitates eius consumpsit
quia terre illius destruxit. Sed
In siccitate messis illius conterentur
mulieres venientes et docentes
eam. quia messis est consummacio
seculi. sicut erit domus messis
populi huius provocatur potest
mors quia nulla obsidionem
pertulit quia totus fere fame
et peste et gladiis est interemptus
Sed messis ista siccitate habuit
quia sine gratia dei et fide mortui
sunt omnes. Dominus huius verno cont.
de populo electorum dicit. Ros mora
bitur in messione mea. Ros enim
qui desuper cadit. gratia est que de
summis descendit. Et ros mo
rabitur in messione iustorum. quia
presentem vitam in gratia dei finiunt
In siccitate ergo messis illius
contrite sunt mulieres. quia
non solum viriles sed et feminei
sexus ibi consumptus est in peccato
perfidie. Mulieres vidit veni
entes et docentes ea instante
obsidione. forsan veniebant
antea mulieres in diversas in
iericho. et docebant viros quem
admodum resisterent hostibus. Vel
mulierum nomine signari possunt
reliquie civitates iudeorum que
ierosolimitanis auxiliabantur.
Sed quod mulieres viros docu

erunt credi potest. Ideo quod sequitur
Non est enim populus sapiens verbi
videlicet sapientiam dei que christus
est ignoravit. ideoque et huma
nam industriam perdidit. atque
deterius consilio subditur. Propterea non
miserebitur eius qui fecit eum
et qui formavit eum non par
cet ei. vel sapiens non est quia
spiritualem scientiam perdidit. et propterea
venientibus romanis non pepercit
ei dominus. Sequitur. // Et erit in die
illa percutiet dominus ab alveo
fluminis usque ad torrentem egypti.
et vos congregabimini unus et
unus filii israel. Percutiet atque
vastabit dominus terram iudeorum ab
eufrate flumine usque ad iordanem usque
ad impletum sunt romanorum. et va
statis regionibus patrie qui
super fuerint iudei congregabuntur
in diversis locis unus et unus.
ut ablato rebellare conentur.
Ex hiis de iudeorum exterminio dicens
de generali vocatione subdit. Et
erit in die illa clangetur tuba
magna et venient qui perditi
fuerant de terra assiriorum. et qui
eiecti erant in terram egypti. et ado
rabunt dominum in monte sancto in ierusalem.
Tuba quippe magna vox apostolice
predicationis est. Terra gentilitas
assiriorum gentilitas est. Assirii
namque sunt demones qui con
vincunt iniquitates et corrigunt
in adventu iudicis peccatores. Sed
et terra egypti gentilitas est. quia
egiptus dicitur tenebre. et appel
latione tenebrarum exprimitur caligo
mentium hanc ubi ignoranti
ciones sue in iericho. rapius est
in ecclesia. Sequitur aliud capitulum
et est xxviii.

Ve corone superbie ebrijs effraym et flori decidenti glorie exultacionis eius qui erant in vertice vallis pinguissime errantes animo. Ecce validus et fortis dominus sicut impetus grandinis. turbo confringens. sicut impetus aquarum multarum inundancium et emissarum super terram spaciosam. Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum effraym et erit flos decidens glorie exultacionis eius qui est super verticem vallis pinguium. quasi temporaneum ante maturitatem autumpni. quod cum aspexerit videns statim ut manu tenuerit devorabit eum. In die illa erit dominus exercituum corona glorie et sertum exultacionis residuo populi sui et spiritus iudicij sedentis super iudicium et fortitudo revertentibus de bello ad portam. Verum hij quoque pre vino nescierunt et pre ebrietate erraverunt. Sacerdos et propheta nescierunt pre ebrietate absorpti sunt a vino erraverunt in ebrietate nescierunt videntem ignoraverunt iudicium. Omnes enim mense replete sunt vomitu sordibusque ita ut non esset ultra locus. Dictum licet possimus ut ad eius sensum verius attingamus. Decem tribus vocantur effraym vel ab effraym filio ioseph. cuius tribus copiosior erat et nobilior. vel ab ieroboam filio nabath effrateo qui primus super eas rex est constitutus. Ve igitur corona superbie ~~sublimis ebrijs effraym~~ id est altitudini superbie. scilicet ebrijs effraym. id est errantibus ydolatris decem tribuum. et ve flori glorie eius.

quia cito decidet. Cum erant temporibus david et salomonis in vertice vallis pinguissime id est in monte templi. qui est super vallem gethsemani. Nam apex vallis illius veniebat ad templum. ibi quoque figebant tectoria. Ecce validus et fortis dominus ut expugnet eos per manus assiriorum sicut vehemens turbo confringens impetus grandinis et edificia subvertens. Et sicut impetus aquarum fortiter inundancium per terram planam omnia lenia secum trahit. Sic dominus per impetum multitudinis assiriorum rapiet decem tribus in captivitatem. Et tunc inimicorum pedibus conculcabitur corona superbie id est scorum quia destruetur regnum eorum. Et erit flos glorie eius quasi temporaneum ante maturitatem quod mox devoratur. Hoc est dicit. Quasi innueret racemus in vinea vel in arbore fructus ante maturitatem autumpni. et mox ut eum aliquis aspexerit concupiscencia ductus. rapiat eum avide et comedat. ita sennacherib et exercitus eius videns gloriam decem tribuum concupiscet eam et auferet atque bona eorum omnia. In die illa. hoc est tempore quo decem tribus in captivitate ducte fuerint. erit dominus residuo populi sui id est iude et beniamin corona glorie. ut protegat eos et honorificet. Et ipse erit spiritus iudicij ezechie sedentis super iudicium id est in throno iudiciali quia inspirabit ei quomodo iudicet. Et ipse erit fortitudo revertentibus de bello quos percussit angelus domini in castris.

assiriorum centum lxxxv milia. Venerunt
enim iudei colligere spolia eorum et
reuersi sunt ierusalem de celo habentes
fortitudinem. Verum hii quoque a duc
tibus primo erroris nescierunt
liberatorem suum, et per ebrietatem a
per ieroboam et per manassen
errauerunt. Sacerdos et propheta nesci
erunt pre ebrietate errorum. quia sa
cerdos immolauit ydolis. et propheta
uaticinatus est in baal. Omnes
enim mense replete sunt uomitu
sordibusque. quia in omnibus
eorum mensis erant carnes que
fuerant ydolis immolate et tecta de
monum sacrificia. ita ut nullus
superesset locus ibi absque sordibus
huiusmodi. nec domus in eis lo
cus habitationis haberet. Sed hec in tel
ligi et aliter possunt. Venimus enim
per decem tribus. que deserentes
templum domini coluerunt ydola.
in quibus multitudo signanda habitatorum
horum enim erroribus suis sunt
dati in assensu ceteris alienis. Co
rona uero magistrorum discipuli es
sunt ut apostolus hiis quos conuer
terat. Que est spes mea aut
gaudium aut corona. Nonne
uos ante dominum. Similiter et
hereticos eos quos seduxerunt esse
coronam suam fore gloriantur. Sed
ue huic corone. quia sicut beato
iob de quolibet heretico dicitur. Si
multiplicati fuerint filii eius
in gladio erunt. Quomodo autem sit
flos huius corone. docet iste propheta
Omnis caro fenum. et omnis gloria
eius quasi flos feni. Et hic flos
est decidens. quia exsiccatum est
fenum et cecidit flos quia spiritus
domini sufflauit in eo. Verum erat in
uertice uallis pinguissime. quia
deprimebant ceteros. Ve enim

super uerticem ei erunt qui seculari
potencia conculcabant. uel quia
non sequebantur tenuitatem manne
et humilitatem ecclesiasticam. sed in more
superbie pinguissimo uescebantur
ebrii erroribus. Ecce ualidus
et fortis dominus. sicut impetus
grandinis turbo confringens. quia se
cundum libri huius sequenciam. ueni
ens ad iudicium allidet eos in tene
bris et in lapide grandinis. Sicut
impetus aquarum multarum inun
dancium. quia spiritus eius uelud
torrens inundans. usque ad me
dium colli. et ad perdendas gentes ad
nichilum. pedibus conculcabitur
corona superbie. ebriorum effraym.
Sicut in istis per malachiam dicitur.
Egrediemini et salietis sicut ui
tuli de armento. et calcabitis im
pios cum fuerint cinis sub planta
pedum uestrorum in die qua ego fa
cio dicit dominus. Et erit flos decidens
glorie eius. quasi temporaneum ante
maturitatem autumpni. quod mox ut
mane uenerit comedetur. quia he
retici cum de hac uita exierint. non ex
pectant ad tormenta diem iudicii
que per maturitatem autumpni potest
intelligi. sed statim ab antiquo
hoste deuorantur. mox in eterne perdicio
nis baratrum absorpti. In die illa
erit dominus corona glorie residuo
populi sui. id est hiis qui in ecclesia per
manent. quia perfecti cum de hoc se
culo exeunt mox regni coronam
percipiunt. Et ipse dominus erit spiritus
iudicii sedenti super iudicium. quia
intimabit saluator noster. quem
admodum iudicabit qui ait. Non
possum ego a me ipso facere quicquam.
Sed sicut audio iudico. Et ipse
dominus erit fortitudo reuertentibus

de bello .i. de vite hui9 certamie:
ad portam .i. ingressum regni ce
lo℞ Solet em̄ hostis antiquus
cū suis satellitibus ante regni
ianua grauia concitare plīa ut
fidelium aīas de corpibus egre
ssas celū intrare nō sinat . et id
circo domi9 elatis suis . adptam
fortitudo est . Ver℞ hij quoqꝫ pre
vino nescierut . quia ⁊ hij qui
sunt intenti curis secularibus i
ebriant̄ et varijs desiderijs aīal
te em̄ sunt ebrietates in ebriam
ira . tristicia . amore . concupiscencia
⁊ vana glīa . ceterisqꝫ pocionibus
vicio℞ . Et quidquid vtā mente℞
debriat appellacōne vini pōt
designari Nam sicut videmus
ebij corpus moueri vacillari
pedes . caput ⁊ timpa p̄grauari
lingua ligari ac hesitantibus labijs
vba pdi . Similit̄ est videre eos
qui mente sunt ebij . quo moue
ant̄ . quo instabiles gressu sint .
quo ⁊ debilitate mete . et fluctu
ante cogitatu . nichil firme tene
ant . Sꝫ p̄turbacōnibꝫ semp agitāt
mentis . Nam em̄ sensum desert
deum incipit cogitandi . cor eius
commocōne ac p̄turbacōne ac ma
licia replet̄ ⁊ amaritudine va
dunt quidē cupiditas vite amore
tolerat homines ⁊ tn̄ affari nimie
cupiditat̄ obligati . labore eius
modi tolleranciae voluptate pu
tant Vnde etc ieremias torrens
in se huiusmodi ... spectac
sumens planctum quit̄ dicens
inebriauit me absinthio . ebrius
em̄ qd̄ pati nescit . Cum vo ab
sinthio debriat̄ ⁊ hoc qd̄ suppit
amar℞ est . Et tamē nō intellig̃t
tandem . qua replet̄ amaritu
dine / Anima igit̄ generis recto
ri iudicio in voluptatibus suis
dimissam atqꝫ p cās de volu
ptates spontaneis tribulacōibꝫ
tradita absinthio e ebria . qꝫ
et amara sunt que p hīmo vite
amore tollerat . et tamē eadē
amaritudine . cecitate cupiditatis
qi insensibilitate ebriat̄ ignorat .
Audi em̄ glām sitiens diuin
ultas pea tribulacōnes repit
amar℞ e qd̄ bibit . Sꝫ quia hec
nimis inebriant̄ suppit cui sōl
amaritudinis mali discerni
a p̄pria ebrietate nō sufficit .
Cum igit̄ nō solum gentiles
et heretici . sꝫ et multi . qui se fideles
esse fatent̄ . et insup et plerique
religionum p̄fessores huiusmodi
ebrietatibus confusi . sensum ro
nis amiserunt . recte mit dicit̄
Ver℞ hij quoqꝫ p vino nescierut
et p ebrietate errauit . Nam m
ng cupiditate ebrij regulam
iusticie ignorat . Sꝫ adhuc gra
nius est qd̄ subditur . quia sac
dos ⁊ p̄pheta nescierunt p ebrietate
Cumis em̄ sacerdos hic dicit̄ nisi
qui officium quidē sacerdotale
suscipit . sed opus officij nō
implet . Et quis hoc loco p̄pheta
vocitatur nisi quilibꝫ p̄dicator .
qui venturi malor℞ gaudia
malor℞qꝫ tormenta p̄dicit . Sꝫ et
isti p ebrietate nescierunt . quia
du mens eor℞ . tempa ad tpa
lia . p̄inde subiecti . nescit eterna
et dum exterioribus dedita sunt
interior℞ scientia amiserunt . Ipse
em̄ sacerdos inuenit̄ ia aut
platus esse . qui septimus dei
medite . Sꝫ absorpti sunt a vino
errauerunt in ebrietate . quia secularibꝫ
curis intenti . tanto sunt a celestibus
curis absorpti . quanto a diuina
contemplacōe foras exierunt . Et

videns

animus cor[um] usu temporalis cure
obdurauit ac celesti desiderio atq[ue]
pactum secli ipo usu obduratu[m]
ad ea nu[m]q[uam] molliri ualet que p[er]
tinet ad caritate[m] dei et quia pec[cat]a
q[ue] cor[um] tante no[n] cogitat q[uo]d o[mn]ia
que nu[n]c agunt deus co[n]sideret
qui et de o[mn]ibus futurus est
iudex nesciuit o[mn]ia uide
re deu[m] ignorant indiciu[m]
eius futur[um]. Om[ne]s en[im] mense re
plete sunt vomitu sordibusq[ue].
Quid mensar[um] nomine nisi scrip
ture sc[r]e signant que sp[irit]ualibus
epulis nos pascunt. Unde et
psalmista. Parasti in co[n]spectu m[e]o
co[n]spectu meo mensa. Quid uero
p[er] sordes nisi pecc[at]a. Unde ieremi
as de negligente a[n]i[m]a. Sordes
eius in pedibus eius nec re
cordata e[st] finis sui. Sordes n[am]q[ue]
in pedibus pecc[at]a sunt in opib[us].
Quid aut[em] p[er] uomitu[m] nisi pecc[at]a
p[er] co[n]fessione[m] eiecta. De in sc[r]iptu[ra]
resumpta significat. Nam sicut
canis qui reuertit[ur] ad uomitu[m]
suu[m] sic imprudens qui iterat
stulticia[m] sua[m]. Omnia igit[ur] omnia
scriptura[rum] p[re]cepta sacra[rum] operuerunt
isti uel scienter actis uel iterat
culpis. om[ne]s mense cor[um] dicunt[ur]
replete uomitu sordibusq[ue]. ita
ut locus iam i[d] e[st] ei[us] no[n] appareat
que sordibus no[n] inq[ui]nauerint.
Vel inquisita doctrina eor[um] et tota
misteria uomitu plena sunt et
sordibus. Diuini scriptura[rum] sacra[rum]
no[n] digerunt cibos. s[ed] immaturos
et fetentes egerunt. ita ut nulli[us]
eis deus inueniat locu[m] sed si ne
ita discussis. studiosa lectioni sug
gerunt. q[ui]a p[ro]t[er] adhuc p[er]fecta
dim designant p[re]fidus iste inter cor
poribus xp[ist]ianor[um] aut iste per

effracum qui vberius inspiratur
multitudo carnaliu[m] p[o]p[u]li dei qui
sunt in terra et p[re]sidium p[o]p[u]li
dei. sacra[rum] p[ro]fessores religionis.
Sed m[ihi] s[e]c[un]d[u]m superiore[m] sensum iudeos
sequitur. Clamat enim inde[us]
p[ro]pheta dicens. Quem docebit scie[n]t[iam]
et que[m] intellige[re] faciet auditu[m].
Ablactatos a lacte. auulsos ab
uberibus. quia manda remanda
manda remanda expecta re
expecta expecta reexpecta. mo
dicu[m] ibi. modicu[m] ibi. In loq[ue]la
en[im] labii et lingua altera loq[uetur]
ad p[o]p[u]l[u]m istu[m] cui dixit. Hec est
requies mea reficite lassum.
et hoc e[st] refrigeriu[m] meu[m] et no[n]
lu[er]unt audire. Et erit eis u[er]bu[m]
domini manda remanda. manda
remanda. expecta reexpecta ex
pecta reexpecta. modicu[m] ibi mo
dicu[m] ibi. ut uadant et cadant
retrorsu[m] et co[n]fringant[ur] et illaqueet[ur]
et capiant[ur]. Quem inquit eo[rum]
deus docebit dominus ut q[uo]d au
dierit intelligat et op[er]et[ur]. No[n]
docebit istos. qui lacte semp[er]
indiget. s[ed] xp[ist]ianos ablacta
tos i[d] e[st] abstractos a lacte puerilis
scientie. et auulsos ab uberibus
infantilis doctrine. omnis eni[m] q[ui]
lactis est particeps expers est
sermonis iusticie. paruulus eni[m]
est. p[er]fector[um] aut[em] est solidus cib[us]
cor[um] qui p[ro]p[ter] co[n]suetudine[m] ex
ercitatos h[abe]nt sensus ad discre
tionem boni et mali. Non igit[ur] istos
paruulos docebit u[er]bu[m] domini[us]. s[ed]
alios qui lacte iam no[n] egeant.
et sermone iusticie possint su[m]
ere. Isti en[im] dice[re] co[n]sueuerunt
manda remanda. Tunc en[im]
p[ro] aliquo exp[re]sserunt increpant
eos dominus et ad penitentiam.

p[re]sidium p[o]p[u]li dei repl[e]t

hortare atque captiuitates et ma
la minare eis. illi credentes quia
mox captiuitas et afflictio predic
ta non ueniebat. non credebant
prophete. sed irridebant eum dicentes
manda remanda, ac si dicerent
precipe precipe. quid facis clamas
et minaris nobis mala. non
enim ueniet super nos quod minaris.
Contra uates respondebant ex
pecta reexpecta. modicum ibi mo
dicum ibi. id est nulla comminatione quam
pos meum audisti quia post
modicum ueniet tibi malum hoc
quod locutus sum in loquela eius
labii et lingua altera loquetur ad
populum istum. id est prius loquebatur et aliter
loquetur. quia malum quod locutus
fuit adducet mox super eos. non
dans ultra penitentie locum. Hec est
requies mea reficite las
sum id est quiete et epulas mihi in uestris
peccatis bene uiuendo. quia diu
sum fatigatus iniquitates uestras
tollerando. qui enim ad penitentiam
conuersus bonis operibus insistit
reficit deum dicentem manducemus
et epulemur. quia hic filius meus
mortuus fuerat et reuixit. perie
rat et inuentus est. Cum non perma
net in peccatis laborare facit eum
dicens prebuistis mihi laborem in
iniquitatibus uestris. Et hic audire
noluerunt uerba. ut ei refrigium
in se ipsis darent. Et erit eis
uerbum domini. manda remanda.
Cum enim ad penitentiam eos in
ducimus hortaremur aliquando propheta
et minaretur eis aduersitates. illi se
non corrigebant. sed insuper prophete
uerbum sumebant in derisionis ca
tum dicentes manda remanda ma
nda remanda. expecta reexpecta
expecta reexpecta. modicum ibi

modicum ibi. Ac si despiciendo dice
res precipe atque precipe. quid a
gamus. et ut expectemus capti
uitatem prestolantes modicum in
uerbo sequitur. Ante enim cessat
uita migrabimus. quam hoc ueniat
quod pronuntias. Sit enim dicens conue
rtat et iniquitates agit donec
ab aduersariis ducentur captiui. Sic
conuenienter ait quia erit eis uerbum
domini manda remanda etc. ut
uadant et cadant retrorsum. et
confundantur et illaqueentur et capiantur.
Erat enim in maledictionibus suis
ut caderent in manibus hostium.
et illaquearentur ab eis et consumerentur.
Sed hec et ad eos qui sunt in ecclesia
referamus. precepturus enim uidebis
que docebit Christus pati pro nomine
suo futuras tribulationes. eos
uero qui ablactati sunt a lacte.
id est apostolos et eorum sectatores exper
ta iniquitate. Loquitur autem
de choro apostolorum omniumque credentium
ut non ad unam sed ad multas pa
rent se tribulationes. Eos uero
qui ablactati sunt a lacte. ut tri
bulationis fuit atque pressuris spret
et super deo spem habeat. quod si
paululum tardauerit. que pro
missa sunt non sit incredulus.
modicum enim parumque et ueniet
que promissa sunt. Et impii no
luerunt audire apostolos. qui porro
gladiis ac blasphemiis sem
ebant. Unde hoc quod ad populum
dei dicebatur tribulatione sustine
expecta spe expecta spe adhuc
modicum adhuc modicum. illis
uersum est in penam. ut uadant
et corruant retrorsum. et in puteum
etiam mortis incidant et absque
ullo misericordiam fine capiantur
Nondum illos quod ceteri credentes
non ablactatos sunt. sed ablactatum

neque avulsos abubibus sed a
mulsum. Cui enim dicit. Quem do
cebit scientiam et quem intelligere
faciet auditum ablactatos a lacte
avulsos ab uberibus. Unige
nitus autem dei pro nobis homo
factus ubera matris suxit puer
est dignatus ut nos cum a
lacte semper ut parvuli egeremus
et etate proficeret avulsus est
ab uberibus ut nos ad solidum
cibum eterne vite perduceret. Sed
vix invenitur qui ista sic cogi
tans parvulorum condescendat sensui
et in famulos maturo profectu
serat mores. Unde mirum multitu
dines eorum qui se christianos fa
tentur propheta clamat. Quem do
cebit scientiam et quem intelligere fa
ciat auditum ablactatos a lacte
avulsos ab uberibus. Raro enim
credibile se quisque prebet. raro quisque
qui sapere percipiat intellectum sed
fere omnibus convenit illud
apostoli non potui vobis loqui quasi
spiritualibus sed quasi carnalibus
tamquam parvulis in christo lac vobis
potum dedi non escam non enim
enim poteratis. sed nec nunc quidem
adhuc potestis. Adhuc enim estis
carnales. Unde et eorum voce q
tales se preciderant subditur
ornia manda remanda. Namque
obediencia et merito pollicetur di
cunt predicatori manda id est iube
quid agamus. Sed cum audiunt
ac decidit venit diabolus
et tollit verbum de corde eorum re
deunt ad pristinum dicentes Re
manda nobis adhuc que prius
mandasti. Verum nos et postquam
verbum retinuerint implere
illud opere non festinant expecta
inquiunt sicut et illi qui aggeo

dicebant non dum venit tempus edi
ficandi domum domini sed adhuc de
die in diem differentes ac longa in
te spacia sibi penitentes aiunt
Reexpecta nos adhuc quia satis
super est temporis. Et modicum est
ibi id est in expectando quia post
modicum faciemus que precipis. Ita
que si de tarditate corripiantur
impudenti fronte respondent quia
modicum est ibi nulla cunctatione.
Sicque semper intermittendo moras
usque ad finem vite bona que dixi
cerint differunt facere et subito rapi
untur ad eternam. cum iudicis ut
secundum opera sua recipiat. In lo
quela enim labii loquetur ad populum
istum. Sed quod vates ingeminat
verna manda remanda. manda
remanda. expecta reexpecta ex
pecta reexpecta modicum ibi mo
dicum ibi. Declarat nobis propheta quod
et ipse grandi tedio sit affectus
in huiusmodi verbis eorum et nimis
onerosa sit ei pertinacia pravitatis
eorum verum qui verbis dei que pre
dicatores audiunt non obtemperant
loquetur ad eos in loquela labii
et altera lingua. Nunc enim per sacras
paginas et doctorum linguas
loquitur. Tunc autem ore proprio verba
prolaturus apparens in iudicio tre
mebundus in loquela propria labii loquitur
et in altera lingua. quia qui mo
do per alios sponsos ipse tunc per semet
ipsum loquitur et dicet eis. Esurivi
et non dedistis michi comedere
hospes fui et non collegistis me
Ideo enim pauper factus est et la
bore fatigatus pro nobis ut nos
enim in pauperibus et lassis refi
ceremus et dicet nobis Quamdiu
fecistis uni ex minimis meis michi
fecistis. Hoc quippe est quod hic lo
quitur Hec est requies mea refi

ne lassum et hoc est mem[?] resp
gentu. Sz hoc audire nolunt qui
semp opari bona differunt et
ideo erit eis ultimu dom mad
remanda ut semp obedientia
pmittentes et nuq obedientes
s in longiori etate sua ptrahantes
vadant post concupiscentias suas
et in fine cadant retrorsum i in
ignota suppitet supplicia et se
sero confundant de malis suis
cum nichil eis iam prosint et in
hora mortis illaqueent a malignis
spiritibus. ut de mu rapi
ant ab eis ad tormenta dura
nices aut quod ait et cadant re
trorsum. Nondum c. quia boni
in septimis suis dicunt in facie
sua cadere mali aut retro et cum
hoc. nisi quia qui in facie cadit
ibi cadit ubi videt qui vo re
trorsum cadit. non videt quo ca
dit, et electi hic sponte se humi
liantes vident in quibus deiciant,
reprobi aut tunc in morte nole
tes humiliant nesciunt ubi tor
rueant. Diguota eis rapiunt
supplicia iam ergo videamus seque
ncia. ut eis p[ro]p[he]ta principibus si
nagoge dicentibus manda re
manda expecta reexpecta. // p[ro]pt
hoc audite verbum illusores qui
dominamini sup p[o]p[u]l[u]m meum qui e
in ierusalem. Illusores eni erant q
p[ro]phetis illudebant dicentes. ma
da remanda, et adhuc causa cor
gravior cum dicunt divisus eni
pcussimus fedus cum morte et
cum inferno fecimus pactum, flagel
lum inundans cum transierit non
veniet sup nos, quia posuimus
mendacium spem nram et me
dacio ptecti sumus, cogitabant
eni dicentes inutilissimu laboravi
observantes legem dni. quia.

descensum sumus admissi sicut
et cetere gentes, levius eni et tolle
rabilius erit illis quam nobis
quia illi cottidie placant hostijs
et muneribus principes inferni, ac
lius ergo nobis est. ut ceterum
gentium imitantes statuamus
pactum cum diabolo, et penarum prin
cipibus et offeramus eis sacrifi
cia, Utique cogitantes. aut et
loquentes imolabant demonijs.
Hoc est itaque quod dicunt percussi
mus fedus cum morte et cum
inferno fecimus pactum. et demoni
um subiciunt, quia flagellum
inundans. i. quelibet vagabu
da tribulatio veniens, cum tran
sierit, non veniet sup nos. quia
posuimus mendacium spe
mam. Spat aut in mendacio
contra flagellum veniens qui
se mendacijs excusare parat
et culpam sua defende ne fla
gellum correptionis sentiat. sic
enim plerique faciunt. et illi tunc
faciebant. Cum et mendacio pte
gebantur sub obtentu religionis
pdicabant avaricia suam. pre
pat eni deus ut filij parentes
suos honoraret, subsidia mini
illis ministrando, isti non dicebant
melius ee ut filij parentibus offer
rent quae in templo dni. et ipsi su
mebant oblatione p[o]p[u]li, unde et
ab ipso salvatore sic increpati
sunt. Cur vos transgredimini ma
datum dei propter traditionem vram. nam
deus dixit honora patrem tuum et
matrem tuam. vos aut dicitis
quicumque dixerit pat vel matri sue
munus quodcumque ex me est. pderit
et non honorificavit patrem suum
et matrem suam et irritum fecistis
madatum dei propter traditionem vram.
Sic ergo mendacio se ptegebant
Sequitur Ideo hec dicit dominus deus

Ecce ego mittam in fun
damentis syon lapidem
probatum angularem pre
ciosum in fundamento fundatum
qui crediderit non festinet et ponam
iudicium in pondere et iusticiam in
mensura et subvertet grando spem
mendacii et protectionem aque inunda
bunt et delebitur fedus vestrum cum
morte et pactum vestrum cum inferno
non stabit. flagellum inundans
cum transierit eritis ei in conculca
cionem quandocumque pertransierit tol
let vos quia mane diluculo per
transibit in die et in nocte et ta
mmen sola vexacio intellectum
dabit auditui. Quia dixistis
inquit manda remanda. quia
dixistis percussimus fedus cum mor
te quia dixistis flagellum in
undans non veniet super nos.
ideo dicit dominus. Ecce ponam
in fundamentis syon lapidem
Noua enim ecclesia fundata iacet
e quia vetus edificium sinago
ge dirutum est. Hoc loco congruunt
et psalmiste verba dicentis Tempus
faciendi domine, dissipaverunt legem
tuam. Venit enim dominus corporali
ter hominibus conversans fecit
et implevit legem. cum eam iudei
pravis tradicionibus suis et tradi
cionibus vel interpretacionibus fal
sis dissipassent. Quia ergo sy
nagoge populus manda remanda
dicens fecit cum inferno pactum et
cuius ipsi principes. Ideo deus pro
aliud firmius construit edificium
mittit lapidem in fundamento syon
Fundamenta autem syon id est ecclesie sunt
apostoli et prophete sicut scriptum est fun
damenta eius in montibus sanctis
Et iterum Iam estis non cives sanctorum et
domestici dei superedificati super
fundamentum apostolorum et prophetarum
ipso summo angulari lapide christo

ihesu in quo omnis edificacio constru
cta crescit in templum sanctum in domino
In hiis ergo fundamentis per incar
nacionis misterium lapis christus mit
titur ut omnis fabrica edificii struc
tura superedificetur. Qui in temptacio
nibus est probatus Unde et ait.
domine probasti me et cognovisti
me. angularis vero quia in se du
os parietes coniungit id est circumcisos
et preputium vel angelos et homines
sive contemplativam et activam vitam
preciosus autem vocatur quia tante
sanctitatis et iusticie et meriti ut in eius
comparacione hominum nullius sancti
tatis et iusticie cognoscatur
haberi. Unde et precioso sanguine
suo dedit redempcionem pro mundo
Qui et in sancte ecclesie fundamento
fundatus. quia solus totum edificium
edificium sustinet. Nam sicut or
dines lapidum in pariete alii
portantur ab aliis ita portantur
fideles quique a precedentibus in eccle
siis. Portant et ipsi sequentes
predicacione et tollerancia usque ad
ultimum iustum. qui cum a prioribus
portetur. quem portet ipsum de beatis
sequentibus non habebit. qui ante
omne edificium portat et ipse a
nemine portatur. dominus est ihesus christus
Et ideo sicut prius sumus dicit in
fundamento fundatus. et qui in eum
crediderit in eum non festinet.
Sed pacienter expectet promissiones
eius. Nam hereditas ad quam
in principio festinatur in novissimo
benediccione carebit. Qui in eum
crediderit non festinet. ut impius
eius adventum queratur. quod in secundo
redituro est. Vel non festinet ne
videlicet tardius ei videatur christi
adventus. Si enim tardaverit inquit
abacuc. nemo desperet. quia ve
niens veniet et sua promissa.

complebit et pena iniquitatis per
eum iudicium subponderis nisi
equa lance pensans omnia
iudicet et iusticia immensura
ut unusquisque iuxta modum
actionis sue recipiat Eadem
quippe mensura qua mensi fuit
remecietur nobis. inquit et sit
inequitatis ponderis. iudicium eius
Cum tamen secundum operis actiones
hominibus reddere non videtur.
Nam et quod a nobis non intelligitur
exercitium iudicium non iniusta
lance perferetur. Et si minus recta
videntur esse que patimur. tamen
tunc discusso examine declarantur.
Illi autem non iudicia
bant in pondere iusto. qui dya
bolum domino cooperantes sine
preferentes legem eius abii
ciebant et cum inferno pactum
statuebant. atque mendacio se pro
tegebat contra veritatem. Ceteribus
consequenter ait. quia subvertet
grando .i. celestium multiplex in
dictorum percussio spem mendacii et
aque .i. tribulationum impetus
inundabunt .i. subruigent atque
delebunt protectionem mendacii
que vos turbat. Et delebitur
fedus vestrum cum morte. quia
mors eterna gravius vos torquebit
quam ceteras gentes, qui licet
putabatis ideo vos forte quod
demonibus immolabatis. Fla
gellum inundans. tamen vel Romanos
vel per aliam occasionem in vestris
regionibus transierit. conculca
bit vos et conteret. Quo mane
diluculo pertransibit. Diluculum
quasi dubia lux dicitur. Vocatur enim
diluculum. tamen non nocturna tempora
in claritate lucis mutat. mane
non postquam ortus est sol. Vo-

Tamen cum dicatur mane diluculo
tale est ac si dicatur primo ma
ne. vel summo mane. nisi fre
quens velocitas exprimitur
dices non pro prioritate et nova ad
versitate designare solet, Vel per
noctem et diem assiduitas in
telligi potest. flagellum vero
inundans .i. late diffusum,
mane diluculo .i. summa ve
locitate pertransibit in die et in
nocte .i. in prosperis et in adversis
vel assidue potest per hoc flagel
lum intelligi afflictio que
super unumquemque peccatorem in
hora mortis venit, Que ma
ne diluculo pertransibit .i. incipie
te finire nocte .i. in omni tempore
vel tam illos qui in prosperitate
tam ad illos qui in adversitate sunt,
Et tunc tantummodo sola vexa
tio gehennalium tormentorum da
bit auditui vestro intellectum .i.
faciet vos intelligere, quod audistis
nec intelligere voluistis scilicet
bonum quod agere debueratis dum
diceretur manda remanda expecta
expecta. Quos enim culpa claudit.
sed ad eternam penam aperit. Ne
sciunt enim mala que fecerunt,
nisi cum per eadem malis puniri
iam ceperint, Unde ergo dicitur Et
tantummodo sola vexatio intel
lectum dabit auditui. quia
tunc intelligunt quod audierunt.
cum se iam pro contemptu verbi
doluerunt, Sed ista que de
principibus synagoge in temporis
summus. et de pessimus certe
corporis autem et bestiis intel
ligi. forsitan possunt. Dicit enim
Audite verbum domini viri illu
sores. qui dicatis super populum

tecum qui est in celum plus
tes quippe sunt. non nulli cote
plati eni domini quod aliis a
nunciant. ipi plerosque deridentur
Cum dicant super populum celum
a cetle. quia uelud in quodam
sibi uideant sumitatis cul
mine residere cosque quibus
presunt uelud in ymo respici
unt. quibus non consulendum
loqui. sed nix dicando digna
cion eum presse eis querunt
sed dominari. quia non xpi. sed
sua sectant gloriam. et quodam
modo dicunt percussimus fedus
cum morte. et cum inferno feci
mus pactum. dum se sic cum ipse
testantur ut a morte secunda
nunquam se ledendos esse confidunt.
uel ab inferno puniendos et
flagellum inundans non ueniet
super se promittunt. quia puri
tate prosperitate sibi cognoverunt
ac uehementer confirmantur et
mendacium spem suam posuit.
atque mendacio protecti sunt. quia
semper suas negant et occultant
culpas et bona de se loqui co
sueverunt. Sed ut talium ypocris
dispiciet lapis xpistus in funda
mentis syon in tradite cordis
credencium mittet ut xpi doc
trina sunt tenean et horum pro
missis respuunt. licet enim in
dendum lapis iste positus sit
in fundamentis syon. cottidie
tamen in eorum fundamento po
nitur qui conuertuntur in quo quis cre
diderit non festinet. in pungi
bitur cum istis. Et subuertet
grando celestium uindicium spem
mendacii istorum. quia quod super
mendacio tegere querunt. aperiet
detegere in examinatione superni
iudicis. et protectionem aque in
undabunt. quia mendacium
quo suas iniquitates
excusando pertegunt in iudicio
nouissimarum tribulacionum dissi
pabit. et delebitur fedus vestrum
quod cum morte pepigerunt. quia
mors eis parata non erit. sed
eternaliter eis aduersabitur. et fla
gellum inundans cum transierit.
conculcabit eos. quia et in
presentibus affligentur aduersis. qui
se semper tutos ab aduersitate pu
tabant. Conculcabit enim eos
flagellum. quia a tribulacione
superabuntur. Sed ad hoc quod ait
mittendus in fundamentis syon
lapidem. ut non staret pactum quod
isti cum inferno fecerant. qui plebis
dei principes erant. congrue
subdit. Coangustatum est enim
stratum. ita ut alter decidat.
et pallium breue utrumque operire
non potest. Hoc est quod alter pro
maritus meus dicat adulter
in meo se uolenti suscipere. Co
angustatum stratum istud angustum
est. non potest mecum simul et cor
ruptore capere cum. et hoc pallium
breue est. nec ualet me et
adulterum operire. quia cum deo
seruire se dicebant. et cum istis
in cum pessimis principibus pactum
faciebant. adulterum in eo eos
sinum in cubili cordis sui. ad
mittere uolebant. sed coangusta
tum est stratum humani cordis. ita
ut alter decidat. aut uir legit
timus aut adulter. aut xpistus
aut diabolus. quia nemo
potest duobus dominis seruire. et
pallium in operacionis non potest
utrumque operire. quia sub actione
omnis hominis. sathanas cum
xpo non potest quiescere. Unde
et adiungit. Sicut enim in monte
diuisionum stabit dominus.

sit in ualle que est in ualle ga
baon irruisset / Sicut in monte
diuisionis stetit dominus inter
saul et dauid persecutorem eius
Sic stabit inter xpianos et iudeorum
cum populum separans eos. Ince
debat enim dauid cum suis fugi
ens ex alia parte montis et
saul cum suis persequens ex alia.
Eiusque uiri in modum corone cir
cumierunt dauid ut comprehenderent
eum. Nuntius uenit ad saul
quia philistiim infuderunt se
super terram / Sicque recessit a da
uid. et ideo uocauerunt locum
illum petram diuidentem / Dauid
ergo per montem nisi testamentum dei
signatur. Unde scriptum est. Deus
ab lybano ueniet et sanctus de mon
te umbroso et condenso. Inde enim
uenire dicitur. unde promissus fu
erat. i. a testamento suo opaca
tate mysteriorum umbroso et conden
so. Quid nos per dauid nisi xpus
et quid per saul nisi iudeorum po
pulus exprimitur. et quid per phi
listeos nisi romanorum exer
citus. Ibat autem dauid cum
suis ex una parte montis. et sa
ul ex altera cum suis diuiso
separate. quia in lege dei xpus
incedit cum suis. in nouitate
spiritus. populus uero iudeorum in uetu
state littere. Saul non destitit
persequi dauid. donec se philis
tiim super terram effunderent
quia iudeorum populus xpum et
fideles eius usque ad aduentum
romanorum persecutus est. Dici
tur quoque petra. quia sicut in monte
diuisionis stabit. i. ex ecclesia
gratia religionis sub nouo testa
mento. diuidet inter eos qui in ue
tustate littere sectantes deo pa
rere atque dyabolo seruire uolunt

et eos qui in nouitate spiritus
soli deo seruiunt. Vel iste mons
diuisionis intelligi potest in
quo cum dauid consulto domi
no ac in uertice ad philisteos
qui contra se uenerant ascendisset.
percussit eos ibi et ait. Diuisit
dominus inimicos meos per manus
meas sicut diuiduntur aque.
et ideo uocatum est nomen lo
ci illius baalpharasim. i.
habens diuisiones. Ibique de
liquerunt deos suos. Sicut
ergo deus aduersarios dauid
per manum eius percuciens. diui
sit ut diffugerent. et ydola sua
post tergum relinquerent. ita et
nunc aduersarios xpi per manum
eius gladio predicatorum illius
spiritualiter percutit ac diuidit.
ut alii predicatorum fugientes
in malicia magis obdurentur.
alii relinquant deos suos.
i. uicia quibus seruierant
et ad xpum conuertant. Sic itaque
stabit dominus inter nos. uelut in
monte diuisionis. diuidens
ac diiudicans. latentes cogitacio
nes. ut aut ex parte xpi quisque
sit. aut ex parte aduersarii. Nunc
enim iudicium est mundi / Nunc prin
ceps huius mundi eicietur foras.
Sic et irascetur dominus in iniqui
tatibus / Sicut in ualle gaba
on. iratus est contra chanane
os pugnare uolens. de quibus
scriptum est. quia irruit uolens super
eos repente. et conturbauit eos
dominus a facie israel. contriuitque
eos plaga magna in gaba
on. Gabaon autem interpretatur colli
merroris. Et quid per collem mer
roris nisi presens ecclesia figuratur
que in latere summi montis. i.
xpi consistens merore uiuit.

nunc afficit et esurientes remisit ac
pecuniarios misit infideles corpore
inuit. veniente ergo vespasiano et
tito dominus romanos afferre
israel. qui quia xpi totam predica
tionibus mente infidelium contemnit
ad penitentiam. et conteret eos
plaga magna in gabaon. quia
cor contritum et humiliatum deus
eis mortem omnemque pessima
prauitate eorum ad nichilum redi
git. Bene ergo dicitur est. quia
sicut in valle que est in gabaa
on. deus irascetur deque et apte
subdit. Vt faciat opus suum
alienum opus eius ut operetur
opus suum. peregrinum opus eius
ab eo. Opus enim dei est animas
quas creauit colligere et ad eterne
lucis gaudia reuocare. flagel
lari autem atque opprimi. crucifigi
mori ac sepeliri. non hoc in sua
substantia opus dei est, sed opus
hominis peccatoris. qui hoc me
ruit peccatum. Sed peccata nostra ipse
portauit in corpore suo super lignum
et qui in natura sua semper
manet incomprehensibilis in
natura nostra comprehendi di
gnatus est ac flagellari. quia
nisi ea que erant in infirmitate
omne susciperet. nunquam nos ad
sue fortitudinis potentiam le
uaret. Vt ergo faciat opus
suum alienum opus eius et
ut operetur opus suum. peregrinum est
opus eius ab eo quia incar
natus dominus ut nos ad superna
colligeret dignatus est pro nobis
tamquam peccator homo flagel
lari. et alienum opus eius
fecit ut faceret proprium. quia
post quam in se sumus mala nostra su
stinuit. nos qui creatura eius
sumus ad fortitudinis sue
gloriam perduxit. Verum quia

pharisei in passione sua de
risui erant. diliget eos per
monem tenuit apostolus sub in
gens. Et nunc nolite illu
dere ne forte constringantur vincula
vestra. Illuserunt enim dicentes
alios saluos facit seipsum non
potest saluum facere. Et vero vin
cula peccatorum eorum que per eius
mortem solueret. si ipsi cre
derent ita sunt constricta ut
nemini laxari nequeant. Sequitur.
Consummationem enim et abbreui
ationem audiui a domino deo exer
cituum. super vniuersam terram. Con
summationem scilicet iustitie et ad
breuiationem precepti. finis enim
precepti est caritas. de corde puro
et conscientia bona et fide non ficta.
Consummationem igitur et abbreuia
tionem fecit deus super vniuersam
terram. quia omnibus qui in mundo
sunt hominibus dedit unum precep
tum, in quo omnis consummatio
iustitie continetur. plenitudo
enim legis est dilectio. Deinde
alium exorsus sermonem, premit
tit dicens. Auribus percipite et
audite vocem meam. attendite
et audite. Auribus percipite cor
poris et auribus cordis au
dite vocem meam. attendite dili
genter et intelligite eloquium
meum. Hec premittens in erectos
querit auditores. et que dic
turus est ostendit esse misteri
nam subiungit. Nunquid tota
die arabit arans ut serat.
proscindet et sarriet humum suam.
Nonne cum adequauerit faciem eius
seret gith et ciminum sparget.
et ponet triticum per ordinem et
ordeum et milium. et viciam
in finibus suis. Et erudiet
illum in iudicio. deus suus docebit.

illum. Non enim in serris triturabitur
gith nec rota plaustri super
cyminum circuibit, sed in virga
excutietur gith, et cyminum in baculo. Panis autem comminuetur.
Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit
eum rota plaustri, nec in ungulis suis comminuet eum.
Et hoc a domino deo exivit,
ut mirabile faceret consilium et
magnificaret iustitiam. Semper
a notis ad ignota tendere dicimur
similitudinibus. Sic et hic
de his que videmus parabola
dicit ut nos de invisibilibus
instruat. Omnibus enim manifestum
sit arans iste. Docet [illegible] dominus
dicens: Pater meus agricola
est. Ager autem est mundus, id est omne
genus humanum. Bene intelligitur
agrum excolens non tota
die, id est toto in tempore singulorum, quia
arat eum sine satione. Sed
primo rudem campum incidens
proscindit, cum venit novella predicationis
aut fidei. Similiter scindit enim herbas vitiorum noxias
evellendo vel resecando. Vel non tota die proscindens
in tempore singulorum proscindit enim
doctrina inchoationis et sarit
sarculo correptionis ut nihil seminis inficiat. Spargat
nam cum adequaverit faciem
eius, id est apta reddiderit mente
ad suscipiendum semine doctrine,
serit gith et cyminum spargit
et cetera. Gith simile est
cymino et paulo candidiora et grossiora habet grana
et melius saporata. Cyminum autem vero est cuminum.
Et quid per gith et cyminum
designantur nisi gentes intel-
lectum et legem naturalem a
domino percipientes. Erat enim
lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Sed nunc si prosternendum et sarire
dicitur humum agricola ut
gith et cyminum serat, quia
neque scientia naturalis legis sufficere
quicquam valet nisi prius
exercitatur in eis meditationibus atque purgetur. Et
cum per gith et cyminum accipiamus gentes, non est absurdum
quod agricola serere dicatur
gith et cyminum, qui doctrinam
potius serit. Unde illud
de evangelio: Semen est verbum domini.
Quod autem in spinis cecidit,
hii sunt qui audierunt et
a sollicitudinibus et divitiis
et voluptatibus vite euntes
suffocantur et non referunt fructum. Semen quippe dicit esse
verbum dei, et semen quod cecidit in spinis illos esse qui
verbum audierunt et a sollicitudinibus et divitiis
et voluptatibus suffocantur. Eodem inter locutionis genere dicitur
agricola non serere gith et
cyminum atque per ordinem triticum
et ordeum ponere nisi pastores (milium)
ecclesie signantur. Dulces [illegible], dulces
per mansuetudinem, asperi per severitate. Et quid per milium et
vitia nisi duo genera subiectorum exprimuntur? Alii enim iusti
tia sunt candidi ut milium,
alii peccato nigri ut vicia. Et
gith quidem atque cyminum
in distantie spargitur, et triticum
quia genera commixta sparsa
est et inordinata. Triticum vero
et ordeum per ordinem ponuntur ut
vita prepositorum ecclesie regularis

et ordinata signet/ aquilum aut
porri t[er]re in finibus agri ut sub
iectorum ostendat humilitas/ qui se
computant in nouissimis eccl[es]ie
membris. et erudiet inquit
illum in iudicio agricola deus
iudicio i docebit illum ut agat
tempore messis/ Sicut acturus
est dominus in iudicio. Non enim in
serris triturabitur gith/ et rota.
Serra ligneum est multos habens
quod boues trahunt/ tangitur
enim in litteris hic consuetudo
quarundam regionum in quibus ag
ricole prosecam premunt/ Sic et in
predicacione congregatur horrei
segetibus plaustra ferratis ha
bencia rotis desuper trahuntur
ut grana premantur et in paleas
stramina redigantur ut animalibus
pabulum fiant Sed gith et cimi
num in serris et plaustris ut cetere
fruges non triturantur sed in uirga
excutitur gith et ciminum in baculo.
Sed et ~~...~~ in iudicio gentes non
examinabuntur/ sed absque retrac
tacione peribunt/ Quicumque enim si
ne lege peccauerunt/ sine lege pe
ribunt/ Quid autem per uirgam
et baculum/ nisi sathanas figuratur
de quo scriptum est/ Ve assur furo
ris mei uirga et baculus/ Excutitur
ergo gith in uirga/ et ciminum
in baculo/ quia dyabolus genti
lium animas a corporibus in tormen
tis excutit/ Quid uero per plaustrum
nisi dominus ipse designatur qui
comparans dicit/ Ecce ego stridebo
subter uos sicut stridet plaustrum
onustum feno/ Et quid per rotas
plaustri nisi uolubilitas ultimi
iudicis/ dicet enim reprobis disce
dite a me maledicti in ignem
eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius. esuriui enim et
non dedistis mihi manducare. sitiui

et non dedistis mihi bibere/ Hospes
eram et non collegistis me. Nudus
et non operuistis me/ Infirmus et
in carcere eram et non uisitastis me
Sic ergo ciminum et gith per
istam intelligitur/ Quid autem
per serras nisi apte iudicis sen
tentie que uelud paleas repro
bos conterunt et electos ut gra
na separant/ Sed iniqui in serris
triturabitur gith/ neque rota plau
stri super ciminum circuibit. quia
infideles neque saltem uerba iudicis
audire digni erunt/ ut exami
nentur atque dampnentur/ Sed sine
discussione peribunt. Paruis autem
i. tenui et ordinarij/ Unde sit pa
nis comminuetur in serris et in ro
ta plaustri. quia prelati ecclesie
distincte in iudicio/ De multo
aut et uicia non dicet an tenuit
pdixit aglis nisi chorus co
putant aplor. Atrinus uoce fuge
runt ppli. quia emisso spu sco
pcorum pdicatione tanta milia cre
diderunt iudeis. qui ad solempni
tate conuenerat. ac deinceps
ex eisdem iudeis multa milia
2 confugerunt eni hebrei qui cre
diderunt. quin euadere supplicia
eterna. quem ipsi necem saluato
ris meruerat. quesierunt. Sed
et gentes ab eius exaltatione
dispsi sunt. quia a tempore a
scensionis illius alii ceperunt
ex gentibus ad fidem uenire
et alii pertinacius in infidelita
te psistere. De iudeis uo qui
credere noluerunt subdit. Et co
gregabimur spolia ura. sicut
colligit bruchus. uelud cum
fosse plene fuerit de eo dicit
eni spolia eorum appellat nisi
corpora ipsorum. Caro eni in dnic
tum est anime. Colent eni ho
mines multitudine bruci de
agris colligere: quia fruges
deuorat et ex eo fossas imple
re. Immo quo suspicata uerac. Sic
in obsidione ierlm collecta
sunt corpora eorum qui fame
gladio et pestilentia mor
tui sunt. Uel spolia subtra
ctas eorum intellige quas roma
ni uelud multitudine bruci col
legerunt absque numero. Sequitur.
Magnificatus est dominus qui
habitauit in excelso impleuit
syon iudicio et iusticia et erit

3 iii

fides in temporibus suis. Dominus
post ascensionem suam magni
ficatus est in mundo per apostolos quam
maxime habitavit in excelso et
loco habitaculo quam tunc hominibus
habitaverat antea. Implebit
Syon id est ecclesiam iudicio et iustitia
ut omnia examinando probet et
quod bonum ac iustum est tene
at. Tempora autem fidei sunt de qui
bus ait apostolus: Priusquam veni
ret fides sub lege custodiebamur
conclusi in eam fidem que re
velanda erat. Itaque lex peda
gogus noster fuit in Christo Ihesu ut
ex fide iustificemur. At ubi venit
fides iam non sumus sub peda
gogo. Nunc ergo sunt tempora fidei
quia nunc Deus iustificat gentes
per fidem sine operibus legis. et
in toto orbe fides fructificat.
Bene itaque dictum est quod erit
fides in temporibus suis. Sequitur
Divitie salutis sapientia et
scientia timor Domini ipse est
thezaurus eius. Distat enim ab
eternorum contemplatione actio qua
bene utitur temporalibus rebus.
et illa sapientie, hec scientie depu
tatur. nam scriptum est in libro
Iob: Ecce pietas est sapientia. ab
stinere autem a malis est scientia.
In hac differentia intelligendum
est ad contemplationem sapientiam
et ad actionem scientiam pertinere. Itaque
sapientia et scientia divitie sunt
salutis. quia per hoc ad eternam
salutem pervenit ecclesia quod et ce
lestium contemplatione iam ali
quatenus pascitur et temporalibus
atque terrenis bene utitur exteri
oribus operibus. et apostolus ait
discipulis: Gratias ago Deo meo
semper pro vobis in gratia Dei que
data est vobis in Christo Ihesu quia
in omnibus divites facti estis

in illo in omni verbo et in omni
scientia. Sed et timor Domini
castus timor sobrius timor
securus ipse est thezaurus
eius. Non timor iste servilis
quem foras mittit caritas. Sed
timor ille sanctus qui permanet
in seculum seculi id est quem gignit cari
tas. Aliter enim timet coniugem
uxor amans et aliter timet
ancillam domina peccatis. Si
ergo sponsa Christi ecclesia abiecto
timore legis repleta est timore
casto: quatenus sponsum et amans
timeat et timens amet. Est
timor ille locuples thezaurus
est ut quicumque hunc habue
rit omnes seculi divitias par
vipendebat. His itaque salu
taribus divitiis id est scientia
et sapientia et timore rex
noster suos venit ditare milites
qui propter nos egenus factus
est cum esset dives ut illius
inopia nos divites essemus.
Sed quia iudei noluerunt opes
istas accipere dedit eas gentibus
unde sequitur. // Ecce videntes
clamabunt foris angeli pacis
amare flebunt. Videntes enim
sunt quibus dictum est: Beati oculi
qui vident que vos videtis.
Et ipsi sunt angeli pacis annun
tiantes mundo reconciliatorem:
quia scriptum est de eis: Quam spe
ciosi pedes evangelizantium pacem.
evangelizantium bona. Videntes
ergo clamaverunt foris id est extra
iudeam: quia apostoli predicaverunt
gentibus usque ad fines terre.
et angeli pacis fleverunt ama
re quia ipsi apostoli qui gentibus
pacem annuntiabant iram dei super
iudeos manere lugebant. Unde
quidam eorum ait: Tristitia
est mihi magna et continuus dolor

cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis. qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelite. de quorum israelitarum destructione subditur. // Dissipate sunt vie. cessauit transiens per semitam. irritum factum est pactum. proiecit ciuitates non reputauit homines. Luxit et elanguit terra. confusus est libanus et obsorduit et factus est saron sicut desertum, et concussa est basan et carmelus. Dissipate sunt vie intra iudeorum. nascentia promanentes omnem regionem. Cessauit etiam ibi pro solitudinibus semita transiens. quia sine habitatore relicta est terra. Irritum enim factum est pactum: quod dominus promiserat dicens. Quoniam loquar populo meo israel. et plantabo eum et habitabit in eo et non conturbabitur amplius. nec addet filius iniquitatis ut affligat eum sicut prius. ex die qua constitui iudices super populum meum israel. Hoc ergo pactum iudeis factum est irritum. quia dominus proiecit eorum ciuitates et quasi in nichilum reputauit eos. et inde luxit et elanguit terra eorum. Quid non per libanum debet intelligi nisi templum quod erat in ierusalem. Unde per zachariam dictum est. Aperi libane portas tuas. et comedat ignis cedros tuas. Libanus ergo confusus est et obsorduit. quia templum iudeorum ab alienigenis contaminatum est. et exhonoratum: immo destructum est. Saron non prouincia est inter ioppen et lyddam. que per romanos facta est sicut desertum. Basan quoque trans iordanem concussa est per eos. et carmelus in possessione iuda. Quia non iudei christum necem saluatoris licet omnia passurum erat. ipse enim morte sua mortem destructurus erat. moxque resurrecturus. et in celum iam regnaturus. ut aperte sequitur. // Nunc consurgam dicit dominus nunc exaltabor et nunc sublimabor. Nunc consurgam a mortuis. nunc exaltabor in celo nunc sublimabor in regno. Et quia contra predicatores resurrectionis eius principes iudeorum igne liuoris erant inflammandi recte subiungitur. Concipietis ardorem. parietis stipulam. Spiritus uester ut ignis uorabit uos. Concipietis ardorem inuidie contra apostolos. quia principes sacerdotum et pharisei ac seniores. parietis stipulam id est opus flammis ultricibus dignum. Stipula enim opus est quod iudex iudicii comburet. Sicut apostolus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. quod est christus ihesus. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc aurum et argentum. lapides preciosos. ligna. fenum. stipulam. uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit. quia in igne reuelabitur. et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificauit. mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Parietis ergo inquit stipulam id est opus quod in die illa cremabitur

Spiritus vester ut ignis vorabit
vos. quia sicut nunc nascebi-
mini ardore malitie vestre, sic
postmodum nascituri estis
fortis igne gehenne. Vel quia
et subiecti contemnentes dei erat
hoc igne liuoris qui prius
in corde proposuerat crescit. Sequitur
Et erunt populi quasi de incendio cinis
Omnes enim combusti sunt igne
malitie qui legis zelo persecu-
ti sunt apostolos predicatores gratie. Et
quia sunt in ierusalem obsidentibus
romanis cremati penitus. Unde
subditur Spine congregate
igni comburentur. Spine enim
sunt de quibus in libro re-
gum david loquitur. Preuari-
catores autem quasi spine euel-
lentur uniuersi. que non tolluntur
manibus. Et si quis eas
tangere voluerit. armabitur ferro
et ligno lanceato. igni que succ-
ense comburentur usque ad ni-
chilum. Quid autem sit ignis
docet apud ezechielem dominus
qui ait de ducibus ad ierusalem. Ecce
ego succendam in te ignem. et
comburam in te omne lignum
viride. et omne lignum aridum
sic exposuit quod dixerat
Ecce ego ad te. et eiciam
gladium meum de vagina
sua. et occidam in te iustum
et impium. Spine quoque sunt pre-
varicatores iudei. ignis vero
gladius dei est. Spine itaque
congregate igni combuste sunt
quia iudei qui in ierusalem ad
solempnitatem pasche confluxe-
runt gladio celestis vindicte
perierunt post quorum excidium
dominus sequitur. // Au-
dite qui longe estis que
fecerim dicit dominus cogno-

scite vicini fortitudinem meam.
Contriti sunt in syon peccatores
possedit tremor ypocritas. Vos
inquit qui longe estis ab
ierusalem id est ipse vniuersos mundi au-
dite que fecerim iudeis infi-
delibus. et vos vicini id est mo-
abite et palestini. ceterique de
proximo gentes cognoscite for-
titudinem meam qua debella-
vi eas. Nam contriti sunt in
syon id est in monte templi pecca-
tores. qui si non venissem et
locutus eis non fuissem peccatum
non haberent. et capta ierusalem
possedit ibi tremor ypocritas
phariseos et scribas qui de do-
mino fraudis consulebat auxi-
lio. Vel hec et aliter intelligi pos-
sunt. dicit enim. dissipate sunt
vie. cessavit transiens per semi-
tam. et cetera. Quid per vias
nisi actiones appellat. Semi-
tam non hic accipimus. de qua
dominus ait. Arta est via que
ducit ad vitam. et pauci sunt
qui inveniunt eam. Appropinquan-
te igitur seculi fine. dissipantur vie
id est actiones hominum qui regu-
lam iustitie non servant. Ces-
savit transiens per semitam. quia deest
adesse iam qui per anguste con-
versationis viam. penitus ince-
dens iter pergat. Sed omnes lata
seculi viam incedere satagunt
Et hoc irritum factum est pactum
id est promissio regni celorum. Insisten-
tibus enim promittitur corona.
Sed consummantibus dei. Huius ideo
qui non perseverat. irritum fit pac-
tum promissionis huius. Ecce pro-
iecit dominus civitates id est multi-
tudines eorum. qui lata itinera
perditionis sequuntur. nec reputa-
vit homines. quia non esset sic

estimauit eos vel eos non
reputauit esse homines qui
suo uicio iuncti de uolunt
karitatemque enim caritatem non habet
nichil est apud deum sicut
ait apostolus. Si habuero prophe-
tiam et nouerim omnia my-
steria et omnem scientiam et si ha-
buero omnem fidem ita ut
montes transferam caritatem
autem non habeam nichil sum.
Quos uero propter iniquitatis ha-
bundanciam luget terra id est ecclesia
et merore animi languent.
Libanus autem dealbatus siue
candidatus dicitur. Et quid per li-
banum nisi dealbata conuersacio
signatur et ypocrisis. Unde tunc de
talium paulus ait percuciet te
dominus paries dealbate con-
fusus ergo libanus et obsor-
duit quia plerique dealbato
corum qui religiosam foris con-
uersacionem non religiosa cordis
merore custodiunt de mani-
festa perpetracione iniquitatis
confusione obprobrii sustinent
et euidentibus peccatorum maculis
in fine sordescunt. Saron uero prin-
cipes meroris uel cantans est
sticia interpretatur. Et quid per sa-
ronem nisi quilibet religio-
sus designatur qui merori de-
ditus columbino more peccatum
gemitu habeat. Factus ergo
est saron sicut desertum quia
iam nimis excrescente mali-
cia sicut quisque melius fuerit
et infrequentatus et derelictus
quia nichil gloriam respuit et
fletibus gaudet. Basan autem
pinguedo dicitur. Carmelus uero
mollis. Et pinguedinem hic acci-
pimus de qua propheta dicit. Sicut
adipe et pinguedine repleatur

anima mea. Mollis autem erat
animus sancti iob cum diceret. Deus mol-
liuit cor meum et omnipotens
conturbauit me. Basan igitur
pinguedo gracie spiritualis intelligitur.
Carmelus uero mens ad cari-
tatem et pietate mollis dici-
tur. Aut et carmelus cognitio
circumcisionis et ille circumcisione
bene nouit qui corde et opere
et lingua circumcisus est. Concus-
sa est autem basan et carmelus
quia etiam mens istorum in il-
la temptacione nouissima
concutitur. Surgent enim pseu-
do prophete et pseudo christi et dabunt
signa magna et prodigia ita
ut in errorem inducantur si fieri
potest etiam electi. Et quia post
tribulacionem dierum illorum uidebunt
filium hominis uenientem in nu-
bibus celi cum uirtute multa
et maiestate terre subiugetur. Et
Nunc consurgam dicit dominus nunc
exaltabor et nunc sublimabor.
Nunc exsurgam de nimia paci-
encia mea qui huc usque ue-
lud iacui dum contempnerer
et conculcarer nec me uindi-
carem. Nunc exsurgam sicut scriptum
est. Exurge deus iudica causam
meam: memor esto improperiorum
tuorum. Nunc exaltabor quia ex-
altabitur dominus solus in die illa.
Et quia tunc plangent se omnes
tribus terre. Concipietis inquit ar-
dorem doloris mei. Parietis
stipulam in animum illorum di-
centes. Lassati sumus in uia in-
iquitatis et perdicionis et am-
bulauimus uias difficiles. Uiam
autem domini ignorauimus. Quid
nobis profuit superbia aut quid
diuiciarum iactancia contulit
nobis. Transierunt omnia illa
illa tanquam umbra. Tertia

eis dictum sunt in inferno. hii
qui peccaverunt. quorum spes impii
tamquam lanugo est. que a ven
to tollitur. Conspicietis inquit
ardore fere penitudinis iudic
illa. et parietis stipulam urbem
plantatus manus. Spiritus ves
ut ignis vorabit vos. quia
tunc omnis ante oculos culpa
reducetur. et mens super gehenne
incendia suo gravius igne cruci
abitur. Et erunt populi quibus
quasi de incendio cinis. Sicut per
malachiam dicitur electis. Egre
diemini et salietis sicut vituli de
armento. et calcabitis impios
cum fuerint cinis sub planta
pedum vestrorum. Tunc eciam principes
et peccatores comburentur igni in
extinguibili. Et comburentur
congregate quia congregabuntur
in congregatione omnis fastus
in lacum inferni. ita de reprobis dic
tis dampnacione eos qui ad
finem veniunt deterrere ab iniquita
te volens subiungit. Audite
qui longe estis et cetera. Vos
qui longe estis a iusticia. au
dite que fecerim et que facturus
sum reprobis in die illa. Et vos
iusti qui pro vite meritis vicini
estis michi. cognoscite fortitu
dinem meam in eos. Conterriti sunt
enim et conterret in syon et iniqui
peccatores. qui deo presumebat
quod dictum est qui crediderit et bapti
zatus fuerit salvus erit. Sed
contere tunc audierint. Disce
dite a me maledicti in ignem
eternum. Esurivi enim et non dedi
stis michi comedere. [illegible]
et tunc possedit tremor hypo
critas. quia qui nunc destitu
to gloriantur in oculis hominum. tunc
confundentur. cum apparuit
in die iudicii eorum opera cum reprobi
tunc omnes mittendi sunt.

in caminum ignis. qui non
extinguetur. Recte adhuc subditur
Ad terrorem iniquitatum. Quis
poterit habitare de vobis
cum igne devorante. Quis
habitabit ex vobis cum ar
doribus sempiternis. Tanta
enim est gehennalium flammarum
asperitas. ut tolerari neque
at. et tamen impii sine fine
cruciabuntur in ea. Cum autem
deinde quoque qui in inferno ha
bitaturus est dixisset. Quis ha
bitabit ex vobis cum ardori
bus sempiternis. mox econtra
subicit. de quolibet regno
celorum habitatore futuro. Qui
ambulat in iusticiis et loquitur
veritatem. qui proicit avariciam
ex calumpniam et excutit ma
nus suas ab omni munere. qui
obdurat aures suas ne au
diat sanguinem et claudit oculos
suos ne videat malum. iste in
excelsis habitabit. munimenta
saxorum sublimitas eius. pa
nis ei datus est. aque eius
fideles sunt. Regem in decore suo
videbunt oculi eius. cernent terram
de longe. Cor tuum meditabitur
timorem. In iusticiis vero am
bulat. qui vitam suam rigoris
actionibus ducit. Qui veritate
loquitur si quod novit sine dolo
simpliciter profert. Et avari
ciam ex calumpnia proicit. sicut
recusant aliis per calumpniam
auferre quod acquirunt. Tres vero
sunt acceptiones munerum. a
corde. ab ore. a manu. Munus
namque a corde est captata gratia
a cogitatione. munus ab ore est
gratia per favorem. munus e manu
est premium per dacionem. Sed iustus
quisque manus suas excutit
ab omni munere. quia in eo quod
recte agit. nec ab humano
corde inanem gloriam. nec ab ore
laudem. nec a manu recipere.

dicione quid. Quid aut e ob
durare aures suas ne audiat
sanguinem nisi petus suadentibz
que detrane & sanguine nascunt
no pbere consensum. Et quid
est ne malum videat nisi oculos
claudere nisi omne qd rectitudini
adversum e no approbare. Hz hmo
scientia conversatione dentis
mox ad quintos contemplationis
gradus ascendat. pfecto ostendit
propheta qui subiungit in excelsis
habitabit et cetera. Iste in ex
celsis habitabit quia quamvis
cum carne miserioribus re
tineat. mentem iam in subli
mioribus fixit. Munimenta
saxorum sublimitas eius. quia
dum abiecta desideria terrena
conversationis caveat. ad superna
patrum precedentium patrum ex
empla se sublevat. et quia
per contemplationis donum gratia
spirituali pascitur. panis ei datus
est. i. refectionem spiritualis gratie
percipit. quia sic ab omnibus infi
mis celestia spectando suspendit
Intellectus namque habitare
est cor intelestibus ponere et
munimenta saxorum sublimitas
tua e: cum fortium patrum
precepta et exempla aspicimus
atque ab infima cogitatione
separamur munimenta saxorum sub
limitas tua est. tu mente ratio
nis castrisque celestibus iungimur
et insidiatores malignos spiritus
stantes in acie cordis. quasi
subter positos expugnamus
Tunc nobis etiam panis datur
qui insuperius erecta in recto
centitatis contemplatione reficitur
Aque eius integre fideles sunt.
qd doctrina dei hic pfectorum p
mittitur hic in munere exhibet
Sapientia aut huius mundi e

fidelis est. quia mansura
post mortem no est. Sed aque
eius fideles sunt. quia illam
te qd ante mortem insinuant
hac etiam post mortem demonstrat
Regem in decore suo oculi eius
conspicient. quia redemptor
in iudicio. et a reprobis homo
videbitur. Sed ad divinitatis
eius intuendam celsitudinem
soli qui electi sunt sublevan
tur. cum quadam foeditate reprobis
videre est. solam sensibile formam
insigna ab iniquis despectus
est terre. Hz ab electis videtur
re suo rex cernitur. quia ultra
semetipsos rapti in ipso claritatis deitatis
tis fulgore oculos cordis figunt
terram quamdiu in hac vita sunt
quia illam invictam patriam
sicut est videre no possunt
recte subiungitur. Cernent terram de
longe. Humana ante mens
quo altius elevata eque sunt
eterna considerat. eo de factis qua
libus gravius tremefacta for
midat. quia tanto se reum inve
nerit. quanto se ab ipso lumine
discrepasse qd desuper intimatur
conspicit. Fit qz sit. ut illumi
nata plus qz metuat. quia
magis aspicit cui tenetur regula
qd quanta discordat. Dicta namque
adiuncta regula tua rectitudo
si districtum iudicium invenit
multis tortitudinum suarum simib;
inventuria rectitudine impingit
Unde nunc ad eum de quo loquebar
sa locucione subiungit. Prophetan
tar tuum meditabitur timorem
si quis vero quondam ita vivere
voluisset. impediebat plurimum
sunt carnali doctrina videtur il
lunt nam loquiis gentilium
Nunc aut utraque sunt eva
cuata. Multosque iam ad initatib

mnerunt iustus Nam sequitur
Ubi est litteratus ubi legis uba
ponderans ubi doctor paruulorum
populum imprudentem non uide
bis populum alti sermonis ita
ut non possis intelligere diserti
tudine lingue eius in quo nulla
est sapientia. Litteratus enim phari
seus erat quia solam littere
superficiem sectabatur. Et ipse non sensu
sed uba legis uelud inteniti
na ponderabat ostendens que
essent grauiora et doctor erat
paruulorum quia docebat plebe
iudeorum qui latte semper indi
gent ut paruuli. populus uero
imprudens gentilis est qui uerba
ignorabat presentia eorum erat
alti a presumendi sermonis ita ut
simplicitatis fidelium uix intel
ligi posset disertudine a facun
dia lingue eius sed tamen in eo
nulla erat sapientia quia diserte
nimis et polite uba proferebat
sed nullum in eisdem ubis sensum
habebat. Sicut enim doctrina
celestis non uba sed sensum atte
dit. sic doctrina seculi non in sensu
sed in compositione uborum et in elo
quentie iactantia gloriatur. Et iam
doctores huiusmodi tu sinus doc
trinis enarrauit ut euangelica predi
catio maneat. quemadmodum et
apostolus ait. Ubi sapiens. ubi scriba.
Ubi conquisitor huius seculi. Nonne
stultam fecit deus sapientiam
huius mundi Nam quia in dei
sapientia non cognouit mundus per sa
pientiam deum. placuit deo per stul
titiam predicationis saluos facere
credentes. Deficientibus ergo inani
bus doctrinarum predicatoribus et ecclesia
surgente ipsa subiungit Respi
ce syon ciuitatem solempnitatis
nostre. Oculi tui uidebunt ierusalem
habitacionem opulentam. thabna

culum quod nequaquam transferri poterit
nec auferetur clauus eius in sem
piternum et omnes funiculi eius
non rumpentur. quia solummodo
ibi magnificus dominus noster. Sy
on quippe uel ierusalem ecclesia est
que est solempnitatis nostre ciui
tas est. quia ibi laudes cre
atoris decantamus. Neque
enim extra ecclesiam laudare quis
deum bene ualet. quia scriptum
est. Quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena. Unde sequitur
Te decet ympnus deus in syon
et tibi reddetur uotum in ierusalem.
Et ipsa est habitacio opulenta quia
ibi sunt diuitie salutis sapientia
et sciencia et timor domini the
saurus eius. quibus ditat
habitatores in bis huius. Et
ita dicendum oculi tui uidebunt
uisione eterne patris. et ciui
tas inspiratas. quas oculus
non uidit nec auris audiuit
nec cor hominis excogitauit.
Sed et thabnaculum erit notandum.
quia impregnacionis huius
itineris. Id hospitium uel habita
culum est. Quod uidelicet thabna
culum transferri nequaquam pot-
erit ecclesia mea. quod credidit per
manet. Nec auferetur clauus eius
in sempiternum: quia uerba predica
tionis eius non tollentur. sicut
iohannes ait. Uos quod audistis
ab initio. maneat in uobis.
et in eius apostolis. dicitur euangelium
eternum. Et omnes funiculi eius
non rumpentur. quia precepta eius
numquam destruentur. Antiquum
enim thabernaculum sepe transla
tum est ut de solitudine in
sylo in nobe et inde in ierusalem
quia synagoga quibusdam
semper erant persecutionibus permo
uenda. donec ueniret in certum

Tabernaculum non nouit. nequaquam
transferetur. quia iam non est iam
ultra religio in qua ab ista qua
tenet ecclesia promoueatur. Dicite
domino. Tantum quod habetis
tenete donec veniam. Quod autem
clauorum nomine verba eius sig-
nentur ostendit salomon dicens
Verba sapientum quasi stimuli et
quasi claui in altum defixi. et
subtilitas spiritualium eius prop-
ter eos exprimitur appellatione fu-
niculorum quibus ieremias extra-
hi legitur funiculis de lacu. Signi-
ficat enim peccatorem qui de pro-
fundo iniquitatum educitur per
obseruantiam spiritualium mandatorum.
Claui itaque verba sunt et funi-
culi precepta. Et sicut taberna-
culum clauis firmatur et fu-
nibus extenditur. sic ecclesia
validis scripture sacre dictis ro-
boratur. et preceptis macionis di-
latatur. quorum videlicet claui et
funiculi nunquam auferentur neque
rumpentur. Sicut ablati et rupti
sunt claui et funiculi veteris
testamenti tabernaculi. Ablata
sunt enim verba que de futuro di-
cebant. Ecce virgo concipiet
et pariet filium. et dicitur. quia post-
quam venit plenitudo temporis
misit deus filium suum factum ex
muliere .i. ex femina. Et rupta
sunt precepta de oblationibus
victimarum. et octo sabbatorum. et ce-
teris obseruationibus huiusmodi.
Verba autem noue predicationis
ecclesie et mandata eius nunquam
mutabuntur aut destruentur. quia
solummodo ibi magnificus dominus
noster. Nichil enim magnum agit deus
noster apud infideles. quantacumque
eis beneficia temporalia operetur.
Sed in ecclesia tantummodo magna o-
peratur. quia remissionem peccatorum

et eternam stabilitatis largitur suis
et adventum eos sempiternam
perducit. vel superna ierusalem eternum
dei tabernaculum est. ubi ipse per-
henniter habitat. Unde nequaquam
dicitur tabernaculum transferri poterit
quia nequaquam ultra mutabit
locum. Sed perpetualiter manebit
in illo beatitudinis regno. Prop-
terea et subditur methaforice. quod
claui eius non auferentur in sem-
piternum. neque funiculi eius rum-
pentur. ut stabili firmitate in uno
loco sine fine manere monstretur.
Quia solummodo ibi magnificus
dominus. quem vident et intuentibus
se gaudia prestat eterna. Sequitur
locus fluviorum rivi latissimi
et patentes. Ecclesia est locus flu-
viorum. quia propheticis et apostolicis
fluminibus exuberat. et sunt
in ea rivi expositionum latissi-
mi. Scripta enim dicta expositio-
rum faciunt nobis esse conspi-
cuas sententias antiquorum pa-
trum. et quod patres breviter dixe-
runt. isti latius exponentes
patefaciunt. Ysaias ergo pla-
na sacre ecclesie expositionis verba
conspiciens. et non allegoriarum
tenebris obscura ait. Locus
fluviorum rivi latissimi et pa-
tentes. Testamenti enim veteris
dicta quasi angusti et clausi ri-
vi fuerant. qui universas sa-
cre sue sententias collectione
obscurissima constringebat. at
contra doctrina sacre ecclesie rivi pa-
tentes sunt. quia eius dicta
et invenientibus multa sunt
et querentibus plana. Non transi-
bit per eum navis remigum.
neque trieris magna transgredie-
tur eum. Dominus enim iudex noster. dominus
legifer noster. dominus rex noster ipse
salvabit nos. Non transibit per eum

navis remigii, i. predictum lo
cum fluminum. ¶ Quod non pera
vit remigii nisi mens de
signata reproborum. que primare
huius secta malignis spiritibus
velud remigibus ducitur
unde et insequentibus iste propheta
dicit chaldeos in navibus
suis gloriantes. quia necessa
rium demones in eorum cor
dibus gloriantur. quos ad volun
tate sua navis desideriis
peccati turbulentas amaritu
dines ducunt. ¶ Triens autem
et tremis i. navis tres remorum
ordines habens. ¶ Et quid per
terem magna nisi predicta
mens iniquorum sive babylo
exprimitur. que tres habet ordi
nes remorum. quia in cogita
tione et verbo atque in actu
regitur a malignis spiritibus
non ergo transibit per eum na
vis remigii. neque triens mag
na transgredietur eum. quia
mens iniquorum ponere gressum
malitie sue non potent in
terra istorum. consuevit namque
per eum. si voluntate suam
expleverit in eo. sed non transibit
quia quod male desiderans fa
cere temptat non potest. Dominus
enim salvabit nos. i. custo
diet ne per nos iniquorum ma
licia transeat. Dominus iudex noster
salvabit nos nunc. quem in fine
iudicaturum contra nos credimus et
legifer noster est. quia nova
lege per semetipsum dedit. Unus
est enim legislator et iudex qui
potest perdere et liberare sicut
ait iacobus. ¶ Et ipse rex noster qui
nunc nos regit. et in eternum in
nobis regnabit. Sit ergo
qui iudicaturus est nos et

norma nobis vivendi in
evangelio dedit. et nos invi
sibiliter regit. ipse nos inter
temptationum pericula salvat
ne victi pereamus. ¶ Vel etiam
iherusalem est locus fluminum. quia
ibi semper emanant flumina
spiritualium graciarum. scripture copio
sis fluentis sanctis mentibus et late
ac patenter per omnia diffunduntur
non transibit per eum navis
remigii. quia nullus impug
nator sive temptator inquie
tabit illos. dominus enim pacto
iudicio salvabit eos perpetua
liter ab omnibus malis. ¶ Sed
quia de reproborum mente quasi
de navi propheta loquebatur. et
de civitate iustorum velud de flu
mio que navis illa transire
non possit. ad hunc conatum na
vis huius in hunc fluvium osten
dit subiungens. laxati sunt fu
niculi tui. sed non prevalebunt
¶ Navium laxati sunt funiculi
tui. ut laxatis velorum funibus
fortius impellatur vento flatus
demonum ad impugnandam ecclesiam
sed non prevalebunt. quia porte
inferi non prevalebunt adversus
eam. ¶ Vel in non sunt funiculi
huius navis nisi peccata de quibus
dicitur. ¶ Ve qui trahitis iniquita
tem in funiculis vanitatis. hos
igitur funes laxat haec navis
ut fluvium transeat. quia mens
impiorum totas iniquitatis
sue remittit habenas. dum
ecclesiam impugnare nititur.
Sequitur. ¶ Sic erit malus tuus
ut dilatare signum non queas
i. velum expandere. ¶ Quid per
malum navis huius qui stat
in altum erectus nisi elatio
mentis iniquorum exprimitur.

Unde septimum est superbia cor-
qui te oderunt ascendit semper
hoc est malus in sublime
porrectus. Quid vero per signum
id est per velum quod in hoc malo sus-
pensum est nisi velamen
erroris designatur quod a belli-
tone superbie dependens to-
ciens iam iniquorum obnubi-
lat et flatibus temptatio-
num impellit. Sit ergo dis-
cerit malus tuus id est elatio
tua ut dilatare signum non
queas id est erroris velum por-
tem tecum expande. Error enim
arcabit ubique et destruet
et euuangelium predicato per univer-
sas nationes dilatabit. Unde
et sequitur. Tunc dividentur
spolia predarum multarum claudi
diripient rapinam nec di-
cet vicinus elangui. Spolia
namque predarum multarum homines
sunt qui tollunt antiquo
hosti sicut scriptum est. Cum
fortis armatus custodit a-
trium suum in pace sunt ea que
possidet. Si autem fortior illo
superveniens vicerit eum v-
niversa arma eius auferet
in quibus confidebat et spo-
lia eius distribuet. Custo-
diebat enim dyabolus hunc
mundum armatus velut atri-
um et nullo repugnante
possedit. Sed desuper veniens
nobis salvator vicit eum
et arma eius id est potestatem
nocendi abstulit ei atque spo-
lia eius id est homines quos
male possidebat distribuit in
ecclesia sua. Nam ipse dedit quos-
dam quidem apostolos quosdam
autem prophetas alios vero euuange-
listas alios autem pastores et
doctores. Tunc ergo divisa

sunt spolia predarum multarum
quando posuit deus in ecclesia pri-
mum apostolos secundo prophetas tertio
doctores. Deinde virtutes de-
inde gratias curationum opitu-
lationes gubernationes ge-
nera linguarum. Claudi vero sunt
quibus pedes amoris seculi e-
marcuit. Unde iacob qui an-
gelum tenuit uno pede clau-
dicavit quia qui vero amore
sublimia respicit iam in hoc
mundo duplici ambulare desi-
deriis nescit. Uno enim pede
innititur qui solo dei amore
roboratur et in solo dei amoris
pede tota virtute se sustinet
et in ipso stat quia pedem amo-
ris seculi quem ponere in terra con-
sueverat iam aridum suspensum
portat. Tales ergo claudi
rapinam diripiunt. Omnes eos
quos dyabolus possidebat
ad christum convertunt nec vici-
nus dicit elanguimini qui ad si-
milem rapinam exemplo
eorum libenter accedunt. Propterea
sequitur. Populus qui habitat
in ea auferetur ab eo iniquitas
populus fidelium qui sicut
operit in ecclesia perseverat re-
missionem suorum solus obtine-
bit peccatorum. Sequitur aliud capitulum.

Accedite gentes et au-
dite et populi attendi-
te. Audiat terra et
plenitudo eius orbis et omne
germen eius quia indignatio
domini super omnes gentes et
furor super omnem militiam
eorum. Omne de universali in-
dicio locuturus et dampnatione
malorum commonet omne genus
hominum simul ad audiendum quem

de omnibus reprobis est dictum. Accedite inquit huc animo gentes et intento corde que loquor audite. Audiat omnis terra generale iudicium et plenitudo eius i. omnes qui in ea sunt et totus orbis metuat et omne germen eius i. omnes qui in eo nascuntur. Et ita est quod iubet omnes audire quia indignatio domini super omnes gentes in die novissimo veniet et furor eius super omnem militiam eorum: quia si illi in ignem eternum ituri sunt qui esurienti non dederunt manducare quid passuri sunt raptores et homicide. Nunc quoque indignatio eius super omnes infideles est. Qui enim incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet super eum ut iohannes baptista loquitur. Nam in hoc seculo omnes ira dei nascimur omnes sicut apostolus ait Eramus natura filii ire sicut et ceteri. Sed per solam gratiam christi removetur a nobis ira dei. Bene ergo dicitur quia indignatio domini est super omnes gentes que non crediderunt. Sequitur. Interficiet eos et tradet eos in occisione. Hoc est quod ipse dominus ait: Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Sequitur. Interfecti eorum proicientur et de cadaveribus eorum ascendet fetor. Interfecti eorum proicientur a facie domini cum audierint. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Et de cadaveribus eorum ascendet fetor. Quia de corporibus fornicatorum fetor

intollerabilis exhibit. Sequitur. Et tabescent montes a sanguine eorum. Et tabescet omnis militia celorum. Quid hoc loco montes nisi seculi huius potestates accipimus qui pro terrena substantia altius tument. De quibus per prophetam dicitur: Tange montes et fumigabunt. Et quid per sanguinem nisi crudelitates peccatum. Unde quibusdam supradictum est: Manus vestre sanguine plene sunt i. actiones vestre crudelitate redundant. Tabescet ergo montes a sanguine eorum quia principes in tormentis eternaliter deficient pro crudelitate quam sub ipsis exercuerunt. Illis quibus peccant simplex pena redundabit. Quando quia a subiectis offensum fuit per ductum eorum. Militia vero celorum demones aeris intelligimus appellat de quibus paulus dicit: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem i. adversus homines sed adversus principatus et potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum i. iniquorum et infidelium hominum, contra spiritualia nequitie in celestibus. Celos autem non ethereos hic accipimus sed aereos. Unde et aves celi nominamus quas in aere volare videmus. Tabescet igitur omnis militia celorum quia omnes demones qui per hunc aerem vagantes cottidie pugnant contra nos, in die novissimo de volucre in infernum et ibi sine fine tabescent et deficient. Sequitur. Et complicabuntur sicut liber celi

et omnis militia eorum defluet
sicut defluit folium de vinea
et de ficu. Quoniam inebriatus est
in celo gladius meus; considerandum quod non dicit in articulos; sed complicati quasi liber
ut postquam omnia peccata aperta
fuerint et relicta complicentur
qui prius aperta fuerint et neque
quando ulterius scribantur in eis delicta militum. Vel sunt expansi sicut celi sicut liber, ut tot
tidie scribantur in eis nomina
bene viventium, unde dominus
electis discipulis ait. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis; Sed in die iudicii
complicabuntur sicut liber celi
ut iam nullius deinceps
nomine in eis scribatur; Et omnis
militia eorum defluet sicut
folium de ficu, quia sicut arboris folium postquam aruerit
et ceciderit nequaquam virescit et in arbore revertitur sed
in terra putrescit ita spiritus illi
de celestibus lapsi nequaquam
in pristinum statum redibunt et aut
penitentia revirescent, sed
in gehennalibus penis et
malis putrescent. Vel militia eorum defluet in statu foliorum quia stelle cadent de celo
Quoniam inebriatus est in iniquitate gladius in celo
meus ac si dicat, Tanta
iam feci superbos tunc perpendite si ipsos etiam quos in celo
non me condidi probationis iudicio prius non peperci. Vel in
celo id est in aere est inebriatus
fervendo potestates aeris; Ecce
super ydumeam descendet et
super populum interfectionis mee
ad iudicium, ydumea terrena
dicitur sive rubea descendet
ergo inquit gladius ultionis mee super ydumeam id est super
eam gentis humani partem que
terrena est et peccatorum sanguine
rubea, et super populum interfectionis
mee id est super omnem eorum quos
occisuro sum multitudinem ad
dapnationis iudicium. De quo
dicitur Qui vero mala egerunt
in resurrectionem iudicii. Sequitur
Gladius domini repletus est
sanguine incrassatus est
adipe de sanguine agnorum et
hircorum de sanguine medulla
torum arietum. Et multos occidisse gladius iste monstrat replecitus sanguine dicitur et incrassatus adipe, Quia vero agni arietes et hirci solebant ymmolari. illam grandem victimam
repleciorum omnium quia nunc ymolatur
de agnis arietibus et hircis. Sede
memoratur, unde per ieremiam
dicit: Deducam eos quasi agnos
ad victimam quasi arietes cum
edis Talibus ergo nominibus
appellantur qui occisioni morte
eterne sunt predestinati sicut hec
animalia ymmolationi aut
etiam per sanguinem intelliguntur peccatores quia scriptum est libera
me de sanguinibus; Et per adipe
superbia digne dicitur prodiit quasi
ex adipe iniquitas eorum; Quid
aut per agnos nisi qui mites
videntur et innocentes, sed non per
dentem tales se facere studuerunt designatur; Quid vero per hyrcos nisi
principes in seculo qui potentiam
secularem cornuti et per libidine
fetentes; Et quid per arietes nisi
peccatorum duces exprimuntur copia
divitiarum involuti sicut lana
Quid aut per medulla arietum
nisi superbia cordis eorum; Gladius
igitur domini repletus est sanguine
et incrassatus adipe quia magne

concutit luxuriam et superbiam
de sanguine agnorum .i. de peccato eorum
qui simplices videbantur et in
nocentes. sed non potes dicere
et hyrcorum .i. libidinosorum principum
et medullatorum arietum .i. super
borum ducum. Sequitur victima
enim domini in bosra et interfectio
magna in terra edom. victima
enim est illa qualis reproborum occi
sio. Bosra tribulatio dicitur.
edom vero terrenus. et quis
sit terrenus liquet. Nam primus
homo de terra terrenus. secundus homo
de celo celestis. qualis terrenus
tales et terreni. et qualis celestis
tales et celestes. Victima ergo
domini ymmolatur in bosra
qui peccatores occidunt in tribu
latione. et interfectio magna fit
in terra edom .i. in terra terreni. qui
omnes qui sunt ade similes per
manent. qui sicut portaverunt yma
ginem terreni. non portaverunt ymagi
nem celestis. Sequitur. Et descendent
unicornes cum eis. et thauri
cum potentibus. Cum eis quos
supra dicit. descendent unicornes
.i. cum agnis et hyrcis et arietibus
Quos autem unicornes appellat
nisi imperatores illos qui mo
narchyam totius mundi tenue
runt. ut alexander et cesar
augustus et antyochus. Quos
non thauros nisi ceteros reges
qui cornibus regni sui impe
tebant adversarios. Quos autem
potentes nisi reliquos seculi
principes. Descendunt igitur uni
cornes in infernum cum eis. quia
et summi imperatores cum ceteris
peccatoribus in baratrum dampna
tionis illius corruent. et thauri
cum potentibus. quia reges
cum suis optimatibus igno
miniose decident. Unde scriptu

est quod iudicium durissimum in
hiis qui presunt fiet. Exiguo
enim conceditur misericordia. potentes autem
potenter tormenta patientur. Sequitur.
Inebriabitur terra eorum sanguine
et humus eorum adipe pinguium.
Quid per terram vel humum eorum
nisi infernalis habitatio designatur
de qua scriptum est. Terram tene
brosam et opertam mortis ca
ligine. terram miserie et tene
brarum. et vere iste locus eius
qui ignoravit deum. Quomodo
ergo inebriabitur hec terra eorum
sanguine et adipe cum iam eorum
corpora post resurrectionem inmor
talia et incorruptibilia sint.
quamvis sensum doloris et te
habentia. nec sit necesse ut
qui nunc pingues sunt. cum ea
dem pinguedine resurgant.
Sanguinem igitur et adipem aliter
oportet intelligi. Nam et alibi
scriptum est cruentique fuderunt hu
manum sanguinem. fundetur sanguis
illius. que sententia secundum
litteram stare non potest. Multi
enim effuderunt humanum sanguinem
quorum sanguis in hac vita effusus
non est. et ridiculosum vi
debitur ut in resurrectione mortuorum
dicat. quis fundi sanguinem
eorum. Sanguis igitur hominis vitale
quo vegetatur et sustentatur et vivit
debet intelligi. Eo qui effu
derit sine scandalo sine pusta
te doctrine. in die iudicii fundetur
eorum. cum terra id quod habebat
vitale congestum amittetur. ut per
petualiter moriatur. Constat quod
anima carnis ut moyses ait
in sanguine est. per effusionem san
guinis designatur amissio vite
.i. mors illa reproborum vita etiam.
Adeps vero interioris hominis
superbia cordis est que merito

hebetat et grauat Unde scriptum
est in ecclesiastico cor prauum grauabitur
Nam sicut pinguedo corporis ex
ubertate habundancia generari
solet. sic superbia cordis ex copia
diuiciarum. Quid ergo per adipem
pinguium nisi superbia diuitum
figuratur. Solet autem ignis calore
adeps liquescere. ignemque acrius
accendere iniectus et pascere. Et
quid per adipem igne solutum
debet intelligi nisi superbia
reproborum in incendiis gehennali-
bus sine fine tabescens et ar-
dens. Inebriabitur itaque terra
eorum sanguine. et humus eorum adi-
pe pinguium. quia terra eius
in immoderate replebitur corporum mor-
te. que per emissionem sanguinis
intelligitur et combustione que
liquefacto adipe indicatur.
Sequitur. quia dies ultionis
domini. annus retribucionis iudi-
cii syon. Tunc erit dies ulcio-
nis domini. quia de suis hostibus
sumet. Et tunc erit annus quo
syon id est ecclesia pietate iudicii accep-
ta pro certaminibus suis reddet.
quod meretur. Tunc enim stabunt
iusti in magna constancia ad-
uersus eos qui se angustia-
uerunt. Unde et in apocalipsi dicitur
eis de iniqua babilone. In
poculo quo miscuit uobis
miscete illi duplum. Dies
autem et annus. uel tempus
iudicii designat. uel spacium
illud interminabile. quod erit post
finem seculi Sequitur. Et conuertentur
torrentes eius in picem et hu-
mus eius in sulphurem. et erit
terra eius in picem ardentem
nocte et die. non extinguetur
in sempiternum. Ascendet fumus
eius a generacione in generacionem
desolabitur. in secula seculorum. Nec
transiet qui inebriabitur terra

eorum sanguine id est infernus. Et ut
de eadem terra loquitur plenius sub-
iungit. Et conuertentur torrentes
eius in picem. Refert autem in dya-
logis beatus Gregorius flumina
in locis penalibus a quodam
qui hinc reuersus est. uisum fuis-
se in quo multi cruciabantur.
et ex eo nebula fetoris exsurge-
bat. Et et ceteri patres orthodoxi
sepe scripserunt similia. Credendum
ergo credibile est in inferno esse
in quibus anime dampnatorum de-
coquuntur. quos uidelicet torrentes
conuertentur in picem. quia sicut
cernitur pix feruens ut quicquid
tetigerit inhereant et teneant
et humus eius conuertetur in sulphurem
quia simul ardebit. et fetorem
grauissimum exalabit. Et erit
terra eius in picem ardentem. quia
sicut pix ardebit ibi terra. Et quod
non per diem et noctem designatur
ubi nox est perpetua nisi penarum
mutabilitatis. Semper enim per
uaria miseri tormenta discurrent.
Terra enim erit in picem ardentem
nocte et die. quia in omnibus
penarum uarietatibus terra sic-
ut pix ardebit. nec extinguetur in
sempiternum. Sed eternaliter ardens
cruciabit impios. ut numquam
in ullis seculis careant suppliciis.
qui in hac uita numquam nolu-
erunt carere peccato. Uel in die
cruciabuntur et nocte. qui cogita-
bunt in inferno de gloria sanctorum.
et in nocte dum considerant
se in immanitate dampnacionis
sue. Sed et fumus ardentis a-
scendet fumus a generacione in genera-
cionem. quia et in tempore generacionis
iudeorum hebreorum fidelium que
precessit aduentum saluatoris
et in tempore generacionis christianorum
que sequitur. fumus hominum in-
cendii pro qualitate et peccato indicio

desolabitur in secula seculorum eos quos tenuerit. quia omne remedium eis auferet. Sequitur Non erit transiens per eam. Quia non erit quisque iustorum qui visitet eos, et possidebunt illam onocrotalus et hericius. et ibis et corvus habitabunt in ea. Onocrotalus est avis que sic vocatur eo quod in modum cymbali sonum in aqua faciat rostro, crotalon enim grece cymbalum dicitur. [illegible] scientia scripture sacre pagina potest accipi quod per onocrotalum nisi predicatores illi designantur qui caritate non habentes facti sunt sicut es sonans aut cymbalum tinniens. Hericius autem est animal spinis ac setibus undique obsitum. Et venenatus quidquid tetigerit. Et quid per eum figuratur nisi peccatorum quisque punctionibus viciorum circumdatus. qui mala responsione cor eius vulnerat. quemcumque eum tangere cupiendo temptat. Ibis vero id est ciconia avis est lenta et super aquas habitans sed in eas minime natans. Et quid per ibicem nisi illi signantur qui scripturas sequuntur. audiunt sed lenti sunt ad faciendum nec in eas intelligentia natant, quia nec attingunt illam. Corvus autem nigredine peccati vel infidelium designatur. Isti ergo possidebunt terram illam. que sicut pix ardebit et habitabunt in ea quia est sequens mansio propria que parata est illis ab origine mundi aut certe de magna illa Babilone licet nomen eius taceatur intelligamus. Secundum vero

Hinc enim possident illam onocrotalus et hericius et ibis et corvus habitabunt in ea. quia hii qui talibus appellantur nominibus meruerunt per iniquae conversationis studia cives eius fieri. Sequitur Et extendetur super eos mensura ut redigatur ad nichilum et perpendiculum in desolationem. Super terram ardentem extendetur mensura ut redigatur ad nichilum, quia peccatores eternaliter ibi deficient secundum mensuram qua deus eorum penas iusto disponet iudicio, et perpendiculum in desolationem id est in demolitionem. quia dampnati ibi dissipabuntur et disperdentur suppliciis iusto arbitrio iusticie summi opificis. Perpendiculum enim [illegible] quo cementarii materiam ad rectitudinem deducunt, vel [illegible] convincit et solatio aut non adesolor. desolare dicitur hic sed a desolo desolas quod significat dissipacionem. Vel super Babilonem extendetur mensura ut redigatur ad nichilum et perpendiculum in desolationem. quia destruetur iuxta modum iuste dispositionis dei. et exterminabitur secundum regulam iudicii eius. Sequitur Nobiles eius non erunt ibi regem potius invocabunt, nobiles eius sunt electi qui inter reprobos nascuntur in hoc seculo vel conversantur qui non erunt ibi id est in illa dampnatione perpetua. sed dominum advenientem invocabunt regem Christum et salvabit eos. Sequitur Et omnes principes eius erunt in nichilum. quia nil eis valebit potestas eorum vel sapientia vel fortitudo. Et ante diem illius dampnationis quid interim in hac Babilone fiat audiamus. Sequitur

Principes eius sunt potentes seculi et sapientes [illegible] erunt in nichilum

et orientur in domibus eius spine et urtice et paliurus in munitionibus eius. Quid per parietes nisi cogitationum prurigines? quid uero per spinas nisi punctiones uiciorum accipimus. In domibus ergo babylonis urtice spine pullulant, quia in confusis iniquorum mentibus et desideria cogitationum surgunt que exasperent et opera peccata que pungant. Sed hec agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Unde et additur: Et paliurus in munitionibus eius. Paliurus quippe tanta spinarum undatione densescit ut pre asperitate uix tangi possit. Tales nimirum tles sunt prauorum homines qui duris peccatorum calcaneis cruciati nequaquam corrigere tangi patiuntur. Intus urtica et spina nascitur et foris in munitione paliurus, quia minores nimirum mala quelibet faciunt Sed ea nequissimi maiores tuentur. Sequitur: Et erit cubile draconum et pascua struccionum et occurrent demonia onocentauris. Et pilosus clamabit alter ad alterum. Quid per dracones nisi malicia? Quid uero struccionum nomine nisi ypocrisis designatur? Struccio quippe speciem uolandi habet, sed usum uolandi non habet, quia et ypocrisis cunctis intuentibus ymaginem de se sanctitatis insinuat Sed tenere uitam sanctitatis negligit. Impulsa igitur mente draco cubat et struccio pascitur, quia et latens malicia callide tegitur et intuentium oculis simulacionis bonitatis antefertur. Quid autem onocentaurorum nomine nisi et lubrica significatur et elati.

Grecorum quippe eloquio onos asinus dicitur. Et appellatione asini luxuriantes designantur propheta attestante qui ait: Ut carnes asinorum carnes eorum. Centaurus autem uocabulo ceruix superbie demonstratur, sicut hoc dominica de iudeis superbientibus psalmistam dicit: Tauri pingues obsederunt me. Onocentauri sunt igitur qui subiecti luxurie uiciis inde ceruicem erigunt unde humiliari debuerant. Qui cum carnis sue uoluptatibus seruientes expulsa longe uerecundia non solum se amittere rectitudine non dolent Sed adhuc etiam de ipsa confusionis gaudent. Onocentauris ergo demonia occurrunt, quia maligni spiritus ualde aduocatum discernunt quos de eis gaudere conspiciunt. Que fiere debuerint. Ubi apte subiungitur: Et pilosus clamabit alter ad alterum. Quem namque alii pilosi appellatione figurant nisi hii quos greci panas latini incubos uocant. Quorum nimirum forma ab humana effigie incipit sed bestiali extremitate terminatur. Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati asperitas designatur, quod et si quando ab obtentu rationis incipit semper tamen ad irrationabiles motus tendit, et quasi homo in bestia desinit. Dum culpa per rationis ymaginem inchoat usque ad irrationabiles effectus trahitur. Nam sepe edendi delectatio seruit gule, et seruire se simulat necessitati nature Dumque uentrem in ingluuies extenderit, membra in luxuriam erigit. Pilosus ergo alter ad alterum clamat. Cum

38

perpetrata nequitia ad perpetrandam nequitiam provocat. Et quia quadam cogitationis nocte commissa iam culpa culpam adhuc que committatur invitat. Per prophetam alter ad alterum clamat. Qui sub aliqua ratiocinandi specie perversam mentem culpam subsequens excusatione culpe precedentis illaqueat. Quamque hanc perpetrati dura alterius aspera deprimit. Quasi commodatam mera concordat prophetam dicentem. Sequitur. Ibi cubavit lamia et invenit sibi requiem. Ibi habuit foveam ericius et enutrivit catulos et circumfodit et fovit in umbra eius. Per lamiam ypocrite designantur. Per ericium vero malitiosi quique qui diversis se defensionibus contegunt. Lamia enim humana facie habere dicitur sed corpus bestiale. Sic et omnes ypocrite in prima facie quod ostendunt quasi ratione sanctitatis est. sed corpus bestiale sequitur. quia valde iniqua sunt que sub boni specie moliuntur. Ibi ergo cubavit lamia et invenit sibi requiem quia inter mundi amatores multa ypocritis factio. Ericii autem nomine malitiosarum mentium defensio designatur. Ericius enim cum tum a- ericius prehenditur. eius et caput et pedes et corpus omne conspicitur. Sed mox ut apprehensus fuerit semetipsum in speram colligit. pedes introrsus subtrahit. caput abscondit. et inter tenentis manus totum simul amittit. quod totum simul ante videbat. Sic nimirum sic malitiose mentes sunt. cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim ericii cernitur. quia quo initio peccator ad culpam accesserit videtur. Pedes ericii

medio. Affigens illud cruci ex
polians principatus et potestates.
traduxit confidenter palam triumphans
illos in semetipso. Vel si thalassar
diceremus interpretari appendens
principem quis est qui appendit
principem nisi gentilis populus qui
impletis militibus christum appendit
in cruce. Gentiles namque sunt
milites qui crucifixerunt eum.
Thalassar itaque vel dyabolum
vel gentilem populum non incongrue
designat. Quos ergo nominat fi
lios eden .i. filios voluptatis
et deliciarum qui erant in thalassar
nisi eos qui voluptatibus et deliciis
carnalis affluebant in gentilibus
sed et istos eruerunt dii sui .i.
voluptates quibus seruiebant
quia subiecti sunt ab heresiarchis

vel ab assyriorum regibus hoc est
in eorum sectas inducti. Vel ita po
ssunt hec intelligi. Audisti omnia
que fecerunt reges assyriorum
.i. maligni spiritus omnibus terris
.i. omnibus gentibus. quas in
tempore mortis subuerterunt.
et tu poteris in hora mortis
ab eis liberari. Hac si dicat he
zechias. Sicut audisti gentes om
nes cum decoribus eorum
ab immundis spiritibus ad tormen
ta rapi. sic et tu in hora tua
eorum rapieris. quia sectam
eorum sequi contempnis. Sub
iungens namque autem numquid
eruerunt eos dii gentium. quos
subuerterunt patres mei .i. quos
demones in tartara dimiserunt.
nequaquam non. sed operibus eo
sunt heretici demones esse
suos patres. Unde eis quod agere de
clarat se filium esse in quiritum
spiritum. quos semper imitatur. Ut
ergo. Numquid eruerunt eos dii
gentium. quos in egressione eorum
a corporibus subuerterunt .i. rapi
tauerunt in morte patres mei
videlicet demones. Et qui sunt
dii qui non liberauerunt eos. for
titudo eorum spiritualis qua maxi
ma sese putabant habere. tot
nitorum mollities et decor reli
giose conuersationis quia vide
bantur. Unde et tunc recte ac to
nis hec omnia plerique gentiles
habere nisi sunt. qui christum ig
norauerunt. Sed per hec eum non po
potuerunt quia omne quod non
est ex fide peccatum est. Et longe a
peccatoribus salus. Sed et filios
eden non liberauerunt dii sui quia
eos qui tam religiose conuersari
videbantur. ut quasi paradisus
voluptatis et ortus deliciarum
esse putarentur ornati virtutibus
qui erat in thalassar .i. in seculo

gencium qui interne appendit
principem vite ihesum. Nemo enim
sine xpo saluari potuit. Quod
non est malo aliquo saluo, sed
est inquit rex emath i. sensus
indignacionis quo peccantibus
indignabantur phi. Et rex
arphat i. sensus sanantis
quo sanare philosophus quasi
volebat eos qui peccati languore
tenebantur. Et rex vrbis se
farvaym i. sensus valide
munitionis litterarum. Ana i.
iniquitas commutatus est iste sensus
malicia seculi. Non est commuta
tus ab ea. sed ana i. iniquitas
quo sapiencia carnis inimi
ca est deo. Interpretatur enim ana in
quid commutatus est et ana i.
iniquitas. quo sensus sapie
tum seculi non est commutatus a
mundana nequicia sed est iniqui
tas. Sed omnes isti reges gencium
vel dii sunt ipsi destructi. non
valuerunt cultores suos li
berare et tenentur a sterne mutin
regis assyriorum i. heretici. quia
similiter nec nos saluare potuit
deus noster i. fides qua habemus
de deo. Sequitur Et tulit ezechi
as libros de manu nunciorum
et legit eos et ascendit in do
mum domini et expandit eos
coram domino. quod inuit fecisse
ezechias narratur ad pastores
ecclesie qui sunt membra xpi
referendum est. Tulit ezechias
libros de manu nunciorum et
legit. quia catholici doctores
sequentur legere solent libros
hereticorum ut errores dictus
eos conuincant. Et ascendit
in domum domini. quia boni doc
tores ab hereticorum conflictu
reuertuntur in ecclesiam. Et expan

dit libros coram domino. quia
magister denudat ac manife
stant populo dei fraudes. que sunt
in libris hereticorum. Sequitur Et
orauit ad dominum dicens. Domine
exercituum deus israel. qui sedes
super cherubym. tu es deus solus
omnium regnorum terre. tu fecisti celum
et terram. Inclina domine aurem
tuam et audi. aperi oculos tuos et
vide. et audi omnia verba sennache
rib. que misit ad blasphe
mandum deum viuentem. Vere
enim domine desertas fecerunt
reges assyriorum terras et regiones
earum et dederunt deos earum igni
Non enim erant dii. sed opera manuum
hominum lignum et lapis et commi
nuerunt eos. Et nunc domine deus
noster salua nos de manu eius et
cognoscant omnia regna terre quod
tu es dominus solus. Oracio hec
principaliter comendatur prelatorum ecclesie
sed seculares eciam totius populi fide
lium. Deus autem vocatur dominus exer
cituum. quo eius voluntati fa
mulantur exercitus angelorum pro
nostra defensione contra malignos
spiritus preliancium sicut scriptum est
Michael et angeli eius prelia
bantur cum dracone. Nec prelia
non labore sed imperio peragunt
ordo beatorum spirituum in quo specialiter
dominus sedet thronus appellatur.
Sed tamen quia in ipsis distincti
bus agminum. ordo sanctorum che
rubym iungitur ordini thronorum
sedere eciam super cherubim con
uenienti agminis equalitate perhi
betur. Cherubim non dicitur plenitu
do sciencie. et sublimiora illa
agmina. ideo cherubim vocata
sunt. quia tanto perfectiore scientia
plena sunt. quanto claritate dei
vicinius contemplantur, ut sedem

treatur modum eo plene
omnia sciant. quo in scom to
tronis sui. primitum dignitat
appropinquant. Vel sup che
rubim .i. sup plenitudinem sci
encie sermone dicit. quia eius
sublimitate nulla humana
sciencia comprehendit. qui e
deus omnium regnorum terre. quia
non est deus preter eum. neque
fides est nisi una. Inclina vero
suam inclinare dicit. qui ab
illa eternitatis immensa sublimi
tate. auditum suum quadam
benigna dignacione humiliat
ut suorum vota clementer audiens
compleat. qui magis mentes
audit quam linguas/ Nam desi
derium pauperum exaudivit do
minus preparacionem cordis eorum au
divit auris tua/ Sed et oculos
suos aperit et videt. qui gratie sue
adiutorium servis suis ostendit.
mala que paciuntur abigit sic
scriptum est/ Rex qui sedet in so
lio iudicii dissipat omne malum
intuitu suo respiciendo cum tribu
laciones fidelium dissipat. et mag
narum gratiarum beneficia largitur.
Nam quasi non videre est. dum
suos hic affligi permittit/ Deser
tas fecerunt reges assiriorum ter
ras. quo heresiarche vanas re
ligiones gencium destruxerunt
ut ad suas eos pestiferas sectas
velud admittatis via converterent
Et dederunt deos eorum igni. ostensi
tentati sunt eos. qui talia colunt
esse dignos igne perpetuo. Non e
rant dii sed opera manuum hominum.
quia malum quod quisque praue
operabat. hoc quasi proprium deum
colebat. immo quot peccatis
subiectus erat. tot diis serviebat.
bat. per lignum autem opus pecca
ti robustissimum intelligi potest. per

lapidem vero obduratam iniquitatem
peccatoris. Qui enim invo
lunta te quis peccat. velud lignum
colit. qui autem duro corde pec
cat. quasi lapidem colit. Huius
modi deos dederunt igni re
ges assiriorum. quo et heretica as
serunt hec opera gehennalibus
flammis digna/ Et nunc domine
salua nos de manu regis huius
qui est sensus hereticorum ne
capiant ab illo Et cognoscant
omnia regna terre. quia tu es
solus dominus .i. catholica fides
per totum orbem teneatur. non
hereticorum adinvenciones Vel.
desertas fecerunt terras reges
assiriorum. quia demones pie
tatem et dei cultum destructis
per orbem nacionibus abstu
lerunt. Et dederant deos eorum
igni. quia gentiles eorum falsis
religionibus ipsorum miserunt
in ignem eternum Et nunc de manu
eius salua nos .i. de manu
hostis antiqui. ne nos in tem
tacionibus vincens decipi
at. vel ne mortis tempore nos
rapiat Et cognoscant omnia
regna terre. quia tu es dominus
solus. que ecclesia predicat. non
que heretica pro suo arbitrio fin
gunt. Sequitur/ Et misit E
zaias filius amos ad ezechi
am. dicens Hec dicit dominus
deus israel/ pro quibus rogasti
me de sennacherib. rege as
siriorum hoc est quod locutus est do
minus super eum. despexit te et
sanavit te virgo. filia syon
post te caput movit filia
ierusalem Ezayas .i. summo prophe
tarum misit doctores ad ezechi
am .i. ad populum cultum. qui corpus
est christi dicens. Hec dicit dominus
pro tuis precibus quibus me

rogasti de rege assirior(um) i(d est) dyabo
lo vel hereticor(um) sensu tumido
audi que locutus sum. De eo
Rex vero iste bonis semachsacrib
i(d est) senens deserti. quia ut ia
dictu(m) e(st). infidelium corda cont(ra)
nos eleuat. quo aut(em) q(uo)d de
mi(n)us adiugit. Hoc e(st) ubu(m) q(uo)d
locutus est domin(us) sup(er) eum.
declarat alia esse p(er)sona patris
alia filij alia sp(irit)us s(an)c(t)i. Locutus
est domin(us) sup(er) eum dicens ad
eum. Vox iniquitatis rex a
ssirior(um) filia syon i(d est) ecc(les)ia. quia
te sup(er)at(ur)i puncibus. desp(er)xit
te. Syon namq(ue) vel ierl(usale)m. illa
b(ea)tor(um) ecc(les)ia est que iam reg
nat in celis. Cui(us) filia e(st) h(ec).
que peregrinat(ur) in t(er)ris. q(ue) illa en(im)
que sursum e(st) libera e(st). que
e(st) mat(er) n(ost)ra. filia syon appellat(ur)
in(teri)ro. quia fides eccl(esi)e corrumpi
no(n) potest. Hinc e(ni)m de ecc(les)ia
electo(rum) fit sermo no(n) de reprob(or)um
multitudine. quibus sup(er) dict(is).
Cynomo facta e(st) mente civitatis
fidelis. Itaq(ue) filia syon. i(d est) s(an)c(t)or(um)
ecc(les)ia. despexit te o rex assirior(um)
sicut ipsa loquit(ur). Domin(us) m(ihi) ad
iutor et ego despicia(m) inimicos
meos. Despexit ergo te scilic(et)
tem(?) sub(?) se minauit te blandi
entem, et te reddente monit(a)
admiratione caput suu(m) post te.
Nam q(uo)d sup(er)ata ia(m) inimica
temptatione cogitamus di
centes. o quid fecissem si seduc
toris hui(us) p(er)suasionibus ac
quieuissem. Mouit caput sup(er)
te ge h(ec) mite abomin(a)te mon(er)cmo.
atq(ue) insultu(?) Cui exprobr
asti. et que blasphemasti
et sup(er) que exaltasti vocem
et leuasti altitudine oculo(rum)
tuor(um). Nomine ad s(an)c(tu)m isr(ae)l. In
manu seruor(um) tuor(um) exprobrasti

domin(us) h(ec) his nobis eunde(m) anti
qui hostis uesania increpat(ur).
Sed quid cogitauerit d(omi)n(u)m ne
h(ec) ideo ecc(les)iam cruciaret audia(mus)
cognitum. et dixisti.
In multitudine quadrigar(um)
mear(um) ego ascendi alti
tudine mo(n)tiu(m). iuga li
bani. et succidi excelsa
cedro(rum) eius. et electas abietes
illius. Et introibo altitudine
summitatis eius. saltum carme
li eius. Ego fodi et bibi aqua(m).
et exsiccaui uestigio pedis
mei omnes riuos aggeru(m). Sic
p(er) nomi(n)e quadrigas. euuangelice
p(re)dicationis designari solent.
Ita p(er) quadrigas regis assirior(um)
intelligi possunt p(re)dicationes
hereticor(um) erro(r)is uel p(ro)motores
nisi eos quor(um) conuersatio subli
mis uidebat(ur) expressit. Et q(uo)d
p(er) libanu(m). nisi s(an)c(t)a ecc(les)ia desig
nat(ur). Libanus eni(m) mons est
mire magnitudinis cui(us) ar
bores odorifere sunt et imputre
biles. significans altitudine
eccl(esi)e dicentis. n(ost)ra aut(em) conuersatio
in celis est. Omnis electi redolet
opinione uirtutu(m). Nec corrumpi
tur putredine uicior(um). Vnde et
libanus interp(re)tat(ur) candidatio ad
demonstrandu(m) purificatione eccl(esi)e
dicentis. Lauabis me et sup(er) ni
ue dealbabor. Quid ergo
p(er) iuga libani signat(ur). nisi iu
ga sacrar(um) disciplinar(um) eccl(esi)e. sub
quibus tenet(ur) uita monachor(um)
et heremitar(um). atq(ue) sanctimonialiu(m)
ceteror(um)q(ue) religiosor(um). Dicit ergo
antiquus bonor(um) inimicus
quia in multitudine quadrigar(um)
mear(um) ego ascendi altitudine
montiu(m). et iuga libani. qui
p(er) multiplices hereticor(um) p(re)dica

tores subiugavit sibi plerosque
qui velut montes dei supereminebant in populo fidelium. et qui
in religiosam vitae conversationem videbantur. vel quadrigas dicit
per pessimus suggestionis pompas et elationes. Ascendit ergo altitudinem montium et iuga libani
in multitudine quadrigarum suarum
quia per superbiam per inanem gloriam
per arrogantiam. per iactantiam
per elationem. frequenter nonnullos
superat electos. qui iam ad virtutum
sublimia pervenerunt. vel qui sub
iugo disciplinae vivunt. Cedri
vero omnem reliquarum arborum
altitudinem sua proceritate transcendunt miroque sunt odoris et
naturae imputribilis. Abietes
quoque valde sunt sublimes
ita ut nubibus altitudine
sua appropinquent. Quid vero per
libani cedros nisi qui in ecclesia
sunt excellentissimi designantur
quos nulla putredo terreni amoris corrumpit. qui dicere possunt.
Christi bonus odor sumus deo.
Et quid per electas abietes illius
nisi hi demonstrantur qui interiores
sunt egregii. qui licet terram ad
huc corpore tangant. iam tamen
mox ethera vitae mentis attollunt. In virtute temptationis
vehementer perstrepentis iactat se
adversarius nunc se succisurum de
ecclesia cedros libani et electas
abietes eius. quia summos et
electos ecclesiae viros decere se posse presumit. maxime temporibus
persecutionis de quibus nunc agitur.
Altitudinem quoque summitatis libani
se dicit intraturum. quia pariter
electorum mentem qui in ecclesia sunt
nititur ingredi. Vel quidquid superius
superexcellit. Carmelus autem
ut superius dictum est cognitio circumcisionis dicitur. Et cognitio circumcisionis ecclesiae quae fit per omnes
fideles. Non enim qui in manifesto iudaeus est: neque quae in
manifesto in carne circumcisio.
Sed qui in abscondito iudaeus est
et circumcisio cordis in spiritu non
littera cuius laus non ex hominibus
sed ex deo est. Saltus vero carmeli
huius id est notitiae circumcisionis eo
densatior est. ab omni strepitu carnalium desideriorum quieta
et ab omni tumultu malae actionis
vacua. Saltum vero carmeli ecclesiae se iactat ingressurum hostis
antiquus. scilicet secreta et libera electorum conversatione. qui se
semper ab omni superfluitate vitiorum
ipsa circumcidere spiritualiter nituntur. aliquo aditu intrare sperat
irrumpere et inquinare. Per omnia
tunc saepe temptavit facere
qui per hereticos vehementer impugnabat ecclesiam. Unde addit. quia
ego fodi et bibi aquam. Aquam
quippe fodit qui scientiam perscrutando quaerit. Eamque bibit
inventam. dum sese potu scientiae
repletum satiat. Perfodit ergo sathanas ut aquam inveniret. quia
per doctrinas hereticorum occultas
invenit. Et inventam bibit. quia
malitiae suae desiderium dogmatibus
complevit. dum in eo voluntate
sua errare per multos fecit.
Rivi autem aggerum sunt. qui artificiose eo professata dimanant
quo naturaliter non ibant. Et quid
per rivos aggerum nisi spiritualia
dona signantur. in eis cordibus
praefluentia a quibus terrenae cogitationes eiectae sunt. Dicit
Rabulus. quia exsiccavi vestigio pedis mei. omnes rivos
aggerum. quia dum per hereticos
in humanis cordis vestigium im

nugacitatis imprimeret absque
omnia gratiarum spiritalium exclusit
karismata obliviscens eum per quem
ille floruit. mox inde spiritalis
rivuli cursus aruit. Sed hostis
antiquus dum ex elacione mi-
nus artaret ut diximus in cor-
de suo loquebatur iam se pre-
valuisse iactans. Cui dominus
respondit. subiungens Numquid
non audisti. quid olim fecerim
ei. Subaudi libano vel filie
syon id est ecclesie. Et aperiendo subi-
cit Ex diebus antiquis id est ab
inicio creature. ego plasma-
vi id est formavi et disposui pre
destinando illud. quod ad eccle-
probacionem facturus eram et
nunc per varia secula adduxi
in vastacionem Statutum est enim
quondam vel tota ecclesia vel electos
quosque pressuris malis atte-
ratur. Unde et paulus ait Ad-
impleo ea. que desunt passi-
onum xpi in carne mea Sequitur
Et factum est in eradicationem
collium compugnancium et civita-
tum munitarum habitatores
earum breviata manu contremu-
erunt et confusi sunt sicut fenum
agri et gramine pascue et her-
ba tectorum. que exaruit ante-
quam maturesceret. Psalmus ad
versitatem quod adduxi factum est
in eradicatione collium compug-
nancium et civitatum munitarum
quia rex assiriorum ascendit super
omnes fines civitates iuda muni-
tas et cepit eas. Eradicati sunt
enim decem milia colles compug-
nantes id est elati iudeorum principes
dominum persequentes et civitates
munite id est tectorum mentes iude-
orum contra doctrinam eius clause
velut. de his qui noster ec ni-
debant Dicamus colles compug-
nantes eradicati sunt. quia

non nulli qui iam virtutibus
excreverant. sed non sunt solli-
citi servare unitatem. Sec in-
merito pacis abcecla per here-
ticos vel per gentiles abstracti
sunt tempore persecucionis. Civi-
tates munite id est corda mu-
nitiones et altitudines adversus
scientiam dei se extollentes. similes
sunt eius se ecclesie. Qui cum
tempore liberum predicacionis corda
sua munierant: facile sunt a per-
secutoribus eradicati. Habitatores
vero talium civitatum dum lata
securi via incederent. manus su-
as ad faciendum quod vellet longe
porrigebat. Sed adveniente per-
secucionis angustia. manus
eorum breviata est. quia parum ex-
plere voluntatem suam potuerunt. Bre-
viataque manu contremuerunt. quia
adversa pati formidabant. Neque
enim audire preceptum illud volu-
erunt. Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus estimantes quod tormen-
ta perderent fidem et amissa
fide confusi sunt. Et facti sunt sicut
fenum agri id est voluptatis carnales quia
omnis caro fenum. Et sicut gramen
pascue. quia dati sunt in pascuam
gregibus omnium malorum id est bestiis in-
ceterorum. et sicut herba tectorum que ex-
aruit antequam maturesceret. quia
vigorem iusticie perdiderunt ante
primus vite terminum. Herba quippe
tectorum in alto nascitur. sed non pingui
radice solidatur. quia in oculis xpia-
nus summa quidem agere non videtur
cernitur. sed non medius? pravitate ex
cordis roborat. Hec nimirum herba
et antequam maturescat arescit. quando
splendo religiosus et antequam ad
consummacionem huius vite perveniat
iam sanctitatis opera que inchoaverat perpe-
amittit Sequitur. Habitacionem tuam
et egressum tuum et introitum tuum
cognovi. et insaniam tuam que me.

habitacionem tuam ante cog
novi tua. certe assiriorum ide i
mete infidelium Et egressione
tuam inde cum adipa nescie
precedentes. qui latebas et introi
tum tuum hic cum tuus ad per
secucione stetit: et insaniam tua
cum per horrida blasphemacionum he
reticorum atque gentilium in stimulis
tonuit me. Cum fueris adversi
me. superbia tua ascendit in au
res meas patet hoc sequitur.
Pona ergo circulum in naribus
tuis. et frenum in labiis tuis
et reducam te in via. per qua ve
nisti. Sicut per nares insidie. sic
per circulum divine virtutis omnipo
tencia designatur. Que cum ap
prehendi nos temptacionibus
prohibet. miris ordinibus.
antiqui hostis insidias com
plectens tenet. Circulus igitur
ei in naribus ponitur. dum virtu
dicta peccatoris superne fortitu
dine eius sagacia tenetur. ne
cont insinuates hominum tantum
prevaleat quantum perdicionis ar
gumenta latentur explorat. potest
et circuli nomine occulta indicij
advencium designari. Quod in huius
hostis naribus ponitur. dum ira
callida sua crudelitate refrenatur.
Unde quia mit a fidelium lesione
prohibetur. bene ei dicitur ponam
circulum in naribus tuis. Ac si
aperte diceretur cogitando insidias
suspiciens sed explere que appetit
non valendo. omnipotencie mee
circulum in naribus portas. ut
cum bonorum mortem ardenius
anhelas arborem vita natinis
reddas. Frenum quoque ei ponitur
in labiis dum sic divine virtutis
potencia retinetur. ut non nisi quan
tum relaxatur. sevire possit. Ecclesia
scilicet potencia in sernatus per
miam qua venerat o reducto

quo ab infidelium cordibus ve
nerat adversus ecclesiam et ab ec
clesie persecucionis coactus est ad in
fidelium ~~corda~~ et iniquorum corda
recurrit. ut usque ad antichristi ad
ventum ibi lateat. Hec antiquo
adversario. dominus respondet. iac
tanti se iam ascendisse iuga
lybani et succisum excelsa
cedrorum eius Et post hec ad
ezechiam i. ad dominum ihesum loquitur
dicens Tibi autem hoc erit signum
comede hoc anno que sponte
nascuntur et in anno secundo
pomis vescere. In anno autem
tercio seminate et metite et pla
tate vineas et comedite fructum
earum Appellacione trium annorum
designari solent tria tempora
primum ante legem secundum sub lege
tercium sub gracia. Unde et in ewangelio
pater familias ait. Ecce anni
tres sunt ex quo querens
fructum in ficulnea et non inve
nio Tercio quippe anno ve
nit ad ficulneam suam paterfa
milias querens fructum. quia
dominus patriarchas et prophetas
atque per se ipsum venit ad plebem
iudaicam. fructum iusticie querens
mea sed non invenies deberis
ergo tribus annis. hic dicitur
Comede hoc anno i. ante le
gem que sponte nascuntur i.
opera bona que quisque sponte
agit absque legis necessitate
Et in anno secundo i. sub lege
pomis vescere i. fructibus
arborum dulcibus. videlicet
hominum iustorum bonis acci
bus precipue tamen arborum
domesticarum est facere poma et
que sunt domestice arbores
nisi iudei quondam cives sanctorum
et domestici dei Secundo igitur
anno usus est dominus pomis
quia tempore legis delectatus est

bonis operibus hebdomada. Nec hunc
intelligentie restringat quod in fi
culnea fructus non est in uineis
quia hic de solis loquitur dominus
electis et ibi de infructuosis quoque
et reprobis. Comminatur autem
tertio id est tempore gratie iubentur apostoli
seminare et metere. Verba uite
predicare et eos qui crediderint
colligere et plantare uineas
et comedere fructus earum id est fide
cellas et saciari bona conuersa
tione. Sit itaque signum ezechie
quia tercium a rege assiriorum
capienda non sit hoc quod ipse primo
anno que sponte nascuntur
comedit. et secundo pomis
uescitur. atque in tercio seminant
et metunt. quia per hoc certa
sit apud redemptorem nostrum
salus ecclesie. quod ipsa et ante le
gem et sub tempore legis atque
sub gratia bonis fructibus elec
torum pascitur. Ille enim tercium
apud deum salute sua facit
qui bonis operibus perseueranter
insistit. Et mittet id quod sal
uatum fuit de domo iuda
et quod reliquum est radicem deor
sum et faciet fructum sursum
quia de ierusalem exibunt reliquie
et saluatio de monte syon. Id est quod
de domo iuda hoc est de plebe
confessorum fuit saluatum ab
assiriis et quod reliquum est id est re
siduum in ecclesia quod heretici uel
gentiles non tulerunt mittet
radicem bone cogitationis deor
sum et faciet fructum operis
sursum. Radicem quippe deor
sum mittere est cogitationes
bonas in abditis multiplicare.
fructum uero sursum facere est
efficatia operis recta que cogi
tauit ostendere. Recte enim per ra
dicem cogitatio designatur quia oc
culta. quia per hoc quod intus
non cernitur erumpit quod uidetur

ut for
foras. Sic ergo mittet radicem
deorsum et faciet fructum sursum
Et si aperte dicit cum nimis cogi
tatio nascitur ut in summis re
tributio detur. Quia de ierusalem ex
ibunt reliquie id est non delebitur
omnis ecclesia sicut hostis puta
bat. Sed filii qui nascuntur et con
surgent enarrabunt filiis suis
laudes domini. et saluatio de
monte syon id est de sublimitate
ecclesie prodibit ad omnes nationes
orbis ut quanto nunc coartatur
ecclesia istorum. tanto tunc dilatetur.
Sequitur. Zelus domini exercituum
faciet istud. zelus domini est affec
tus amatoris bonitatis eius
quo castitatem animarum nostrarum
custodit ne uel hereticorum fraudi
bus uel antiqui serpentis astu
tia corrumpantur sensus nostri et
excidant a simplicitate que est
in christo ihesu. Hic ergo zelus fa
ciet istud quod dictum est ut quod
saluatum fuit de domo iuda mittat
radicem et faciat fructum ut de ie
rusalem exeant reliquie et saluatio
de monte syon. Sequitur. Propterea hec
dicit dominus de rege assiriorum non
intrabit ciuitatem hanc et non
iaciet ibi sagittam et non occupabit
eam clipeus et non mittet in circui
tu eius aggerem. In uia qua
uenit per eam reuertetur et ciuitatem
hanc non ingredietur dicit dominus
Et protegam ciuitatem istam ut
saluem eam propter me et propter da
uid seruum meum. Rex assiriorum
qui mentes fidelium corrumpere querit
non intrabit ciuitatem ecclesie id est
electorum cor quod zelus domini cu
stodit eam. Et non iaciet ibi
sagittam quia mentem istorum
mox ut uitia pulsauerint
reprobata resiliunt. nec ad in
teriora penetrant. Electus enim
tanto minus hostis antiqui

iatulla metuit. quo contra
hec uemencia fortiter pecto
muniit. Et non occupabit eam
clipeus. oppugnatis inimici.
quia uetus ecclesie persecutor non
se sit abarmis fidelium ualebit
propterea ut eam expugnet. sed per
cussus retrorsum corruet. Et
non mittet in eam eius aggerem.
quia quorum conuersacio in celis
est corda eius non inuadit. co
gnic(i)one c(ir)c(u)m(dat) . i. implicacione non tene
tur terrenis. Aggerem quippe mit
tit inimicus in ciuitatem eius
cuius mentem in amore seculi de
prehensam undique terrenis
angustat et affligit atque cap
tat. ut ei iam euadendi ad
libertatem locum hiis qui sit ob
sidet non inueniat. Non ergo
mittit aggerem in ciuitatem uera
nitatis. sed repellentur deo per
uiam qua uenit reuertitur. qui
ad latebras mentis ingressus
unde aduersum nos erumpat re
dit. Et ciuitatem hanc non ingre
dietur. quo eius malicia in sanctorum
cordibus non recipitur. Et proteget
dominus mentem pulsatam temptacionibus
ciuitatem hanc. i. ecclesiam. ut in
eternum saluet eam propter semet
ipsum. et propter Dauid seruum suum.
i. propter christum. qui forma serui
accipiens factus est obediens usque
ad mortem. Christus enim uocatur Da
uid. et seruus domini. sicut alibi
bi loquitur ipse dominus. Inueni
Dauid seruum meum. oleo sancto meo
unxi eum. Atque post pauca sub
iungit. Ipse inuocabit me. pater
meus es tu. deus meus et
susceptor salutis mee. Et ego
primogenitum ponam illum excel
sum prae regibus terre. Christus ergo
sicut prudentissimus appellatur Dauid
unde et Dauid interpretatur desidera
bilis uel manu fortis. Nam

Christus est desiderabilis. de quo
per Aggeum dicitur. Veniet desideratus
et desideratus cunctis gentibus
et ipse est manu fortis. qui for
tem aduersarium ligauit sicut
scriptum est. Cum fortis arma
tus custodit atrium suum in pa
ce sunt omnia que possidet.
Si autem fortior illo superueniens
uicerit eum uniuersa arma
eius auferet in quibus confide
bat et spolia eius distribuet.
post uerba dominum subiungitur in nar
racione prophetica. Egressus est
autem angelus domini et percussit
in castris assiriorum centum
lxxxta quinque milia. Et surre
xerunt mane. et ecce omnes
cadauera mortuorum. Sed ut
misterium inquiramus. quid
per millenarium designatur. nisi
reproborum omnis uniuersitas. Nullus
enim numerus ultra millenarium
procedit. Et quid per centenarium
nisi consummacio uite prauis
accipitur. Unde scriptum est quia
puer centum annorum morietur
et peccator centum annorum ma
ledictus erit. Quid uero per octo
genarium nisi dies iudicii signatur.
que sepe in scripturis appellatur
octaua. Quid autem per quinarium
nisi carnalitas corporum exprimitur.
qui quinque sensibus corporis sunt
dediti. et quid per angelum qui per
cussit eos. nisi sententia iudicis
designatur. Qui nocte sunt percussi
quia dies domini sicut fur in
nocte ita ueniet. Egressus est
igitur angelus domini et percussit in
castris assiriorum centum lxxxta
quinque milia. quia sententia domi
nicus missa. reproborum omni
multitudine. qui diabolo mi
litauit. percutit in consumma
cione uite huius et in die iudicii

qui secundum quod sensus cor-
poris vixerunt .i. carnaliter. Ma-
ne vero tempus resurrectionis de-
signat. Sicut electorum ecclesia do-
mino dicit: Mane astabo tibi
et videbo. Quando autem percusserunt cadavera
mortuorum, nisi corpora reproborum
exprimunt. Qui nequaquam immu-
tabuntur ad incorruptibilitatem
et impassibilitatem sicut electi.
Unde et per Ysaiam prophetam dominus
dicit: Videbunt cadavera mor-
tuorum qui prevaricati sunt in
me, i. corpora eorum qui peccaverunt.
Surrexerunt ergo mane qui
percussi fuerant, quia omnes re-
probi in die illa resurrectione sue
mortis exurgent. Et ecce omnes
cadavera mortuorum inventi sunt,
quia carne rursus gravida
et passibilem habebunt licet
immortalem. Sequitur. Et e-
gressus est et abiit et reversus est
rex Assiriorum et habitavit in
Ninive. Rex Assiriorum i. Satha-
nas egressus est a regionibus
fidelium et reversus est ad infideles
et habitavit in Ninive .i. in
mente reproborum, quia gaudet
in pravitatibus et speciosa sibi vi-
detur in voluptatibus suis. Nini-
ve enim festa vel speciosa dicitur
vel germen pulcritudinis. Sequitur.
Et factum est cum adoraret in tem-
plo Nasrach deum suum, Adra-
melech et Serasar filii eius
percusserunt eum gladio, fuge-
runtque in terram Ararath, et
regnavit Asaraddon filius eius
pro eo. Sicut electis dicitur: Templum
dei sanctum est quod estis vos, ita et
templum Sathane sunt omnes re-
probi. Nesrach vero dicitur temptatio
tenera vel temptatio mollis
valens aut cum spiritualiter quis
servit. Hoc sicut dominus qui pro-
prium deum habet diabolus

ergo temptationem teneram pro deo
colit, quia valde in hoc delectatur
ut eius suggestio mox ut mentem
pulsaverit excipiatur. Itaque hostis
antiquus in templo suo .i. in
corde reproborum adorat deum
suum qui vocatur temptatio tenera,
quia statim ut eius temptatio
mollis et tenera pervenerit in mente
pravorum substernunt se ei. Para-
tos ad obsequium ipsi invenerit. Quod
enim instigante Sathana fit in
corde reproborum id Sathana ipse
dicitur facere. Sicut econtra de spiritu sancto
scriptum est: quod postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus, quia
postulantes facit eos quos reple-
verit et gementes. Hunc ergo ipse
caput malorum diabolus, sive
hii membra eius sunt, temptati-
onem teneram adorare dicuntur,
quia Sathanas eam valde ve-
neratur, et reprobi libenter ei subse-
quuntur. Oratio contra electorum ecclesia
dicitur eidem hosti, quia ipsa con-
terit caput eius. Caput namque
serpentis antiqui .i. temptationem
teneram conterit qui initium prave
suggestionis conculcat et ad ni-
chilum redigit. Adramelech vero
stola regis vel decor regis dicitur,
et Sarasar princeps tribulationis.
Et ille stola vel decor regis Assy-
riorum est qui se ipsum exhibet
Sathane vestem vel gloriam. Princi-
ps vero tribulationis est qui mun-
dana potestate preditus mala
stis irrogat. Et hii sunt filii re-
gis Assiriorum qui digni sunt au-
dire: Vos ex patre diabolo estis.
Sed plerique tales ad deum con-
vertuntur atque veritatis ecclesie predica-
tores sunt, et tanto fortius con-
terunt hostem antiquum per scientiam
quanto familiarius ei non iam ut
servi sed ut filii prius adhere-
re solebant. Unde et gladio pre

dicationis · eum percussisse minime
describunt · sicut per ezechielem
et sub appellatione principis tyri
dictum est · Ecce ego adducam
super te · alienos robustissimos
gentium · et nudabunt gladios
suos super pulchritudine sapientie
tue · et polluent decorem tuum ·
Interficient et detrahent te et mo-
rieris interitu · interfectorum in
corde maris · Nam quod paulo
ante supra idem propheta dicit
eidem principi dyabolo · mani-
festum est dici · Tu signaculum si-
militudinis · plenus sapientia · et
perfectus decore in deliciis para-
disi dei fuisti · Quos igitur ysay-
as nominat adramelech et sara-
sar · id est decorem regis et principem
tribulationis filios regis assyriorum
hos ezechiel appellat alienos
robustissimos gentium · Quoniam enim
filii sunt regis assyriorum · id est dyabo-
li · necesse est ut adeo sint alieni
Et quod ezayas mistice refert · quod
percusserunt eum gladio · hoc per
ezechielem prenunciatur · quia nu-
dabunt gladios · super pulchritudinem
sapientie tue · et polluent decorem
tuum · atque interficient · et detrahent
te · Quis enim sit gladius quo
rex iste moritur · docet apostolus dicens
Et gladium spiritus quod est verbum dei ·
Huiusmodi gladios nudaverunt
gentiles super pulchritudinem sapientie
dyaboli · quia predicando veritatem
destruxerunt antiquos errores
Et polluerunt decorem eius · quia
quam pollutus sit ostenderunt
et interfecerunt eum · quia mali-
ciam eius de cordibus eorum · qui
conversi sunt · extinxerunt · Hoc
quoque quod ezayas narrat · eum
in templo suo fuisse percussum
Illud est quod ezechiel predixit ·
quia morietur interitu interfectorum
in corde maris · Cor namque maris

id est mentis secularium · templum eius
est · ubi ipse quodam modo primum
interitum · interfectorum dominum per-
catores committunt · Interitus ergo
interfectorum conversio peccatorum est
Itaque dum adorat rex assyriorum
in templo nesrach deum suum ad-
ramelech et sarasar filii eius
percusserunt eum gladio · quia
dum adhuc teneat suggestione
sua dyabolus in corde pluribus se
adorari facit · robustique [illegible] plu-
rimi eorum qui sibi familiares
fuerant · conversi sunt · et predicato-
res veritatis effecti · nequiciam
eius in corde priorum · gladio
verbi dei percusserunt · Fugeruntque
in terram ararath · Ararath ipsa
est armenia · interpretatur autem mons
incisus · vel mons ligatus · Et
quid monte signatur · nisi idem ipse
tumidus inimicus · cui per Ie-
remiam dicatur · Ecce ego ad te mons
pestifer · qui corrumpis universam
terram · qui incisus est de loco sue
stationis · id est de corde hominum · ab-
stractus · sicut per semetipsum dominus
predixit · Nunc princeps huius mundi
eicietur foras · atque ligatus · Un-
de dominus dicit · Nemo potest
quisquam intrare in domum fortis
et vasa eius diripere · nisi prius
alligaverit fortem · Erit est ergo
ta mons incisus vel ligatus · nisi
conversa gentilitas · quia prius ho-
stis antiquus possedit · qui nunc
est inde avulsus · atque per Christum li-
gatus · Itaque qui percusserunt
hunc regem · metuentes eterna
supplicia fugerunt in terram ara-
rath · id est ecclesiam de gentibus
conversam · ut ibi salvarentur · Fu-
git enim qui mundi huius mala
evadere concupiscit · ut abinde
ventura tutus esse possit · Moris
autem regis huius extincto infi-
delitatis et erroris est per totum

orbem. fideique plenitudo. Sed licet
rex iste sit mortuus id est paganitas
tas cum erroribus suis extincta
et ubique successerit christianitas
filius tamen regis huius adhuc
regnat pro eo. quia tyrannis
quisque non desinit exercere potentiam
in hoc mundo. Filius enim regis
assyriorum est. qui diaboli tyrannidem
nidem imitatur. Hic ergo filius
qui regnat pro patre tyrannos
qui adhuc in hoc seculo principantur
pantur designat. Unde et nomen
eius dicitur asaraddon. quod interpretatur
tatur vinciens. vel coarctans. quia
qui sunt ad crudelitatem accincti
ut omnia sicut gladius cedat
et rectos vincant. iste regnum in mundo
qui totus in maligno positus est
obtinere poterit. Sequitur.

In diebus illis egrotavit
ezechias. usque ad mortem.
Ezechias id est redemptor in-
egrotavit. quia ut scriptum est
ipse infirmitates nostras accepit et
egrotationes portavit. Ei namque
egrotare fuit in similitudine carnis
nis assumpsisse in qua esuriit et
laboravit et fatigatus est. Et
egrotavit usque ad mortem. quia
tam diu mortalem carnem gestavit
vit. donec per mortem et resurrectionem
perveniret ad immortalitatem.
Sequitur. Et intravit ad eum ezaias
ias filius amos propheta. et dixit
ei. Hec dicit dominus. Dispone domui
mui tue. quia morieris tu et non
vives. Iam diximus quod ezaias
filius amos sermonem propheticum
designet. qui videlicet sermo
propheticus foris mansit. dum
carnaliter intelligeretur. nec adhuc
in christo compleretur. Sed intravit
ad eum qui cepit in eo compleri
et de eo specialiter intelligi. Sed
quod in tercio sermo ait. Dispone
domui tue. quia morieris. Sed

quibus propheticus sermo talia domino
dixit. Illa nimirum historia que
refert. quia iosue moriturus convocavit
vocavit maiores natu filiorum israel
et attentius exhortatus instruxerit
xerit. qui post mortem eius agere
deberent. id est ut dominum deum suum
diligerent. et illi adhererent. et legem
eius solicite custodirent. Erat
enim prefiguratinus est. quia ihesus
de hoc mundo transiturus ad patrem
apostolos diligentius erat instructurus
et domui sue que est discipulorum
congregatio. singula queque dispositurus
turus. Itaque moriturus disposuit
domui sue. in illo sermone prolixo
que post cenam vel in cena locutus
est discipulis. Dum non dicit quia
morieris tu. et non vives. neque
resurrectionis gloriam mox futuram
denegat. sed quia salvator mortaliter
taliter iam non sit victurus. sed ad immortalitatis
mortalitatis gloriam superata morte
te venturus. Sequitur. Et convertit
ezechias faciem suam ad parietem
et oravit ad dominum. Per faciem mentem
te mentis exprimit. Per parietem vero
materia peccati. que separat inter
nos et deum sicut scriptum est. Iniquitates
tates nostre diviserunt inter nos et
deum nostrum. Unde et ezechiel de pseudoprophetis
tis quia opera mala adulatores laudant
dicit. Ipse edificabat parietem. Illi
autem liniebant eum. parietem quippe
edificat. qui peccat et edificatum
parietem linivit. qui peccatum male
lu laudantes in bonum commutant. Ezechias
chias ergo adductus morti. faciem
ciem sua convertit ad parietem. quia
salvator noster in passione sua convertit
tit intentionem suam ad peccatum nostrum
qui pro peccato mundi passus est. Et oravit
vit ad deum. quia ut lucas ait
positis genibus orabat dicens
pater si vis transfer calicem istum
a me et sicut in agonia prolixius
orabat. Sequitur. Et dixit. Obsecro
domine memento quesumus quomodo
ambulaverim coram te in veritate et

in corde perfecto et quod bonum est in
oculis tuis fecerim. Et si diceret ego
te clarificavi super terram. opus
consummavi quod dedisti mihi ut fa
ciam. Et nunc clarifica me tu pa
ter apud temetipsum. Sequitur. Et
flevit ezechias fletu magno.
quo salvator cepit contristari
et mestus esse et ait. Tristis est
anima mea usque ad mortem. Sequitur.
Et factum est verbum domini ad ysa
yam dicens. Vade et dic ezechie
Hec dicit dominus deus david pa
tris tui. Audivi orationem tuam
et vidi lacrimas tuas. factum
est verbum domini ad ezayam qui precepit
dominus sermoni prophetico dicens. vade
et dic ezechie. Hoc est fecit nunc ut
intelligeret de christo dicere ei que sibi
dicuntur. Verum est enim sermoni propheti
co dicere. valde enim prophetas ad spiri
talem intellectum permovere debuit ergo
prophetie ut iret et diceret ezechie
mo. Quia hec dicit dominus. Audi
vi orationem tuam. et vidi lacrimas
tuas. quando scilicet intelligi de christo
quod de salomone scriptum est. quia cum
orasset in dedicatione templi domini
est ei dictum. Exaudivi orationem
tuam et deprecationem tuam. qua depreca
tus es coram me. Sanctificavi do
mum istam quam edificasti ut po
nerem nomen meum ibi in sempiter
num. et erunt oculi mei et cor meum
ibi cunctis diebus. Salomon namque
christus est. et domus salomonis eccle
sia. pro qua dominus oravit dicens. Pater
sancte serva eos in nomine tuo
quos dedisti mihi. Et iterum Non rogo
ut tollas eos de mundo. sed ut serves
eos a malo. Et rursus Non pro his
autem rogo tantum. sed et pro his qui
credituri sunt per verbum eorum in me
ut omnes unum sint. Precepit itaque
dominus prophete. ea tenus qua dictum est
ut diceret christo quos oranti sic
dicit dominus deus patris tui david
audivi orationem tuam et vidi lacri

mas tuas. Cum videlicet christus
qui factus est ex semine david secundum
carnem filius david appellatur
sicut et euangelista dicit. Liber genera
tionis ihesu christi filii david. Cuius
orationem dominus audivit et lacri
mas vidit. sicut et apostolus de eo
dicit qui in diebus carnis sue
preces supplicationesque ad eum
qui posset eum salvum facere
a morte cum clamore valido
et lacrimis afferens exauditus
est pro sua reverentia. Unde ergo
post sua peccata dominus ihesus ora
verit pater orationem eius au
divit et lacrimas vidit. Sequitur.
Ecce ego addiciam super dies
tuos quindecim annos et de ma
nu regis assiriorum eruam te et
civitatem istam et protegam
eam. Iuxta hystoriam in primis
est notandum quia statutum est cui
homini quantum in hac vita mor
tali temporaliter vivat. Nam et
si hic annos quindecim ezechie
regi ad vitam addidit omnipotens
deus. tamen eum mori permisit
tunc eum prescivit esse moriturum.
Contra hunc questio oritur. quo
modo prophetia dicta. Dispone do
mui tue. quia morieris tu et
non vives. cum tunc mortis sente
ntia dicta est postmodum ad eius lacri
mas et vita addita. Sed propheta
dicit quo tempore mori ipse me
rebatur. pro largitate non misericor
die. illo enim tempore ad mortem
distulit quod ante secula ipse pre
finivit. Nec propheta igitur fallax
quia tempus mortis innotuit
quo ille mori merebatur. nec
divina statuta convulsa sunt
quia ut ex largitate dei anni
vite crescerent. Hoc quoque an
te secula prescitum fuit. atque spa
tium vite quod inopinate foris
est additum sine augmento
prescientie fuit intus statutum

Sed huius iuxta sensum historie breuiter dictis misterium mistice prudenciamus. Quindenarius numerus propter septem et octonarium quibus constat vel vitam que nunc est. vel futuram vel veteris et noui testamenti. vel sabbatum animarum in futuro et carnis resurrectionem. Vel certe aliud aliquid celeste siue spiritale continet archanum. Quindecim igitur anni domino post passionem adduntur. quia de morte eius orietur vita ecclesie que et post mortem quiescendi spem habet et in fine resurgendi. Atque idem nunc utriusque testamenti precepta viuendo custodit. Quindecim anni domino adduntur. quia ex eius temporali morte. data est nobis vita prius animarum. et futura etiam corporum. atque sciencia utriusque testamenti reuelata. Omnisque regula viuendi et predicandi monstrata. Sed et de manu regis assyriorum id est antiqui hostis eruit dominus. sicut in psalmo precatur dicens. Salua me ex ore leonis. Et ciuitas eius id est ecclesia simul eruitur. quia sathane potestas ab humano genere per saluatoris mortem expellitur. Sed parvula quoque temptacionum protegitur semper hec ciuitas a domino. Post hec suam promissionem dominus confirmare volens ait. Hoc autem signum tibi erit a domino. quia faciet dominus verbum hoc quod locutus est. Ecce ego reuerti faciam umbram linearum per quas descenderat in horologio achaz in sole retrorsum decem lineis. Quibus domini verbis propheta subiungit. Et reuersus est sol decem lineis. per gradus quos descenderat. Ubi considerandum est iuxta veritatem hystorie. quia cum duodecim horis hic dies soleat. iste in quo sol decem lineis reuersus est. xxx^ta duas habuisse comprobatur. Nam decem horas iam compleuerat sol. cum cepit reuerti. decemque rursus. donec ad orientem reuerteretur confecit. et inde ab oriente remeans. usque ad locum unde reuerti ceperat adhuc decem alias expendit. atque post duodecim consummatas usque ad occasum duas super addidit. Sicque factus est. ut diurnus dies horarum xxx^ta duarum id est quatuor horas minus habens quam spacium dierum trium explere consueuit. Nec non in loco mentem mouere potest quod alibi sacra scriptura refert. quia ad vocem Josue stetit sol in medio celi. et non festinauit occumbere spacio unius diei. atque mox subiungit. quia non fuit ante et postea tam longa dies obediente domino voci hominis et pugnante pro israel. Cum enim dicatur quia non festinauit sol occumbere spacio unius diei. declaratur quia dies ille spacium duorum tenuit dierum. sicut et ihesus filius syrach manifestat dicens de Josue. In iracundia eius impeditus est sol. et unus dies factus est quasi duo. Cum ergo dies iste sub ezechia plus habuit horis viii. quam ille in quo stans Josue solem stare fecit mirum est quod ibi dicatur. quia non fuit ante et postea tam longa dies. cum multo eum longior fuit ista. Sed ille qui scripsit librum Josue ante ezechiam fuisse intelligitur et de his que retro acta cognouerat testimonium perhibuisse. Nam cum dicit. quia non fuit ante et postea. tam longa dies intelligimus ab origine mundi usque ad tempus Josue et a tempore Josue usque ad scriptorem illius hystorie vel ad tempus in quo scripta est. Et ideo non contradicit ezechie.

longiorem diem. post inducenti. quia cum dixisset non fuit ante et postea tam longa dies non addit neque futura est. Quas si addidisset omnino contrarius esaye videretur. Hiis ita secundum hystoriam explicatis spiritualem sensum aperiente domino tenere studeamus. Ecce ego inquit reverti faciam umbram linearum et cetera. Quid per decem lineas horologii id est decem horas nisi decalogus legis exprimit. Sic ergo et redemptor in legis doctor esse monstratur. hora quasi decima dicitur ei a discipulis iohannis rabbi quod interpretatur magister. Quid vero per umbram linearum nisi obumbrato atque velato testamenti veteris designatur. Quid autem per horologium in quo sunt duodecim linee nisi vetus testamentum in quo sunt rectissima vite precepta signatur. Et quod omnia tempora que singulas horas vel hystoriam texendo vel prophetando loquitur. Et quid per achaz auctorem horologii nisi scriptores ex in secundum testamenti signant. Sunt achaz interpretatur convertens. ut religiosam conversationem pharisei sufficiunt. Quid non per solem nisi intellectus exprimitur. Unde impii serunt esse dictum quia sol intelligentie non est ortus nobis. Reversus est ergo sol decem lineis in horologio per gradus quos descenderat. quia dum legis intellectus quem traditionibus phariseorum iam ad defectum appropinquabat ad eam intentionem est reductus quam in initio moyses habuit et prophete. Solem quippe illuc unde venerat reverti est spiritualem intelligentiam ad pristinum redire. ut quomodo intellecte sunt a moyse et prophetis sic intelligantur et a nobis non secundum carnalem phariseorum interpretationem quibus sol intelligentie iam occubuit et nox ignorantie mentes eorum operuit. Descenderat enim sol per decem lineas horologii et umbram in eis reliquerat. quia intellectus decalogi per iudeos declinaverat et umbra littere decalogum ipsum eis operuerat. Sed nunc umbra sole fugata est retrorsum decem lineis quia obumbrato decalogi id est veteris testamenti per spiritualem intelligentiam repulsa est. Notandum quod umbra linearum reverti in horologio retrorsum decem lineis per quas solem secundo descenderat. signum est ezechie. quia dominus adiecit super dies eius xv annos ac de manu regis assyriorum eruet eum et civitatem eius. quia in eo quod legis archana in passione domini revelantur evidenter innuitur quod de morte eius surrectura sit ecclesia. et princeps huius mundi nil in eo habeat. sed per eum omnes qui crediderunt salventur. Eundem enim signum salutis nostre est hor quod spiritualis intelligentia legis panditur nobis ut spiritualiter eam impleamus que carnaliter a iudeis impleri non potuit. Et per hoc dei filius esse ihesus declaratur quia in eius morte legis obscuritas removetur. Unde velum templi scissum fuisse describitur. et centurio dixisse quia vere homo hic filius dei erat. Require.

Scriptura ezechie regis iude cum egrotasset et convaluisset de infirmitate sua. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Quesivi residuum annorum meorum. Dixi non videbo dominum deum

ymnus

mitta inuentum· no aspiciam
hominem ultra et habitatorem
quietis· et cetera· Ezechias est
rex inde i· saluator noster· rex co
fessionis· quia si confitearis i
ore dominum ihesum· et in corde tuo
credideris· quia deus illum ex
citauit a mortuis saluus eris
Rex est inde i· confessionis· ut
omnis lingua confiteatur· quia
dominus ihesus est in gloria dei patris
Nam ut aperte monstraretur
esse rex iudeorum posuerunt in cruce·
super caput eius causam ipsius
scriptam· hic est ihesus nazarenus
rex iudeorum· Cum egrotatione fuit
infirmitate nostre in mortalitate
assumpsisse· ac de infirmitate eius
conualuisse ei fuit· ad gloriam
resurrectionis peruenisse· Scriptura
uero quia cum ezechias dedit
cum egrotasset et conualuisset
eam designat scripturam· quam
post resurrectionem suam dominus
per euangelistas et apostolos condidit
Cum quis caput est ecclesie· uoce
corporis sui inchoat loqui dicens
Ego quondam antequam uenirem
gratia· dixi in dimidio dierum meorum
uadam ad portas inferi· i· a mundi
exordio usque ad passionem redemp
toris· cum de hac uita migrauerunt
descendi ad inferos· Omnis enim ob
illuc descendebat· Et notandum
quod non ait· uadam ad proximum
inferni· sed uadam ad portas
inferi· quia iusti illuc descendentes
in superioribus locis absque tormen
to tenebantur· peccatores autem
in inferioribus puniebantur· Quia
uero a passione domini usque ad
finem seculi adhuc per maxima fi
erat ecclesia subiungit Quesiui
residuum annorum meorum i· spatium
temporis mei· quod super erat usque
ad mundi finem· rogaui· donari

michi· Hoc quod alias uoce ecclesie
dicitur· Ne reuoces me in dimidio
dierum meorum i· non me finias do
nec omnes dies meos in consumma
tione seculi compleam· Et qua
naturam me humanitatis dominus
assumpsit· uoce humani generis i
infernum sine spe descendens ait
dixi Non uidebo dominum deum
in terra uiuentium i· in celesti patria
quo uadam· et non reuertar
ad terram tenebrosam· et opertam
mortis caligine Non aspiciam
hominem ultra cum fuero immissus
tenebras· exteriores· quia nocte
dampnationis eterne tenebar
Nec habitatorem quietis iam ui
debo· sed inter eos qui in eternum
morabuntur· detinebor· Hec enim
propter peccatum meruit homo· Et co
dominus humanitatis me factus
particeps uoce eorum· qui propter
peccatum peribant in se suscepit
ut peccati remissione obtinens
peccatores a morte saluaret· Unde
et in psalmo causam nostram suscipiens
ait· Deus deus meus respice in
me quare me dereliquisti· Longe
a· m· u· d· meorum· Cum qui ple
bem iudeorum ex quibus carnem
assumpserat amisit· recte subiungit
Generatio mea ab· e· et conuolu
ta est a me· quasi tabernaculum pastorum
eius namque generatio ablata est
ei· quia iudeam perdidit· Et sicut
tabernaculum pastorum in uno fasciculo
conuoluitur· et ad igne deputa
tis abeuntibus· sic recedente
domino plebs illa conuoluta est
in congregationem omnius fastus
inlatam ut eternaliter ibi comburatur
Cuius plebis uoce subditur· Pre
cisa est uelut a texente uita mea
dum adhuc ordirer succidit me·
Loquitur enim dominus uoce iudaici populi·

quia per misterium assumpte huma
nitatis xxxiii annis eo factus est
ordia non iustus · ex fide uiuit
hic autem populus in aduentu domini
fidem · ex qua uiuebat amisit
precisa est inquit uita mea · i ·
fides mea est amputata · Que
scilicet uita · comparatur tele · que
texitur · quia fides illius iudeis
populi quibusdam incrementis pro
ficiebat · sicut tela · que dum te
xitur · Et quemadmodum tela duo
bus lingnis insita supraque rele
gata inuenitur ut texatur ita fi
des illius populi in humanitate et
diuinitate redemptoris tenebatur
ac proficiebat · precisa est ergo uita
eius · uelut si tela preciditur a
texente · quia dominus qui fidem
eius augere solebat · iusto iu
dicio precidit eam · Cum uidelicet
populus dominum adhuc crederet pre
cisus est · quia quando fidei uitam
perdidit adhuc inchoabat · Vnde
et apostolus improperat eis dicens
Cum deberetis magistri esse · propter
tempus rursus indigetis ut
uos doceamini · que sint elemen
ta exordii sermonum dei · et facti
estis · quibus lacte opus sit non
solido cibo · Omnis enim qui lactis
est particeps expers est sermonis
iusticie · paruulus enim est · Adhuc
ergo populus ille credebat · i · inci
piebat · quando succisus est · Nichil
enim ad perfectum adduxit lex ·
Rursus uoce electe partis eiusdem
populi subicitur · De mane usque adue
speram finies me · et assumpcionibus
subintelligitur dicit eis enim bis
supinus autem dixit · sequentur subintel
ligi potest · in sequentibus · Cum
uero mane · nisi tempus illud
dicit · quo populus ille uel per abra
ham uel per moysen cepit deum
cognoscere · et quid per uesperam
nisi occasum solis iusticie · i · pa

ssione domini intelligat · dixit
itaque populus hebreorum · quia de
mane usque aduesperam finies
me · qui se religiose uicturum pro
phetauit ab inicio date legis
usque ad passionem domini · Cotti
die enim finitur cum ob amorem
patrie celestis ab amore presentium
magis magisque deficit et desideria
carnis extinguit secundum illud
apostoli · Semper mortificationem ihesu
in corpore uestro circumferentes
ut et uita ihesu christi · in corpore uestro
manifestetur · Semper autem nos qui
uiuimus in mortem tradimur propter
ihesum · ut et uita ihesu manifestetur
in carne nostra mortali · Nam et
subuecto testamento sic uiuebat
non multi · Deinde per ea uoce duas
adiungit Sperabam usque mane
i · et spectabam resurrectionem · secundum
illud Caro mea requiescet in
spe · Mane enim horam resurrec
tionis appellat · Nam de uespera
qua premisit · et de isto mane
scriptum est alias · Aduesperum de
morabitur fletus · et ad matutinum
leticia · fleuerunt enim discipuli mo
riente domino · sed eo resurgente
letati sunt post multiplicem
itaque uocum narratione in hunc
usque sequentur terminatam personas
loquentium · iam diuinus ecclesie
uox in his que secuntur perseue
rat · Subiungit enim · Velut leo con
triuit omnia ossa mea · et ceteri
in ossibus quippe · est fortitudo
corporis · Et que sunt ossa huius
sacri corporis · i · ecclesie · nisi apostoli
ornasi ergo si conterat leo cuius
quam ossa · quem deuorat sic con
triuit sathanas tempore dominice
passionis ossa ecclesie · quia tunc
omnium apostolorum mentes confregit
et constantiam eorum contriuit
Sed hoc penitus cito preterijt
ut ecclesie reliquia usque ad resu

macionem secli perduraret. Conse
quens enim loquitur de mane usque
ad vesperam finies me. Nam ma
ne sicut et supius horam resu
rectionis divine appellat, vesperam
vero finem mundi. Et de mane usque
ad vesperam finitur, quia tempore
resurrectionis domini usque ad mundi
finem carnem suam crucifigens cum
viciis et concupiscentiis, apo
stolum imitatur dicentem: Cotti
die morior. Et adiungit: Sicut
pullus hyrundinis clamabo,
meditabor ut columba. Cla
mabo inquit ut pullus hyrun
dinis, scilicet qui natus clausos habet
oculos usque ad diem octavum
et clamat propter cecitatem et fa
mem. Sic enim homo in huius
vite cecitate natus usque ad diem
novissime resurrectionis positus
in tenebris et egestate clamare
iugiter debet pro hiis ad deum et
compunctioni studens meditari
ut columba, que pro cantu gemit
assidue. Postquam vero in istis et
cetera vel quelibet sancta anima di
vinis ita clamavit et medi
tata est, subsequitur dicens: At
tenuati sunt oculi mei suscipi
entes in excelso. De secularibus
enim curis et cogitacionibus infimis
crassitudine quadam hebetatur
oculus cordis, sicut de quibusdam
dicitur: quia incrassatum est cor
populi huius. Cum enim vero terrena omnia
mente transcendit et cogitaciones
suas sublimat mundans, celestium
contemplacione desideriorumque pa
scitur, huius oculi in excelsum susci
pientes attenuantur. Sic enim oculos
attenuari suos Job volebat cum
diceret: Spiritus meus attenuabitur.
Bene ergo dicat ecclesia contem
placioni superiorum intenta quia
attenuati sunt oculi mei suscipi
entes in excelso. Sed ab altitudine

contemplacionis rediens ad con
sideracionem malorum que inferius
tollerat subiungit obsecrando:
Domine vim pacior, responde pro
me. Et intra se cogitando ad
dit: Quid dicam aut quid respon
debit michi cum ipse fecerit. Domine
inquit vim tribulacionis pacior,
responde tibi pro me, quia non
valeo respondere tibi, cum scriptum
sit: O homo tu quis es ut respon
deas deo. Responde ergo pro me et causam
meam contra severitatem iusticie
tue misericordia defende, ut vim
afflictionis quam iuste pacior ad
nere possis pro racione iusticie. Quid
enim inquid dicam deo meo. Ac
si dicat: Si iustificare me voluero
os meum condempnabit me. Si
innocentem ostendero, pravum me com
probabit. Aut quid respondebit
michi cum ipse fecerit, id est quia racionem
michi reddet de hiis que pacior
cum ipse sit conditor meus qui
me vel affligit vel affligi permittit.
Qui enim me benigne condidit
nequaquam iniuste cruciari per
mittit. Sed est quod michi hec salu
briter agam: Recogitabo omnes
annos meos in amaritudine a
nime mee, id est ad memoriam revo
cabo omne tempus vite mee
transactum et omnia deflebo que
me male egisse recognovero.
Domine sic vivitur et in talibus
vita spiritus mei. Inpenitenti vita sit
vivitur ut supra dixit de se, id est dolo
res et afflictiones paciendo. Nos
enim qui minimo afflictione pre
mimur et ei qui nos affligit re
spondere non possimus. Et in talibus
doloribus est vita spiritus mei, id est vi
ta qua spiritus huius virtutibus cosert.
Vel sic vivitur vera vita id est recogi
tando cum amaritudine penitencie
de preteritos annos. Et in amari
tudinibus talibus et recordacio
nibus est vita spiritus mei, quia per
penitenciam reviviscit anima que
in peccatis mortua erat. Bene

mitalibus afflictionibus cruciatus
nimia spiritus mei. quia tanto uehementius
minuit spiritus meus quanto fortius
caro crescit. Vnde et additur
Corripies me et uiuificabis me
Corripies me flagellando exte
rius et per hoc uiuificabis me in
terius ut dicere possim. Quia ca
stigans castigauit me dominus
et morti non tradidit me. Hec lo
quitur ecclesia uel quilibet iustus
cum paulo glorians in tribulationibus.
Sed qui sic corripi desiderat. Vi
deamus quid agat ubi correptio
foris cessauit. Subiungit Ecce
in pace amaritudo mea amari
ssima. In pace enim est amaritu
do electorum amarissima. quia qui
semper in amaritudine cordis sunt
tunc uehementius amaritudine
replentur cum nichil aduersitatis
corporis patiuntur. Sed quid per hanc
correptionem et amaritudinem me
ruerint sequitur. Tu autem eruisti
animam meam ut non periret. i. ab
imminenti periculo dampnationis
eterne saluasti. Et quomodo eam
a periculo mortis eruisti. Sequitur. Pro
iecisti post tergum tuum omnia pe
ccata mea. i. a conspectu tuo aufe
rens in hiis que retro sunt. et
reliquisti ut iam in antiolibus
i. in sui tuis seculis non uideantur.
Sequitur. Quia non infernus con
fitebitur tibi neque mors lauda
bit te. Non expectabunt qui descen
dunt in lacum ueritatem tuam. Viu
ens uiuens ipse confitebitur tibi sicut
et ego hodie. pater filiis notam
faciet ueritatem tuam. Quasi diceret animam
meam a morte eruens. dum pec
cata dimitteres michi comprobasti
quia infernus non confitebitur
tibi. i. hiis qui in inferno sunt per
confessionem peccatorum non dabitur
iam remissio. Neque mors lau
dabit te. i. qui nulla morte sunt
et qui semel in lacum perditionis
illius descendunt iam ueritatem
doctrine tue non expectabunt.
cognoscere quia nimia stulticia
consumpti sine remedio perieru
nt. Vel certe ueritatem promissi
onis tue non expectabunt. quam
expectant electi. Infernus autem
et mors non confitebuntur. Sed ui
uens ipse confitebitur tibi. i. dum
in presenti seculo quisque uiuit habet
potestatem confitendi peccata sua.
sicut et ego. dum adhuc hodie
uiuo confiteor. Et illi qui descen
dunt in lacum non expectabunt
ueritatem tuam. sed pater. quisque
spiritalis. notam faciet ueritatem
tuam filiis suis. quos in xpo ihesu
per euangelium genuerit. In hac enim
uita locus est non descendendi non
in inferno et hic locus est peccata
confitendi atque purgandi hucu
sque dominus noster corporis sui lo
cutus est. Sed post hec uoce
ipsa loquitur. Ezechiam dicens
Domine saluum me fac. i. resu
scita me tamquam membrorum
suorum uoce subiungit. Et psalmos no
stros cantabimus cunctis diebus
uite nostre in domo domini. i. in
ecclesia permanebimus in psalmis
et ymnis et canticis spiritali
bus cantantes et psallentes deo
in cordibus nostris. Hoc enim a re
surrectione domini fideles agunt
ubique. Et hic est ordo ecclesie precan
tantis in psalmo. Domine saluum
fac regem. et exaudi nos in
die qua inuocauerimus te. Nam
quod ibi dicitur. domine saluum fac
regem. hoc est quod ipse rex ait hic
domine saluum fac regem me
et quod ibi sequitur. Et exaudi nos
in die qua inuocauerimus te. Hoc
loco subdit. Et psalmos nostros
cantabimus cunctis diebus uite
nostre in domo domini. Terminatur
itaque oratio regis ezechie.

Sequitur in narratione prophetica
Et iussit ezayas ut tollerent
massam de ficis et cathaplaz-
marent super vulnus et sanaretur
Dominus autem moysi dicit. quasi
uvas in deserto inveni israel quasi
prima poma ficulnee. Et Iheremi-
as visione quidam refferens
ait inter alia Calatus unus
ficus bonas habebat nimis
ut solent esse ficus primi temporis
Et subiungit dominum dixisse
Sicut ficus hec bone. sic cog-
noscam transmigrationem iude. quam
emisi de loco isto in terram chal-
deorum in bonum. et ponam oculos me-
os super eos ad placandum
Quid ergo per massam ficorum de-
signatur. nisi multitudo electorum
dulcis et suavis. Quid itaque
est quod super vulnus ezechie ponitur
massa ficorum. nisi quod dominus re-
demptor in cruce pendens
lancea vulneratur. eternam pro-
tenore meretur. Unde paulus
ait Fregerat caritatem dei quam
agnoscunt sagione suo. Vul-
neratus igitur agnoscunt caritatem
quod est massam ficorum esse vul-
neri suppositam. et cathaplaz-
mata est massa de ficis super
vulnus. quia in istorum caritate glu-
tino caritatis adheret dominice
passioni Et autem massa hec
super vulnus est cathaplazma-
ta. sanatus est rex. quia postquam
xpistus patiendo agglutinavit
sibi multitudinem electorum qui
unum bonum sunt. calcata morte
surrexit. iam non resurgens in cor-
ruptionem Sanatus est enim quia
gloria resurrectionis indutus est.
Sequitur Et dixit ezechias quod
erit signum. quia ascendam ad
domum domini Cum hec dixisset
rex. ezayas respondit ei quod
supra positum est. voce domini
Hoc erit tibi signum a domino quod
faciet dominus verbum hoc quod locu-
tus est Ecce ego reverti faciam
umbram linearum retro. Ezechias
ascensurus erat in domum domi-
ni quia xpistus a mortuis resurgens
ascendit in illam eternitatis do-
mum ubi nunc sedet in dextera dei
patris Eo huius ascensionis
fuit signum. quod decem lineis
sol reversus est. quia dominum in
eius morte et resurrectione pate-
fieret archana legis. datum est
evidens indicium. quia ipse eos
quoque celorum reseratus erat. Nam
neque lege neque celum aperire
poterat. nisi filius et virtus qui
hic clavem david. qui aperit et
nemo claudit. claudit et nemo
aperit. post cuius ascensionem
quia gentes ad fidem venirent.
bene subditur

In tempore illo misit me-
rodach. beladan. rex ba-
bilonis libros. et munera
ad ezechiam Audierat enim
quod egrotasset. et convaluisset
Quid enim merodach. qui interpreta-
tur amara arrogantia vel amaritudinem
inmittens. nisi reges sapientie se-
cularis designat. qui postquam cor de
sua sapientiam assumpserat nimiam
arrogantia. et sequacibus suis in-
mittebat amaritudinem arrogantie
vel sapientie sue. Verum et beladan cog-
nominatur. quod dicitur venit sibimet
indicans. quia sapientes seculi ad
hoc venerunt. ut sibimet indicates
prescrirent sua bona. que erant aliorum
de quibus recte dicitur aut omnes
qui sunt venerunt fures sunt et latro-
nes. atque filius beladan est. iste
merodach. quia hii qui desipi-
entibus mundi crediderunt. ex
doctrina veterum sapientium erant
primogeniti Rex quoque babilonis

z 9

z 9

a· confusionis dicit^r fuisse· mero
dach· quia sapientes seculi prīci
pes erroris sunt· Hic ergo mero
dach· misit ad ezechiā· i· ad xp̄m
libros doctrine sancte· et munera
bonorum operum· Multi enim ex sapi
entibus gentium· conuersi libros
optimos scripserunt· et munera
sue deuotionis obtulerunt xp̄o
sicut iustinus philozophus et
ariopagita dyonisius· et augu
stinus aurelius· Audierat enim
p apl̄os· iste moradach· quod eze
chias egrotasset· et conualu
isset· i· xp̄us infirmitate nr̄e mor
talitatis assumpsisset· et ad im
mortalitatis gloriam peruenisset
Sequit^r Letatus ē ezechias
sup eis· et ostendit eis cellā
aromatum· et argenti et auri· et
odoramentorum ē vngenti optimi
et oms apotechas supellectil
sue· et vniuersa que inuenta sunt
in thezauris eius· Letatus ē xp̄s
sup conuersis gentibz· et ostendit
eis cellam aromatum· i· introdu
xit eos in cellam· que referta
ē aromatibus virtutum· ornu
cella est et argenti· i· diuini
eloquii· atque auri· i· supne sa
pie· et odoramentorum· que sunt
orones scōrum· et vngenti optimi
i· vnctionis sp̄us sc̄i· Vngentum
enim optimum est sp̄us scūs· quia
perunxit ihm̄ nazarenum· quo
vnctus enim sp̄u sc̄o deus apote
ca no grece· latine dicit^r repoi
tom̄ vel reconditorium· Quid at
supellex ezechie designat· nisi
virtutum ornamenta· et operum bo
norum instrumenta varia· Quid
ergo p apotechas supellectil
eius nisi congregationes fidelium
intellige debemus siue mentes eorum
vbi recondita ē multimoda v
tutum supellex· deinde quod p par
tes describat· generalit addingens

vniuersa que inuenta sunt in
thezauris eius· Omnia bona que
aperat· Et tunc hec ostendit xp̄s
conuersis gentibus· Sequit^r Non
fuit verbum quod non ostenderet
eis ezechias in domo sua· et
omni ptate sua· Domus eius est
ecclesia· ptas eius est regna diuit
data ē ei omnis ptas in celo et
in terra· Non fuit ergo verbum quod
non ostenderet eis in domo sua et ioi ptte
sua quo omnia que sunt in ecclesia vel
in celo et in terra· .... nec ei no
sse debet pietatis· xp̄iane religi
onis· manifestauit eis· sicut
ait· Vos aut dixi amicos· quia
quecunque audiui a patre meo·
nota feci nobis· Sequit^r Introiit
aut ezaias p̄pha ad regē ezechi
am· et dixit ei· Quid dixerunt
viri isti· et vnde venerunt ad te
Vocatis ad fidem gentibus· i· ta
mit ezaias· i· sermo p̄pheticus
ad ezechiam· i· ad xp̄m· locutus
de eis· quia tunc in eorum morib
impleri cepit· quod de eorum conuersa
tione dudum fuerant locuti p̄phe
de quibus qui de ignotis intragat·
quia p̄phe velut incognitos ha
bebant gentiles quibus p̄ncia
lit non loquebant^r· Sequit^r· Et
dixit ezechias· De terra longinq
venerunt ad me de babilone· longe
erant gentiles adeo in babilone
i· diuini in confusione erroris ib
late morarent^r· Vnde fert^r adole
scentior· e duobus fratribz· ac
cepta portione substancie abiisse
in regionem longinquam· et ibi omni
substancia sua dissipasse viuend
luxuriose· sed tandem aliquando
surgens redisse ad patrem sum
venerunt igit^r de terra longinq de
babilone gentiles· qui conuersi
sunt ab antiquis erroribz ad d(eu)m
Sequit^r Et dixit/ Quid viderunt
in domo tua· Et dixit ezechias·

Omnia que in domo mea sunt
viderunt Non fuit res qua non
ostenderim eis in thesauris meis.
omnia que sunt in domo domini
que videlicet viderunt tunc isti genti
les et agnoverunt atque diligenter
instructi sunt de omnibus Non
fuit res in thesauris eius qua
non ostenderit eis quia omnes ait
divitias et virtutum opes mani
festavit eis. Sed iam videmus
atque gemimus ex magna parte
completum quod sequitur et dixit
ad Ezechiam Ezaias Audi verbum
domini exercituum Ecce dies veni
ent et auferentur omnia que in
domo tua sunt et que thesauri
zaverunt patres tui usque ad diem
hanc in Babilonem Non relinquetur
quicquam dicit dominus Dies veni
unt atque iam ceperunt. De quibus
ait apostolus quia in novissimis die
bus instabunt periculosa tempora
et erunt homines seipsos ama
tes. cupidi. elati. superbi. blasphe
mi. parentibus non obedientes
ingrati. scelesti. sine affectione
sine pace. criminatores incon
tinentes immites. sine benignitate
proditores protervi. tumidi. vo
luptatum amatores. magis quam
dei. habentes quidem speciem pie
tatis. virtutem autem eius abnega
tes. Quorum igitur ad multitudine
huiusmodi pseudo christianorum aufe
rentur in diebus illis spiritualia in
Babilone omnia que sunt in domo
domini Neque enim de infidelibus
loquitur apostolus hec omnia. sed de hiis
potius qui dicuntur christiani. De quibus
et dominus ait Verumtamen veniens
filius hominis putas inveniet
fidem super terram Quid ergo mirum
si omnia que sunt in domo domini
dicuntur in Babilone tollenda cum
ipse dominus in adventu suo vix
inventurus sit fidem super terram.

Nec tamen ita dicendo negamus
non nullos tunc sanctissimos
fore iustos Sed de eorum multitudine
loquimur. De quibus scriptum est
Quoniam habundavit iniquitate
refrigescet caritas multorum Omnis
ergo paucis iustis. de reproborum
copiosa que tunc habundabit
multitudine sermo est cum dicitur
quia tollentur in Babilonem omnia
que sunt in domo Ezechie id est in illa
plebe christiana videlicet aroma
ta virtutum et flagrantia opini
onis optime. et argentum divi
ni eloquii et aurum celestis pre
sapie. et odoramenta orationum et
cetera superius descripta patres
cuius domini prophete vocantur et
patriarche qui thesaurizaverunt in
domo sua eius usque hodie the
sauros morum bonorum et sapientie
quia per eorum facta et dicta spiritua
libus divitiis repletur ecclesia Sed
omnes hii thesauri post paucos
dies auferentur in Babilonem
id est in confusionem quia pauci ex primis
omnia minoris hominis bona du
centur captiva Non relinquetur
quicquam dicit dominus quia ille
pestifer omnia corrumpet et destruet
Sed hiis de dampno morum premissis
de captivitate fidelium subiungitur
et de filiis tuis qui exibunt
de te quos generabis tollent et
erunt eunuchi in palacio regis
Babilonis Non ait omnes filios
tuos tollent Sed de filiis tuis
tollent Ubi satis apparet non
omnes tunc fideles seducendos
esse Omnes enim christiani sunt filii
eius sicut ipse demonstrat cum
dicit Numquid possunt filii sponsi
ieiunare quamdiu cum illis est sponsus
et bene dicitur qui exibunt de
te quia secundum apostolum membra sumus de car
ne eius// de hiis ergo filiis non //et de ossibus eius
nullos tollent predicatores antichristi

et faciunt eos eunuchos esse . i.
absque meritis militare in palacio
regis babilonis . continua princip
tumque seculi . qui est sathanas Eu
nuchus namque est qui meritis
milicie qua spirituales filios gig
nere predicando deberet amisit
Unde per moysen dicitur quia non
intrabit eunuchus attritis vel
amputatis testiculis . et abscisso
veretro ecclesiam domini . Atteruntur
enim testiculi eius . cum eius interna volu
ptas adversis comminuitur . Amputantur
vero testiculi eius . cum veretro cum
spiritualia quibus per evangelium filios
generare posset aufferuntur . Et quamque
talis est intrare non valet ecclesiam
domini supernam . quia soli ingrediuntur
electi . Recte itaque dicitur quia de
filiis tuis qui exhibunt de te
quos genuisti tollent . Et erunt
eunuchi in palacio regis babilo
nis . Quoniam abeuntes retro in milia se
ducuntur ex christianis . et eunuchi ad
herebunt obsequio regis intime
confusionis . Sequitur . Et dixit e
zechias ad ysayam . Bonum verbum
domini quod locutus es . Bonum est ut
multitudo reproborum que modo gra
vat ecclesiam . toti pauci christi se
parentur abeclesiis . Sequitur . Et dixit
fiat tamen pax et veritas in diebus
meis . Dierum nomine signanter solet
electorum conversacio . Salomone di
cente . Iustorum autem semita quasi
lux splendens procedit . et crescit
usque ad perfectam diem . Econtra sunt
ergo dies ezechie . i. christi . in sit elec
tis eius quibus ait apostolus . Fui
stis aliquando tenebre . nunc autem
lux in domino . Fiat ergo pax in
diebus istis ut sit inter pax
hominibus bone voluntatis . ne
spiritualiter expugnentur a rege ba
bilonis . et capiuntur . Fiat in
eis et veritas . ne sint decepti

quibus per antichristum . deus inmit
tet operacionem erroris ut credant
mendacio . sicut ait apostolus . eo quod
caritatem veritatis non receperunt ut
salvi fierent . Licet enim iusti per
secucionem foris paciantur . semper
tamen est in eis pax . quo in eis
audire merentur . pax dei que exsu
perat omnem sensum custodiat
corda vestra . et intelligencias ve
stras in christo ihesu . Econtra enim corda
et intelligencias . pax dei custodit
in christo . In hiis recte pax fieri dicitur
quos a pace dei nulla impugna
cione hostili separantur . Et in hiis
tantum fit pax . quia non est pax
impiis dicit dominus . Veritas quoque
fit in eis . dum veritate facientes
in caritate crescunt in illo per omnia
qui est caput christus . Sed quoniam in
sua de spirituali captivitate fidelium
predicta sunt apte subiungitur
electorum consolacio . cum dicitur .

Consolamini consolamini ple
bs meus dicit deus vester
Loquimini ad cor ierusalem et
avocate eam quoniam completa est
malicia eius dimissa est iniquitas
illius suscepit de manu domini
duplicia pro omnibus peccatis suis .
Considerans enim dominus ab eo
minacione desolacionis illius
novissime que per antichristum fiet
a bimitro mundi usque modo neque
fiet possunt tamen licet super ad
ventum domini convenient intelli
gi . precipua namque consolacio
populi dei fuit adventus christi . que
cognito patribus primitus cepit
multis . scilicet earum desideratus
fuerat . Unde senex ille symeon
erat expectans consolacionem
israel . et responsum acceperat a
spiritu sancto non visurum se mortem
nisi videret christum domini . Et ante .

ergo consolatione est. que per ad
uentum xpm futura erat. offert
propheta noster eidem populo dicens.
Consolamini consolamini popule meus
dicit dominus deus uester. Atque sub
iungit dicens ad apostolos. loquimini
doctores uerbi .i. doctores plebis in
corde blande et racionabiliter ad pe
nitentiam dirigite uestros cohortan
tes eam. Et aduocate eam ab
infidelitate ad fidem. auctorita
te admonitate. Quoniam completa
est malicia eius. occidendo sal
uatorem. et post dimissa est iniquitas
illius credendo in eum. Ut autem
intelligamus quod sequitur. Suscepit
de manu domini duplicia pro omnibus
peccatis suis. meminerimus in hoc
corpore corruptibili. quod aggrauat
animam. uita nos miseria uincere.
Sed quia iam redempti per redemptorem
atorem sumus. et spiritum sanctum pigno
accepimus. beatam uitam in spe ha
bemus. et si rem ipsam non dum
tenemus. Spes autem que uidetur
non est spes. Quod enim uidet quis.
quid sperat. Si autem quod non uidemus
speramus. per pacientiam expectamus.
In malis autem que quisque patitur
non in bonis que fruitur opus est
pacientia. Hanc ergo uitam de qua
scriptum est. Numquid non temptacio
est uita humana super terram. in qua
cottidie clamamus ad dominum
libera nos a malo. cogitur homo
tollerare etiam remissis peccatis.
quamuis ut in eam ueniret misci
am. primum fuit causa peccatum. prolixior
est enim pena quam culpa. ne parua
putaretur culpa. si cum illa fi
niretur et pena. Hac propter uel ad
demonstracionem debite miserie. uel
ad emendacionem labilis uite. uel
ad exercitacionem. necessarie patie
tie. temporaliter hominem detinet pe
na. etiam quem iam ad dampnacionem

sempiternam reum non detinet
culpa. Hunc itaque cum dictum
esset dimissa est iniquitas illius
subiunctum est. quo suscepit de ma
nu domini duplicia pro omnibus
peccatis suis. quia dum peccaret
et postquam peccare desiit afflic
tionem penitus uite sustinuit.

Vox clamantis in deserto
parate uiam domini. rectas
facite in solitudine. se
mitas dei nostri. Inter
rogatus iohannes baptista. quis esset
respondit. Ego uox clamantis
in deserto. dirigite uiam domini
sicut dixit ysayas propheta. Iohannes
ergo uox dicitur. quia uerbum pre
cedit. Sicut enim cursu nostre locu
cionis cognoscimus. uox autem so
nat ut uerbum post modum posset
audiri. Aduentum itaque domini
preueniens iohannes uox appellatur.
quia per ministerium illius uerbum
patris auditur. Verbum est ipsa co
gitacio que adheret intra secreta
consciencie retinetur. uox uero sono
index cogitacionis. Verbum ergo
dicitur esse. quod intra animum sile
tur mente concipimus. uox autem
per quam uerbum proferimus. Verbum
etiam est tacita. que per uocem auditur.
Sicut igitur qui uerbum corde concipi
mus. necessaria est uox qua quasi
uehiculum uerbi. et licet ipsum uerbum
per uocis sonum ad alium transferatur
tamen ad mentem etiam in nobis
manet .i. sit clausum a loquente
transfertur. ut tamen in sua sede te
neatur. ita omnipotens pater innotescere
nobis uolens sapientiam. et uerbum
quod in principio erat deus apud deum
sicut ipse ait. eructauit cor meum
uerbum bonum. beatum iohannem quasi
uocem per quam ad nos uerbum suum
proferret assumpsit. et uerbum illud
de illa celesti sede sic ad nos descendit

ut tamen in profundo patrii peccatoris maneret terrena instantius et celestia non relinquens. Bene itaque Iohannes vox dicitur, quia eius inchoante preconio sacramentum redemptionis humane sicut dudum cepit audire mortalitas. In deserto ergo vel in solitudine clamat, quia derelicte et destitute Iudee solatium sue salutis annuntiat. Vel per desertum et solitudinem designari potest destituta bonis. Vacua enim timore dei peccatorum deserto squalentis heremi comparatur. Clamat ergo Iohannes in deserto dicens: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Quia multos filiorum Israel convertit ad dominum deum ipsorum, precedens ante illum parare domino perfectam plebem. Et nobis adhuc precepit ut in medio nationis prave et perverse, id est inter iniquos, cum quibus degimus, viam in nobis ipsis domino paremus. Bene iuncta est quod ait: Si quis diligit me, sermonem meum servabit et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Potest per viam actio designari et per semitas cogitationes. Precepit igitur nobis: Parate viam domini et rectas facite semitas eius, quatinus et actione conversationem nostram et intimas mentes nostre cogitationes ei spiritaliter venienti paremus. Vel etiam predicatoribus iubet predicare: Parate viam domini. Parat enim viam domini qui mentibus audientium gloriam eius predicat, ut tales et ipse post veniens per amoris sui presentiam illustret.

Parat quisque rectus predicator viam domini, quo verba exhortationis premittit atque perfectius in mente suscipitur. Sequitur: Omnis vallis exaltabitur et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa et aspera in vias planas. Quid hoc loco vallium nomine nisi humiles et quid montium et collium nisi superbi homines designantur? In adventu igitur redemptoris valles exaltate, montes vero et colles humiliati sunt, quia iuxta vocem eius omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Prava autem directa fiunt cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitie regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur, cum immites atque iracunde mentes per infusionem superne gratie ad lenitatis mansuetudinem redeunt. Quando verbum veritatis iracunda mens non recipit, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam predicator invenit, ubi prius pro asperitate itineris pergere, id est predicationis gressum ponere non valebat. Huius de primo adventu salvatoris dictis, mox de secundo subditur: Et revelabitur gloria domini et videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Tunc enim revelabitur gloria domini, quia videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maiestate. Nam quia omnis caro accipitur omnis homo. Tunc revelata

gl(ori)a d(omi)ni. videbit omnis caro
pariter q(uo)d os d(omi)ni locutu(m)
est. q(u)ando ap(er)tis celis. ministra
tibus angelis. consedentibus
ap(osto)lis in sede maiestat(is) sue (christu)s
apparuit. Tunc o(mn)es electi et
reprobi pariter videbunt. ut
et iusti de munere retributionis
sine fine gaudeat. et i(n)iusti
in ultione supplicii p(er)petuo ge
mant. Videbit itaq(ue) omnis ca
ro .i. omnis homo pari(ter) q(uo)d
os d(omi)ni locutu(m) e(st). de gl(ori)a s(an)c(t)or(um)
et dampnatione malor(um). Seq(ui)t(ur)
Vox dicentis clama. Et dixi
q(ui)d clamabo. Omnis caro
fenu(m). et omnis gl(ori)a eius q(ua)si
flos agri. Exsiccatu(m) e(st) fenu(m)
et cecidit flos. v(er)bu(m) aut(em) d(omi)ni
manet in et(er)nu(m). Vox inquit
audita e(st) d(omi)ni dicentis ad
me. Clama. et dixi. q(ui)d cla
mabo. Et ait. Omnis caro fe
nu(m). fides p(ro)ph(et)e p(ro)bat(ur). cui a(d) illo
clama inquit d(omi)n(u)s. et p(ro)ph(et)a
q(ui)d clamabo. Atq(ue) d(omi)n(u)s
Omnis caro fenu(m). vide iubet
imp(er)ii. obtemperantis obsequii.
interrogatis affectu obsequit(ur)
oraculu(m). Credit e(ni)m q(ui) q(uo)d cla
maret exposcat. et q(uo)d crederet
p(ro)phetauit. Antequa(m) no(bis) (christu)s ue
nisset. q(ui) nobis gl(ori)am vite
altius innotuit. putabat(ur) aliq(ui)d
esse. gl(ori)a hui(us) s(e)c(u)li. vita car
nis mortalis. Sed p(ro) eo dicit(ur)
q(uam) fragilis (et) caduca sit.
Unde i(n)nu(i)t vates. postq(uam) eius
adventu(m) annunciauit. clamare
iubet(ur). q(uia) omnis caro fenu(m)
et omnis gl(ori)a eius q(ua)si flos agri.
Et q(ui)d(e)m caro dicit(ur) fenu(m). q(uia)
velocit(er) ab hac vita succedit(ur)

et arescit. Sicut fenu(m) viri
ditate(m) habet nascendo. et de
core pullulando. s(ed) abscisu(m)
siccat(ur). et in pulvere redigit(ur).
ita caro mortalis in p(ri)ncipio ua
nitat(is). (et) in iuventute viret. s(ed)
ta(m)en p(er) morte(m) abscisa fuit. pul
vis efficit(ur). Brevis quoq(ue) t(em)po
ris eius gl(ori)a demonstrat(ur) cu(m)
addit(ur). q(uia) omnis gl(ori)a eius
q(ua)si flos agri. Inquo(rum) q(uo)mp(ro)p(te)r
gl(ori)a flori feni u(e)l agri compa(ratur).
q(uia) carnis gl(ori)a d(omi)ni(?) mite
cadit. du(m) ap(u)d se extollit(ur)
repentino intercepta fine t(er)mi
nat(ur). Nam flos feni (et) odora
(m)en delectat. et visu s(ed) citissi(m)e
gl(ori)am sue venustat(is) (et) sua
uitatis amittit. Ideoq(ue) t(em)p(or)e
citissime p(ro)p(ter) carnaliu(m) fe
licitas assimilat(ur). que nil
la(m) eius(?) co(n)tinua valet. Ex
siccatu(m) e(st) fenu(m) (et) cecidit flos
q(uia) carnaliu(m) decor t(em)p(or)aliu(m)
in fine consumit(ur). Q(uia) sp(iritu)s
d(omi)ni sufflauit in eo .i. sententia
districti iudicis. vita carnis
q(ua)si viriditate feni. arefaciet. Vere
fenu(m) e(st) p(o)p(u)l(u)s. quoniam ta(m)q(uam)
fenu(m) velocit(er) arescit. V(er)bu(m) a(u)t(em)
d(omi)ni .i. (christu)s manet in et(er)nu(m) i(n)
ea carne qua suscitauit. Q(uo)d(?)
aut(em) p(re)dicatores eius int(er) eos q(ui)
fenu(m) sunt age(re) debeat. audia(n)t(ur)
Seq(ui)t(ur). Sup(er) monte(m) excelsu(m) a
scende tu q(ui) euangelizas Syon. Ex
alta in fortitudine voce(m) tua(m)
q(ui) euangelizas ier(usa)l(e)m. Exalta no
li time(re). dic ciuitatibus iude
Ecce deus vester. sup(er) monte(m)
excelsu(m) ascende tu (et) q(uo)mu(n)e(m)
terre(?) ho(m)i(num) conu(er)sacio(n)e(m) subli
mitat(e) transcende ut ab infimis
cogitacionib(us) ad sup(er)na desideria

et alternis actionibus utrumque
exercitia conscendens. aliis ex-
emplum appetendi sublimia
prebeas. tu qui euangelizas syon
i. speculam prudentie contemplationis
contra singulorum aduentum uiciorum
ex alta in fortitudine robusti
operis uoce. tu predicatoris que
euangelizas iherusalem i. uisione illius
pacis superne exalta in libertate
tem uocem tuam. noli timere aduer-
sarios. quia cito ueniet pax
quam annuncias. Dic ciuitatibus
iude i. ecclesiis catholice confessi-
onis. Ecce deus uester iam mox
ueniet. dare uobis uisionem pacis
sempiterne. qui corporaliter pro iusticia
pugnauit. unde et additur. Ecce
dominus deus in fortitudine ueniet
et brachium eius dominabitur. Ecce
merces eius cum eo. et opus
illius coram illo. In magna for-
titudine ueniet dominus. et bra-
chium eius i. uirtus eius dominabitur.
quia cum uenerit filius hominis
in maiestate sua et omnes angeli
eius cum eo. tunc sedebit super
sedem maiestatis sue. et congre-
gabuntur ante eum omnes gen-
tes. Ecce merces eius cum eo.
quia tunc dicet hiis qui a dex-
tris eius erunt. Uenite be-
nedicti patris mei. possidete
regnum quod paratum est uobis
a constitucione mundi. et opus
illius i. opus mercedis erit
coram ipso. quia pensabit et ex-
aminabit opus cum tanta mer-
cedem restituet. Esuriuigens ex
sitiui enim et dedistis michi
manducare. et cetera. Uel opus
eius i. genus humanum quod ipse
condidit. erit coram eo. quando sic
dictum est. Congregabuntur
ante eum omnes gentes. Omnes

enim nos manifestari oportet ante
tribunal christi ut referat unusquisque
quisque propria corporis prout gessit si-
ue bonum siue malum. Sequitur. Si-
cut pastor gregem suum pascet
in brachio suo congregabit
agnos et in sinum suo leuabit
fetas ipse portabit. Inter homines
dominus corporaliter conuersans gre-
gem omnium suarum pauit. Sicut
pastor dicens. Ego sum pastor
bonus. et cognosco meas et
cognoscunt me mee. Pauit gre-
gem suum predicatione sua et
corpore ac sanguine suo adhuc
pascet. enim non cessat. Nam et
agnos i. mansuetos et innocen-
tes. ac simplices. in brachio
uirtutis sue congregauit et con-
gregat. atque complectendo por-
tat. et in sinum pietatis sue
fouens. et protegens leuat
atque fetas oues. que propter fili-
os in finito sunt. eleuat. precipue
i. scos doctores. qui eis quos
spiritualiter genuerunt dicunt
facti sumus sicut paruuli in
medio uestrum. tamquam si nutrix
foueat filios suos. quos iterum
parturio donec formetur. et propter
maternum affectum. et caritatis
in specie misericordie que in summa
conceperat. Portat igitur fetas. quo-
cumque pensionem pietate sustentat
et sustollit. atque producit. quam
misericordit in firmant. ut in
finibus lucem faciant. Tunc enim
uere impletur quod scriptum est.
quia uirtus in infirmitate perficitur.
Sed iam libelli terminus fine
faciamus ut in aliis opuscu-
lis sequentia tractemus
Sequitur liber quintus

Quis mensus est pugil-
lo aquas. et celos
palmo ponderavit
quis appendit tribus
digitis molem terre
et libravit in pondere montes et
colles in statera. Errore ydolatrie
plerumque multiplicatur improbatur ido-
lorum primo deum docet esse incircumscriptum
et immensum atque omnipotentem
et omnisapientem ut quante sit amen-
tie lapideam vel metallinam
ymaginem deum esse credere
manifestius innotescat. Quis
mensus est inquit pugillo aquas
subaudi nisi deus qui eas
omnes pugillo suo includens
mensus est. et quis palmo
celos ponderavit nisi idem condi-
tor qui eorum latitudinem pal-
mo suo sustentans ponderavit
ut orientalis pars et occiden-
talis ipsorum equiponderans esset
et aquilonaris non preponderaret
australi nec levior esset. et quis
appendit tribus digitis molem
terre libravit eam in medio aeris
nisi summus artifex et quis libra-
vit in pondere montes ut non ab
alia parte magis terram gravarent
quam ab alia, et colles
in statera ut equiponderantes es-
sent. suspendit nisi creator ipso-
rum. Immensus ergo est iste qui pugil-
lo suo continens mensus est omnes
aquas et celos amplitudine
palmi sustinens ponderavit
terramque etiam super aquas tribus
digitis appendit. Immensus esse
non dubitatur qui hec agere potuit
non quia ipse credendus sit habere
corporea membra. sed quia per
has similitudines intimatur per
magnitudo potentie divinitatis

cuius. Mensus est enim pugillo
aquas. quia virtute creationis
sue inclusit eas. et quantum non
habent exuberare fecit vel minui,
et celos ponderavit palmo.
quia larga potentia sue opera-
tionis eos in equitate dispo-
suit. et appendit tribus digitis
molem terre. quo trina virtute
fundavit eam. Similiter montes
et colles trina potentia opera-
tionis instituit et virtute qua
operatur trinitas. Quod si mo-
raliter hec intelligi debent. per
aquas bonorum mentes. fidei pre-
dicamenta sequentium designari
solent. sicut ait supremus. Beati
qui seminatis super omnes aquas
et psalmista. Vox domini super
aquas. Hoc igitur loco quid a-
quarum nomine nisi electorum corda
signatur. que per intellectum superne
auditum iam superne vocis arte
premunt. De quibus recte dicitur.
Quis mensus est pugillo aquas.
subaudi nisi solus deus. Electi enim
qui sublevante spiritu ad summa
rapiuntur quamdiu in hac vita
mortali sunt. ne aliqua ela-
tione superbiat. dispensante ma-
nu domini quibusdam temptatio-
nibus reprimuntur. ne nequiquam
tantum proficere valeant quantum non
habent. quia pugillo dei in men-
sura constringuntur. pugillo suo
eos dominus metitur. quia sic ipsos
modificat. ut unusquisque eorum
nec infra minima negli-
gencia defluat nec ultra maxima
superbiens tendat, nec minus co-
netur explere. quam sufficit. nec
plus arripiat. quam capit. ne
aut ad mensuram quam debet non
perveniat. aut eandem mensuram
deserens extra limitem tabat

Unde Corinthiis ait apostolus, non
in immensum gloriamur. sed secundum
mensuram qua mensus est nobis
deus mensuram pertingendi
usque ad nos. Recte ergo dicitur
quia mensus est deus pugillo
aquas. Quid autem celorum nomine
nisi mentes iustorum exprimuntur
a terrenis terrenis contagiis et
in amore suspense in quibus
iam dominus quasi in celestibus regit.
Celos igitur palmo ponderavit
quia sibi iustorum copia largam
manum tribuens qua suspendunt
pondus adhuc infirmitatis quod
deprimunt non aufert. Ad yma
namque trahit eos caro. ne ex-
tollat spiritus. Ad summa trahit
spiritus. ne prosternat caro, et
sic certo moderamine sublevan-
te et deprimente manu domini
ne dum vel unusquisque eorum iam
quidem intimus ad summa rapitur,
sed adhuc temptatur exterius
ne desperationis lapsum vel ela-
tionis incurrat. quo nec temp-
tatio exterior culpam perficit. quia
interior intentio in superbiam ele-
vatur quia temptatio exterior
deum gravat et humiliat. Sed dum
spiritus trahit et caro retrahit, sub-
tilissimo iudicium interni mode-
raminis infra summa et supra infi-
ma in quodam medio anima li-
bratur. Celos itaque dominus pal-
mo ponderavit. sicut Salomon
testatur. quo spirituum ponderator
est dominus. Quid vero per terram nisi
ecclesia signatur que semen predi-
cationis suscipit. et fructum boni
operis reddit. Dominus ergo tribus
digitis appendit molem terre. quia
in gratia fidei suspendit gravi-
tate ecclesie. ut que sursum pro-
cederat non que super terram.
Nam propter divina trinitatis
personas digitos designatur. fides
geminus et dona spiritus sancti nomine
digitorum intelligi possunt. sicut
ait psalmista. Quoniam videbo celos
tuos opera digitorum tuorum. id est sanctos
quos operata est gratia spiritualium
donorum tuorum. Tribus itaque digitis
id est gratia fidei. appenditur moles
anime nostre ut terrena transitoria
suspendatur in amore. et contempla-
tione celestium. Quid autem montes
et colles. nisi sanctos exprimunt. qui
proximi(?) mentium celestibus appropinquant.
Salomon vero dicit. quia pondus
est statera. iudicia domini sunt.
Libravit igitur in pondere montes
et colles in statera. quia sanctos
in iudiciorum suorum iusto modera-
mine sicut superius dictum est ad alta
suspendit. Sapientia. Quis ad-
iuvit spiritum domini. aut quis
eius consiliarius fuit. et osten-
dit illi. Cum quo iniit consilium.
et instruxit eum et docuit eum
semitam iustitie et erudivit eum
scientia. et viam prudentie ostendit
illi. Quis adiuvit spiritum domini
subaudi nullus, quia omnipotens
est, Aut quis consiliarius eius
fuit et ostendit ei quid agere
deberet. subaudi nullus. quia
novit omnia. nec aliunde scientiam
accepit et ipse fons sapientie
in quo sunt omnes thesauri sa-
pientie et scientie absconditi. Cum
quo iniit consilium ut instrueretur
ab eo. subaudi cum nemine. quoniam
eterna omnia scit. In quo etiam
sorte vocati sumus predestinati
secundum propositum eius. qui operatur
omnia secundum consilium voluntatis
sue. Et quis docuit eum semi-
tam iustitie id est per quam viam sub-
tilitate iustitie sue duceret.

eis miserando quibus iustum
erat. et eis irascendo quibus
iuste irasci debebat. Conbandia
nullus. quia secundum apostolum cui
vult miseretur et quem vult indu
rat. Et quis erudivit eum semitam
Nullus. quia sine merito sit vni
versa. Et quis viam prudentie oste
dit illi. pro qua intendit eligendo
bona et reprobando mala. atque pru
denter agendo omnia. Nullus a
quibusque hominibus suggestum quia per se
ipsum omnia potest et quia scit.
Sed cum tante magnitudinis
atque potentie ac sapientie deus
esse monstratus sit videamus quid
illi qui de eo falsa senciunt
estimentur apud eum. Sequitur
Ecce gentes quasi stilla situle
et quasi momentum stratere reputa
te sunt ei. Ecce insule quasi pul
vis exiguus. et libanus non
sufficiet ad succendendum et ani
lia eius non sufficient ad holo
caustum. Omnes gentes quasi non
sint sic sunt coram eo. et quasi in
nichilum et inane reputate sunt
ei. Gentes ydolis servientes re
putate sunt ab eo quasi stilla
situle i. pro nichilo. sicut stilla
aque decidens de situla pro ni
chilo ducitur a portante. quia vero
avarice deciderunt a b cultu fide
lium in ydolatriam. Momentum vero
dicitur a motu i. minima incli
nacio libre et celerrima in al
terutram partem que fit ex parvo
pondere. Gentes vero reputate
sunt deo quasi momentum statere
quod levi pondere flectitur in quamlibet
partem quia inde sunt instabi
les et ab equitate semper exor
bitantes. Hoc et in libro sapientie
sic dicitur. quasi tamquam momentum

tum statere. sic ante te est omnis
orbis terrarum. tamquam gutta roris
ante lucanj que descendit in terram.
Quomodo itaque estimantur apud
deum ydolatri qui in mundo sunt
nequicia scelerates. Sed et insule
maris cum habitatoribus suis re
putate sunt quasi pulvis exiguus
qui in radio solis cernitur ad mag
nitudinem dei. Libanus autem
est mons inde altitudinem arbori
bus fundatus et uberrimis pa
scuis. Sed libanus cum lignis
et animalibus suis non sufficiet
ad holocaustum domini. quia et si aut
animalia que pascuntur in liba
no ymolarentur ei et ligna que
ibi sunt omnia succenderentur ad
comburenda holocausta. non satis
esse possent ad placandam tantam
maiestatem. Hoc dicit ut errorem
gentilium destruet qui sacrificiis
pecorum estimabant se posse pla
care deum in simulacris suis. Sed
aut prinscitat quia gentes quasi
stilla situle reputate sunt ad
hunc innuit subdendo. quod omnes
gentes quasi non sint sic sunt coram
eo. Nam quia recesserunt ab eo
qui solus veraciter ait. Ego
sum qui sum merito sic coram deo
quasi non sint. quod non adesse credunt
per nequiciam licet omnino inesse
nequeat. Ostenso itaque quod in
mensus est deus omnipotens et omnia
novit. et quod omnes gentes pro nichi
lo reputate sunt eius magnitu
dini redarguit predictam genti
lium subdendo. Cui ergo simile
fecistis deum aut quam ymagi
nem ponetis ei. Numquid sculpti
le conflavit faber aut aurifex
auro figuravit illud. et lamnis
argenteis argentarius. Cum sit
deus incircumscriptus et incorporeus.

tui fecistis eum simile. Fabricates nobis ex materia deum aut qua ymaginem ponetis ei qui est spiritus Numquid faber conflauit aliquod sculptile simile ei qui mensus est pugillo aquas et celos ponderauit palmo. Aut aurifex auro figurauit illud simulacrum quod ei simile sit. Rem libravit in pondere montes et colles in statera. Numquid argentarius laminis argenteis faciet eis ymaginem de quo dictum est. Quis adiuuit spiritum domini aut quis consiliarius eius fuit. Nec quaquam quia sicut subditur forte lignum et imputribile elegit artifex sapiens. et quærit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur. Ordo prophetice disputationis diligenter est intuendus. quia primo deum omnia complecti et sustentare docet deinde omnipotentem esse declarat deum et sapientiam eius esse incomprehensibile. et quod ad immensitatem eius omnes gentes quasi nichilum reputentur. deinde opinionem illam que de ydolis erat aptatione determinat. quod cum deus qui et incircumscriptus et immensus est templis nequeat includi. sacris aut ymagine aliqua figurari. Quod omnium beneficiorum largitor sacrificiis victimarum non egeat aut placetur. quod cum denique creator et gubernator non possit hominis manu creari. quod postremo deus cuius homo ymago est. suus non debeat in metallis et simulacris estimari Nam et apostolus simili modo philosophatus est apud athenienses dicens. Deus qui fecit mundum et omnia que in eis sunt. hic celi et terre cum sit dominus non in manu factis templis habitat nec manibus

hominum colitur indigens aliquo cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia Et post pauca. Genus ergo cum simus dei non debemus estimare auro aut argento. aut lapidi sculpture artis et cogitationis hominis diuinum esse similem Iuxta tropologiam vero possumus dicere quod increpentur principes hereticorum. diuisa ydola. de corde suo fingentes quæ vel eloquii venustate quod interpretatur argentum vel splendore auri quod refertur ad sensum vel ligno imputribili que viliora sunt dogmata et perpetua putantur a fingentibus et dyalectica arte firmentur ne moueantur et terrenat et solida radice consistant. Sequitur Numquid non scitis numquid non audistis. Numquid non annunciatum est ab initio nobis Numquid non intellexistis fundamenta terre. Numquid naturali ingenio non scitis quia nulla creatura similari potest creatori. Et si naturaliter hoc non potestis scire. Numquid saltem non audistis a predicatoribus. et numquid hoc non annunciatum est vobis ab initio quotiens audistis. quia in principio creauit deus celum et terram Ibi enim quis esset creator intelligere potuistis. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Numquid etiam non intellexistis fundamenta terre que sunt ab eo condita ut per hec intelligeret potentia virtutis eius. Sequitur Qui sedet super gyrum terre et habitatores eius sunt quasi locuste. Non ait qui sedet super terram sed super gyrum terre. id est orbem terrarum. Sedet enim super omnem terram palam qui super ambitum terre sedere dicitur. cum et ipse repleat orbem terre per hoc igitur magnitudo eius

declaratur et quia nullum simulacrum ei simile fabricari possit. Ad terminus magnitudine omnis habitatores terre orbis sunt quasi locuste id est minimi. non tamen more corporali mole sedere super gyrum terre putandus est. cum ipse sit spiritus sed quia ubique terrarum totus est et ubique regnat / sedere quippe eum presidere id est gyro terre interior et superior manet / interior scilicet per subtilitatem et superior per potentiam / interior quia replet / superior quia regit bene itaque dicitur quod sedet super gyrum terre / Sequitur Qui extendit velut nichilum celos / et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum celos extendit velut nichilum id est subtilissimos atque tenuissimos quasi fumum / Et sicut tabernaculum expandit eos ad inhabitandum ut sub eorum rotundo tegmine quasi in tabernaculo habitaret homines et animalia reliqua. Sequitur Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint iudices terre velut inane fecit. Scrutatores id est philosophos et sapientes seculi dedit dominus quasi non sint. quemadmodum apostolus ait Ubi sapiens ubi scriba. ubi conquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi / Sed et iudices terre qui christianos iniuste dampnabat fecit velut inane. potentiam eorum auferens / Hec enim duo genera hominum id est sapientes seculi et iudices multum resistebant euangelice predicationi. et ideo specialiter de illis sententia diuinitus proferri debuit. de quibus additur Et quidem neque plantatus neque satus neque radicatus in terra truncus eorum / Nulla enim fortitudine corpus eorum in terra solidatum est. ut non facile subverti possit. Sequitur Repente flauit in eos et aruerunt et turbo quasi stipulam auferet eos. Repente flauit in eos dominus id est ex improviso sententia iudicis venit super eos et per mortem animaduertit in eos. propterea aruerunt et turbo diuine animaduersionis rapuit eos / abstracti velut stipula aridos et inanes ad comburendum. Postquam vero dominus opera potentie sue et magnitudinem suam declarauit increpat eos qui se maligna ymagine eum posse figurare putabant. increpat dicens Cui assimilastis me et adequastis dicit sanctus. Id est cui ymagini me similem et equalem fecistis qui tam magnus sum. Sequitur Leuate in celum oculos vestros et videte quis creauit hec id est celum suspicite et quis sit qui ea que ibi sunt creauit intelligite. Vani sunt enim omnes homines. quibus non subest sciencia dei. et de hiis que videntur bona non potuerunt eum qui est intelligere neque operibus attendentes agnouerunt. quis esset artifex Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt. intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque virtus eius et diuinitas ut sint inexcusabiles. Sequitur Qui educit in numero miliciam celorum. et omnes ex nomine vocat. miliciam celorum stellas vocat sicut ostendit moyses dicens de quibusdam quia transgrediuntur pactum domini ut vadant et seruiant dijs alienis et adorent eos. solem et lunam et omnem miliciam celi. Educit igitur in numero miliciam celorum quia certis temporibus sydera profert ut lucerent et numerum eorum in sua sapientia continet Et omnes stellas ex nomine vocat quia ipse solus nouit eorum nomina

hoc et psalmista sic dicit. qui
numerat multitudinem stellarum et omni-
bus eis nomina vocans. secundum militi-
am celi angelos interpretari possumus
et omnes celorum exercitus. Loquitur
pre multitudine fortitudinis et
roboris virtutisque eius neque unum
reliquum fuit, neque unum horum
siderum reliquum fuit, id est nec u-
num defuit pre multitudine for-
titudinis eius. qui creavit hu-
iuscemodi. namque est illa virtus
que sic omnia hec operata est. ut
nec unum deesset et magnitudo
fortitudinis eius. suo facit or-
dini semper cuncta servire. Loquitur
Quare dicis iacob. et loqueris israel
abscondita est via mea a domino
et a deo meo iudicium meum transivit
decem tribubus que iam captivi-
tatem tenebant in assyriis tamquam per pro-
phetas loquitur pre iniquitate ma-
lorum que patiebantur. ad hoc deve-
nerit ut estimaret deum igno-
rare que hic aguntur. Cum se
pluresque iustum crederet affligi pu-
taret. Dicebat enim ille populus ab-
scondita est via mea a domino
id est actio mea dominus non videt
et a deo meo iudicium meum tran-
sivit id est iudicare me deus omisit
quia indigne tot mala patior.
tamquam si diceret. Ad deum terrena non
pertinent. quia sedens in celo non
considerat quid unusquisque in terra
faciat. et ideo nos iniuste hic
affligimur. quia rectorem non habemus
aut defensorem. Unde iure divi-
nitus increpatur cum dicitur. Quare
dicis iacob et loqueris israel.
abscondita est via mea a domino
et a deo meo iudicium meum tran-
sivit. Nostris quoque temporibus
magna pars populi huius qui christianus
appellatur similia loquitur. dum
deum credunt aut non videre
tot iniquitates que hic aguntur.

aut in iusto iudicio permittere. Sed
dicit enim abscondita est via
mea a domino. qui sua commissa
tamen a deo conspici non esti-
mat. Et iudicium suum a domino
transisse loquitur. qui se neque
a deo iuste iam iudicari in hiis
que patitur putat. Quem et sub-
sequentibus verbis increpat. quibus
dicit. Nunquid nescis. aut non audi-
sti. deus sempiternus dominus qui
creavit terminos terre non
deficiet neque laborabit nec est
investigatio sapientie eius. qui
viam tuam dicis a domino abscondi-
tam. et iudicium tuum a deo tran-
sisse. nunquid per te ipsum dicis
aut ab alio non audisti. quia
deus qui sempiternus est dominus
et creavit non solum ista que
cernis sed et novissimos orbis
terminos ut omnia que in finibus
eius sunt intelligatur creasse
non deficiet cum sit eternus. neque
laborabit cum sit impassibilis.
nec investigari potest eius
sapientia. Nam si a deo transisse iu-
dicium tuum tradisse dixeris. cum
qui creavit omnia et dominatur
universis eterna potestate. ac regit
et disponit omnia. defecisse pu-
tabis consueta gubernatione
creaturarum quasi in gubernando et
disponendo laboraret qui sine
labore condidit omnia et sine
inquietudine regit universa. Et si
viam tuam a deo putaveris abscon-
ditam. estimabis sapientiam eius
qui novit et habet omnia esse i-
gnaram esse. Nam quod ipse neque-
at deficere comprobatur. ex eo
quod subditur. Qui dat lasso vir-
tutem. et hiis qui non sunt for-
titudine et robur multipli-
cat. ex nomine. enim deficiet
aut laborabit qui lassum con-
fortat vos nos. qui non sunt.

appellat illos ut estimo de quibus
ait apostolus quod ignobilia mundi
et contemptibilia elegit deus
et ea que non sunt ut ea que
sunt destrueret et huius fortitu-
dine boni operis atque robur
mentis donum multiplicat quod
fortitudo consequitur ostenditur
cum dicitur deficient pueri et la-
borabunt et iuvenes in infir-
mitate cadent qui autem spe-
rant in domino mutabunt for-
titudinem assument pennas sicut
aquile currunt et non laborabunt
ambulabunt et non deficient
pueri id est adolescentes deficient
labore et iuvenes infirmabuntur
id est qui iam secundum etatem magna in-
columitate vigent ac robu-
stissimi sunt et agiles fatiga-
buntur in laboribus suis et
in fine cadunt quia et florens
etas cito concidit atque cor-
pora robusta marcescunt qui
autem sperant non in suis viribus
sed in domino valentiores erunt
omnibus viris secularibus mu-
tabunt fortitudinem quia qui
prius erant fortes in carne for-
tiores erunt in spirituali opere. Alia
est enim fortitudo iustorum et alia
reproborum. Iustorum quippe forti-
tudo est carnem vincere propriis vo-
luptatibus contra ire delecta-
tionem vite presentis extinguere huius
mundi aspera pro eternis premiis
amare adversitatis munitum
in corde superare. Reproborum vero
fortitudo est transitoria sine cessa-
tione diligere contra flagella
conditoris insensibiliter perdurare
ad inanem gloriam etiam cum de-
trimento vite pervenire. Bonorum
vitam non solum verbis et
moribus sed etiam gladiis im-
pugnare in semetipsis spem
ponere iniquitate cottidie sine
ullo desiderii defectu perpetrare.
Utramque bene utrumque fortitu-
dine propheta vir complexus
est dicens. Qui autem sperant
in domino mutabunt fortitudinem.
Qui enim nequaquam sumerent
si mutabunt dixit profecto
patenter innotuit alia esse
que deponit et alia quam in-
choat. Assument autem pennas
sicut aquile quia contempla-
tione volat currunt et non laborant
quia velocibus magis celeri-
tate predicat ambulant et
non deficient quia intellectus
sui velocitate retinet ut tar-
dioribus condescendat. Vel
qui nunc in bono opere fortitudi-
nem habent in resurrectione muta-
bunt fortitudinem quia mortui
resurgent incorrupti et nos im-
mutabimur. Seminatur enim corpus
in infirmitate sed surgit in virtute.
Assument pennas et volabunt
ut aquile cum rapientur in nu-
bibus obviam Christo in aera. Currunt
et non laborabunt quia tunc
saliet sicut cervus claudus.
Unde et per Malachiam dicitur sicut
iam sepe diximus prenuntiatur
egrediemini et salietis sicut vi-
tuli de armento. Ambulabunt
et non deficient qui sequentur
agnum quocumque ierit. Namque
per illam immutationem detrahetur labor corporibus
omnis corruptibilitas et tar-
ditas omnisque molestie sensus
et omnis fragilitas ita ut quo-
cumque voluerint ire sine mora et dif-
ficultate possint et agere quod
placuit. Cum itaque deus tanta
virtute sperantibus in se tribuat
manifestum est quia ipse non
deficiet neque laborabit. De
aliud capitulum. xl.

Taceant
Taceant ad me insule
et gentes mutent for
titudinem. Insule que
procul in mari sunt
taceant ad me audiendum ut
iam non veteres errores loquantur
sed doctrinam meam auscultent
atque gentes mutent fortitudi
nem speciales in domino ut qui
fortes erant in carne fiant fortes
in spiritu, et que serviebant peccato
serviant nunc iusticie. Sequitur
Accedant et tunc loquantur simul
ad iudicium appropinquemus. Accedant
ad me per fidem et tunc loquantur
sicut scriptum est, credidi propter
quod locutus sum. Cum enim loque
re adeo in corde credit ad iusticiam ore confessio fit ad salutem
qui. Simul ad iudicium appropinquemus
ut videntes in cordibus suis
vel que bona perceperunt a me
qui omnibus vitam et inspira
tionem et omnia tribuo vel que
mala beneficiis meis pro suc
cessu reddiderunt. Iustificent
me et pravitates suas corri
gant. Sequitur. Quis suscitavit
ab oriente iustum. Notavit
eum ut sequitur scilicet Dabit in con
spectu eius gentes et reges
obtinebit. Dabit quasi pulverem
gladio eius et sicut stipulam
vento raptam arcui eius. Per
sequetur eos transibit in pace se
mita in pedibus eius non
apparebit. Iudaycus captivus
vocatur oriens, quia de eius
carne ille natus est qui sol
iusticie appellatur. Iustus vero
dicitur idem salvator noster qui
peccatum non fecit nec inventus
est dolus in ore eius. Dicit ergo
pater quis suscitavit ab
oriente iustum id est a iudayco populo
Christum. Nisi ergo. Quem notavit
hic pater ut sequitur scilicet ad populos
nationum quia non potest fi
lius a se facere quicquam nisi quod
videret patrem facientem. Que
cumque enim fecerit ille hec et
filius similiter facit. Pater enim
diligit filium et omnia demonstrat
ei que ipse facit. Quem ergo pater
notare dicitur filium ut sequitur
scilicet in indifferenti operatione et in se
parabili quia filius expresse
est. Quem suscitet pater dabit
in conspectu eius gentes. Scilicet
quod legati Achior ad Holoferne
dixisse feruntur. Ecce nos ser
vi Nabuchodonosor regis mag
ni in conspectu tuo sumus. Utere
nobis ut placet ante faciem
tuam. Dabit ergo in conspectu
eius gentes ut in omnibus u
tatur eis prout libuerit. Et ipse
reges obtinebit id est superabit spiri
taliter et capient ut serviant
ei et adorent eum omnes gen
tes. Gladium vero eius appellat
gladium spiritus quod est verbum dei
et arcum eius scripturam sacram
de qua ad corda hominum sicut
ferventes sagitte sic terribiles
sententie veniunt. Quo arcum
suum tetendit et paravit illum.
Pulvis autem et stipula levis
et arida que ventus facile
impellit levitate peccatorum
qui vento temptationis agit
tantur designat, quia peccator
audire meruit pulvis es
et in pulverem reverteris. Et
item de peccatore dictum est. Sti
pulam siccam persequeris. Dedit
ergo pater quasi pulverem gla
dio eius et sicut stipulam ve
to agitatam arcui eius quia
predicatio illius omnes paganos
peccatores invenit et aridos in
anceps et vagos ut in nullo so
lide rationis aut veritatis an
corum stare valerent. Scilicet semitam

sua diffugerent. Et nos ille gla
dio predicationis sic fugientes
persequens de loco ad locum in doc
toribus cucurrit in pace. tran
siens terrestre fide. Nullus au
dierat semitam eius bellum inferre
et semita in pedibus eius non
apparuit. quia super inimicorum
suorum colla quotiens pergeret
calcavit et velut terram
non tetigit. vel mentis cervici
reges vel gentes colla submit
tent. et gladio illius ac sa
gittis adversarie potestates com
sapula subiacent. et pulvis
persequetur vos reges saliter
et principes gentium singulariter
et pertransibit in pace. ad pacem
transitores vocans ut reconci
lientur deo. semita in pedibus
eius non apparebit. id est nec la
bore non senciet. nec aliquam
imbecillitatis signum lassi
tudinis. Sed de torrente in via
bibet propterea exaltabit
caput. Sequitur. Quis hec
operatus est et fecit vocans
generationes ab exordio. Ego
dominus primus et novissimus
ego sum. Quis hec que supra
dicta sunt operatus est nisi ego
deus pater qui et singulas
generationes ab exordio mundi
ad cognitionem meam vocavi. Ego
dominus operatus sum. Qui a primo
et novissimus ego sum. id est ideoque
et in antiquis et in novissimis
temporibus humanum genus vo
cavi ut sempiternus dominus
vocavi namque per angelos per
Noe per Abraham per ceteros pa
triarchas per legislatorem per prophe
tas per doctores in antiquis
temporibus. et in novissimis per
nove gratie precones. Sequitur.

Viderunt insule et timue
runt. extrema terre obstupue
runt. appropinquaverunt et accesse
runt. Insule id est remotiora
loca vocavi. viderunt gentes
que sunt in orbe dilatas qui
pulverem gladio iusti mei et ▵gladio
timuerunt. quo initium sapientie
timor domini. Extrema ter
re id est limites mundi audita predi
catione evangelica obstupuerunt
et immanitate peccatorum
suorum exhorruerunt. atque dampn
nationem que talibus imminet
expaverunt. Et post timorem
appropinquaverunt per fidem ad chri
stum qui gladio sue predica
tionis omnes trucidat ut sa
lubriter vulneret. et accesserunt
per operationem. Sequitur. Unusquisque
proximo suo auxiliabitur. et dicet
fratri suo confortare. Confor
tavit faber erarius perc
utiens eum malleo qui cude
bat tunc temporis dicens. glu
tino bonum est et confortavit
eum in clavis ut non moveatur.
Unusquisque accedentium ad christum
auxiliabitur proximo suo ut qui
audit dicat veni. Illa enim
neta caritas que se[...] ad
festinat addere ut non relinquat
proximum. Et unusquisque fir
mior imbecilliori fratri suo di
cet confortare in domino. quia
nichil sunt ydola que deos
te putabas. Confortavit enim
ydolum faber erarius percu
tiens cum malleo qui cudebat
tunc temporis cum fiebat ydola
dicens glutino ferri vel eris
bonum est id est bene stabit tu
c. Et postquam perfecit ipsum ydolum
posuit illud in loco suo et con
fortavit in clavis ne aliquo

impulsu moneret · aut tarderet
sic loquebatur qui aliquem gentile
imperii conuiuium consortiumque nolle
bat in fide. post geminam itaque
conuersionem alloquitur ipsam ceteraz
de generibus et cont perseuerantem
in fidelium corroborat dicens
Et tu israel serue meus et ia
cob quem elegi. Semen abraham
amici mei in quo apprehendi
te ab extremis terre. et a longin
quis eius vocaui te et dixi
tibi servus meus es tu. ele
gi te et non abieci te et cetera.
Nam spiritualis israel siue iacob
est iste. de quo nunc agitur. de quo
et apostolus ait. Quicumque hanc
regulam secuti fuerint. pax super
illos et misericordia. et super
israel dei. Hic est enim israel dei .i.
populus credentium quia qui ex
fide sunt filii abrahe qui est pater
omnium nostrum sicut scriptum est. Quia
patrem multarum gentium posui te
ante deum cui credidisti. Populus
ergo qui ex gentibus ad fidem con
gregatus est Semen abrahe
vocatur. sicut et apostolus dicit. Si
autem vos christi. Ergo semen abra
he estis. secundum promissionem
heredes. In quo abraham com
prehensus est .i. fidelium populus
sicut ostendit apostolus cum ait.
Providens autem scriptura quia
ex fide iustificat gentes deus
prenunciauit abrahe. quia be
nedicentur omnes gentes in te.
Hic itaque populus filiorum abrahe
de toto orbe conuocatus est. Cui
ad fidem ingresso dominus ait. Ser
uus meus es tu. quia hunc
spiritualis obediencie reperit.
Grande enim priuilegium electo
rum est. cum dominus aliquem

preceteris dignatur appellare
suum. Elegi inquit te ut meus
esses. et non abieci te. licet in
temptationes uarias incideris
Vel primitiuam ecclesiam possumus
nunc israel accipere. que ab extremis
terre. et a longinquis eius uo
cauit de uniuersis nationibus
congregans primum populum iudeorum.
Sequitur. Ne timeas quia ego
tecum sum; nec declines quia
ego deus tuus. ne timeas se
uicia persecutorum. quia ego tecum
sum. qui te protegam et opera tua
dirigam. nec declines a uia
ueritatis. blandimento seductus
infidelium. quia ego sum deus
tuus. qui te illumino. Sequitur.
Confortaui te et auxiliatus
sum tui. et suscepit te dextera
iusti mei .i. christi. Hoc manife
stum est. Ecce confundentur et eru
bescent omnes qui pugnant ad
uersum te. Tribuerunt hostes
ecclesie. quando fidelitas preualuit
et infidelitas paulatim defecit
cum adiutoribus suis. Unde
et adhuc credent subdun-
Erunt quasi non sint et peribunt
uiri qui contradicunt tibi. Que
res eos et non inuenies. uiros
rebelles tuos. Erunt quasi non
sint. et veluti consumpto ho
mines bellantes aduersum te
.i. velut si contra te quilibet
hominis contra pugnare et
domini contra te bellauerit. con
sumatur et nichil fiat. Hic autem
clarissime de extirpatione
inimicorum ecclesie. prelatum est
oraculum. Sequitur. Quia ego
dominus deus tuus. apprehendens
manum tuam. dicensque tibi. ne

bn filii sui

Isa

timeas ego adiuui te. ego
sum deus qui apprehendo ma
num tuam ut te sustentans de
ducam. et dicas mecum suscepi
sti manum dexteram meam. et in
voluntate tua deduxisti me. et
cum gloria suscepisti me. Ego
sum qui dico tibi ne timeas
vllum aduersarium vel laborem quia
ego adiuui te. Sequitur Noli
timere vermis iacob. qui
mortui estis ex israhel. Vermis
iacob vocatur ecclesia imitans
illum qui ait. Ego sum ver
mis et non homo. Vermis
enim sine semine procreatur. et
illi sine semine corruptibili
sunt generati. qui non ex san
guinibus neque ex voluntate car
nis. sed ex deo nati sunt. Ver
mis conculcatur. sicut et eccle
sia ab inicio conculcabatur
et abiecta erat. Vermis ore
terram penetrat. sicut et eccle
siae sermo corda fidelium terebrat.
Hinc ergo vermi. id est ecclesie deus
precipit. ne timeat aduersarios
omnis electi sunt huic mundo
spiritualiter mortui. ut deo vi
vant sicut eis ab apostolo dicitur
Mortui enim estis. et vita vestra
abscondita est cum christo in deo.
et hijs quoque ne timeat im
peratur Sequitur Ego auxiliatus
sum tui dicit dominus et redemptor
tuus sanctus israhel. Ego auxiliatus
sum tui. ut omnes inimicos
tuos per pacienciam vinceres. et christus
meus auxiliatus est tui. qui
te suo sanguine redemit. et qui
sanctus sanctorum est. quem expectauit
israhel dicens Salutare tuum ex
pectabo domine Sequitur Ego
posui te quasi plaustrum triturans

nouum habens rostra serrancia.
sicut in tritura nouum plaustrum
habens rostra serrancia super
segetes ducitur ut paleam con
terat et grana eliciat. sic in
nouata per christum ecclesia lignas
habens acutissimas super humanum
genus incedit. ut electos pur
gando manifestet et reprobos
calcando conterat Et bene
plaustro comparatur ecclesia. Plau
strum quippe quatuor rotis sub
vehitur et ab equis trahitur
sic et ecclesia libris quatuor
euangelij portatur et a sanctis predi
catoribus laboriosis conatu
per viam equitatis ducitur Sequitur
Triturabis montes et comminues
et colles quasi puluerem pones
Ventilabis eos et ventus
tollet et turbo disperget eos et
tu exultabis in domino. et in
sancto israhel letaberis. Quidam hic
loco per montes et colles. id est eos
accipimus. qui ecclesiam pote
ntia tuetur Triturabis ergo
inquit montes. id est conteres pre
dicando corda superborum seculi
potentum. et colles. id est principes
elatos pones quasi puluerem. id est fa
cies ut se puluerem esse cogno
scant. Ventilabis. id est agitabis
eos doctrina tua. et ventus tol
let. id est vita presens. que sicut ven
tus velociter transit. per mortem
eos auferet. et turbo diuine con
dempnacionis disperget. Vita autem
ventus appellatur sicut Iob dicit
memento quia ventus est vita
mea. et sentencia iudicis appel
lacione turbinis designatur sicut
et supra dictum est. quia turbo quasi
stipula auferet eos hostibus

ergo fidei sublatus et pace dila-
tatus exultabis in domino quia
totum orbem tibi subiecit deus
hoc significat quod predicatio evan-
gelica conterat adversarias
potestates et spiritale nequitiam
elevantem se contra scientiam
dei que pro arduitate superbie
montes et colles appellantur. ille
que sublatis et tenuis more
dispersis exultet ipse in domino
Cuius de generatione conversione
sermonem inchoat dicens. Ege-
ni et pauperes querunt aquas
et non sunt. lingua eorum ipsorum
siti aruit. Ego dominus exau-
diam eos. deus israel non dere-
linquam eos. Egenos namque et
pauperes vocat gentiles inter-
nas divitias non habentes
qui querebant aquas ut sciencie
sicut ethiops ille qui venerat
adorare in iherusalem et recitabat
sedens super currum suum legens
ysaiam prophetam. Sed non erat
eis aque sicut nec ipse ethiops
aquam intelligere valebat. Inve-
niente tamen eum philippus dice-
ret. putas ne intelligis que
legis respondit. Et quomodo pos-
sum intelligere nisi aliquis ostenderit
mihi. lingua ipsorum siti aruit quia
sermo veritatis ab ore eorum pre ig-
norancia recessit. Vel per diversos
magistros et per diversa philosophorum
dogmata querebant aquas
salubres nec inveniebant quia
non erat ibi. lingua eorum siti aru-
it sine lege et prophetis. Sed deus
israel non eos penitus dereliquit.
Ego dominus exaudiam eos ut
cornelium qui erat cum omni do-
mo sua religiosus ac timens
deum atque faciens elemosinas
multas plebi. et deprecans deum
semper. Ego deus israel non dere-
linquam eos. qui alias oves
habeo que non sunt ex hoc ovi-
li. et illas oportet me addu-
cere et fiet unum ovile et unus
pastor. Sequitur. Aperiam in
supremis collibus flumina
et in medio camporum fontes
dirumpam. ponam in stagna
aquarum. et terram inviam in ri-
vos aquarum. Quos per supremos
colles nisi hic designat quibus
ait apostolus. Si consurrexistis
cum christo. que sursum sunt querite
ubi christus est in dextera dei sedens.
Nam cum christus sit mons et
colles vocantur qui huic ad-
herentes cum eo sunt erecti quia
et supremi id est ad alta superiores
sunt. Dum ea que sursum sunt
querunt. In hiis ergo collibus
flumina predicationis inter gentes
deus aperuit. Facta enim in istis
predicationibus et non considerata
progenitis peracta cetum
toto orbe diffusa fluenta cele-
stium mandatorum ubertim manant
gentilium ore. Et in medio cam-
porum id est in medio populorum fontes
nove sue patefecit ut ad eos
omnes sitientes pergant ac
nitate plenas eorum suorum
lagunculas repleant. Desertum
quoque id est gentilem populum qui erat
aridus et infructuosus posuit
in stagna aquarum id est in uberta-
tem et profunditatem scienciarum
nitatis. et terram inviam id est eandem
gentilitatem per quam predicator
nullus ambulabat in rivos
aquarum doctrine celestis. Sequitur.
Dabo in solitudinem cedrum
et spinam et myrtum et lignum
olive. ponam in deserto abietem.

ulmum et buxum simul ut videant et sciant et recogitent et intelligant pariter quia manus domini fecit hoc et sanctus Israel creavit illud. Irrationalibus arboribus promittit in sermone divino de quibus indicit ut videant et sciant et intelligant pariter. Et nos ergo rationabiliter eas intelligere studeamus. Nam quia magni odoris est atque imputribilis nature cedrus, cedri nomine signantur hii qui virtutes et signa operantur, qui dicere possunt: Christi bonus odor sumus deo. Quorum corda ita in eterno amore solidata sunt ut ea iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signantur doctores qui dum de peccatis ac virtutibus disserunt et modo supplicia eterna minantur, modo celestis regni gaudia promittunt, sic audientium mentes dolore compunctionis perforant ut ab eorum oculis quasi quidam sanguinis amne lacrime decurrant. Myrtus vero temperative virtutis est ita ut dissoluta membra temperando restringat. Per myrtum vero signantur hii qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumque tribulationem per compassionem temperant. Qui dum afflictis proximis aliquid vel opem consolationis ferunt, eos ad statum rectitudinis restringunt, ne inmoderata tribulatione in desperationem solvantur. Oliva quoque misericordias exprimit, quia et grece eleos misericordia vocatur. Et quasi olive lignorum ante dei oculos misericordie fructus habet. Abies vero quia valde excrescendo ad alta sustollitur, sanctos designat qui in terrenis adhuc corporibus positi iam celestia contemplantur, et quamvis nascendo de terra exierint, contemplando tamen iam modo etheria vertice mentis attollunt. Ulmus autem quia proprium fructum non habet, sed tamen portantem cum fructu vitem solet, eos exprimit qui dum terrenis curis inserviunt nullum spiritualium virtutum fructum ferunt, sed tamen sanctos donis spiritualibus plenos sua largitate sustentant. Buxus enim que in altum non proficit, et quamvis fructum non gignat, viriditatem habet, eos designat in ecclesia qui adhuc etatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed fidem perpetue viriditatis ex imitatione patrum tenent. Post que omnia apte subditur: ut videant et sciant et recogitent et intelligant. Ad hoc enim cedrus in ecclesia ponitur ut quisquis admiranda virtutum a proximo trahit, ipse quoque ad donorum celestium ignescat. Ad hoc spina ponitur ut qui predicationis eius verbo compunctus fuit, ipse quoque aliorum corda predicationis verbo compungere discat. Ad hoc myrtus ponitur ut qui maiore tribulationis ardore vel ab ope proximi compassionis temperamentum consolationis accepit, ipse etiam discat quemadmodum afflictis proximis consolationis temperamentum prestet. Ad hoc oliva ponitur ut qui aliene misericordie opera cognoscit discat et ipse indigentibus

miseria. Ad hoc abies ponitur
ut qui virum contemplationis
eius cognovit ad contemplanda
celestia premia suscitetur. Ad hoc
ulmus ponitur. ut qui videt cu-
qui vitem fructus habentem non va-
let. spirituales viros sustentare
ipse quoque sibi ministrare stude-
at. Ad hoc buxus ponitur. ut
qui precatores fide virentes conspicit
infideles se erubescat. Bene
autem addit pariter. Omnia enim
dum si in arca domini mortis. di-
versi sunt ordines. necesse est
ut omnes simul distant. Dum
in ea spirituales viri. dum sic qualita-
tis. etatis. et ordinis admini-
randum simul vident. Ita quid
videre et intelligere debeant sub-
nectitur. scilicet quia manus domi-
ni creatorum fecit hoc. et sanctus
israel creavit illud. Manus domini
fecit hoc ut in solitudine genera
producere arbores crescent id est super
dicte statum distinctis. ut in eis
unusquisque quod imitari debeat
inveniat. Et sanctus israel creavit
illud quod dictum est de arboribus
hec enim est nova creatura quam
laudat apostolus. post hec ad eos
gentiles sermo convertitur. qui non
fuerunt credere prophetis ut de
infidelitate in qua permanere magis
elegerunt. rationem reddant.
Prope iniquitatem facite iudicium vestrum
dicit dominus. afferte si quid forte
habetis. dicit rex iacob. accedant
et nuntient nobis. quecumque ventura
sunt. Prope facite iudicium vestrum
quo iudicatis bonum esse in ydo-
latria permanere id est hinc ante me
illud facite et videamus si iusto
iudicio credere respuitis. Afferte
hinc si forte habet aliquid
iuste cause. quare non melius

videre et scire. et cogitare et intel-
ligere. quia ego plantavi arbores
in solitudine vestra posita ut
tamen odore suo tota respergeret
et innovaretur. Vel. si quid for-
te id est si quid validum honeste
defensionis habetis. afferte
illud. Accedant hunc dii quos
sermone maluistis. et nuntiet nobis
que ventura sunt. Si enim dii sunt
absque mediatore possunt ventura
predicere. quod si non possunt liquet
eos non esse deos. Nemo quippe ve-
ntura predicere potest veraciter nisi
deus. quo nec prophete quidquam
prenoscere valent. nisi prius ex
ille enim solus qui disponit cuncta
scit quemadmodum sit dispositurus
singula. Et qui omnia quecumque
vult facit. solus novit que
facturus sit. nisi revelare quod
aliorum voluerit. Secundum ~~discipulos~~ ad ipsos
qui dicunt dii gentium ipsa locu-
tione subdit. Priora que fuerunt
nuntiate et ponemus cor nostrum
et sciemus novissima eorum et
que ventura sunt indicate nobis
Annuntiate que ventura sunt
in futurum et sciemus quia dii estis
vos. Priora que ante mundum
nuntiate nobis o dii gentium
si potestis et ponemus in hiis
cor nostrum id est cogitabimus de eis
que sciemus novissima eorum
quia qui novit priora scire potest
et novissima. et que post finem
seculi ventura sunt annuntiate
et sciemus quia dii estis vos
Hec enim scientia solius divi-
nitatis est. nunc enim creatura
nosse potest. quid antequam mun-
dus iste conderetur in rerum eternita-
te fuit. Nunc quis scire valet
quid post consummationem seculi

sit futurum. Unde et seraphyn. qui
per minorem dignitatis immedia
te deo assistunt faciem eius ⁊ pedes
uelare dicti sunt. significantes
omnem creature absconditam esse pri
ora et nouissima. Bene ergo hiis
qui uocabant dii gentium dicitur
Sic et annunciate sicut quia
dii estis. quia solius dei sic
est ista cognoscere. Unde quisquis
hec annunciare nequit. manifestum
est quod non est deus. Signatur
eciam in hac sententia. quod post ad
uentum xpi omnia ydola conticue
runt. Ubi est enim apollo delphi
cus. et ceteri demones futurorum
scium pollicentes. qui potentissi
mos reges deceperunt. Nam de ipso
nil potuerunt predicere. nil de apostolis
eius. nil de ruinis ⁊ de abla
cione templorum. Si ergo sunt in
teritum non potuerunt predicere. quomodo
aliena uel mala uel bona po
terunt nunciare. Quod si quis di
xerit. multa ab ydolis esse predicta
sciendum quod semper mendacium iunx
erunt ueritati. et sententias tempera
uerunt ita ut siue boni siue
mali aliquid accidisset. utrumque
posset intelligi. Quos quoque quod
summa diuinitas ait ponimus
cor nostrum. Respondendum est. quia unum
cor. id est una uoluntas ⁊ una sapi
encia demonstratur esse patris ⁊ filii
⁊ spiritus sancti. Sequitur. Bene quoque
aut male si potestis facite et
loquamur ⁊ uideamus simul.
In genere sit inuolues sunt
ut non solum annunciare nequeant
prima et nouissima. sed eciam nec
bene nec male possunt facere.
quia manus habent ⁊ non pal
palbunt. pedes habent ⁊ non ambu

labunt. loquentur eciam aut uide
re non ualent. quia os habent
⁊ non loquentur. oculos habent ⁊ non
uidebunt. Sequitur. Ecce uos
estis ex nichilo et opus uestrum
ex eo quod non est ergo abhomina
cio est qui elegit uos. ydola
sunt ex nichilo. quia qui facit
uult ydolum. fingit in corde suo
illud. quod nunquam fuit aut erit ⁊
ad similitudinem sue cogitacionis
sic fabricat ydolum. Bene ergo
dicitur eis. quia uos estis ex ni
chilo. et opus uestrum id est quod uel
a uobis estis fabricata est ex eo quod
non est. quia nullus deus unquam
similis fuit hiis ymaginibus.
Abhominacio uestri id est abiectus et
detestatus est. quicunque uos elegerit
colere. Sequitur. Suscitaui ab
aquilone et ueniet ab ortu solis
uocabit nomen meum ⁊ adduxit
et magistratus quasi lutum. ⁊ uelut
plastes conculcans humum. Quia
per aquilonem nisi gentilitas de
signatur in infidelitatis frigore con
stricta. Hinc est enim quod antiquus
hostis. sedem suam ad aquilonem
ponere cogitauit sicut quid per
ortum solis. exprimitur nisi iudai
cus populus in quo sol iusticie
secundum carnem natus primo fulgere
cepit ac deinceps orbem totum
illuminauit. Suscitaui ergo
inquit ad fidem gentes ab aquilone
id est ab infidelitate ⁊ per apostolos ue
nit ad eas saluator ab ortu
solis id est a populo iudeorum. qui splen
dore fidei primitus est illustratus.
Suscitatus erat cornelius
ab aquilone. qui continuis pre
cibus ⁊ elemosinis insistebat
ac deinde per petrum uerus

sol accessit ad eum Et omnium
ethiopes ab aquilone suscitatus
veniat in ierusalem adorare et per
philippum diaconum eius est illumi-
natus. Vocabit inquit nomen
meum quia in nomine patris sui
faciet omnia et adducet magistratus
quasi lutum .i. potestates huius seculi .i.
lutum rediget prosternens omnem
mundi gloriam. Et sicut plastes
.i. figulus conculcans humum no-
va facit vasa pro velle. ita
et christus conculcabit omnem
secularem statum fastum. ut vasa mi-
sericordie nova placitum sibi compo-
nat qui per ieremiam dicit Ecce
sicut lutum in manu figuli. sic
vos in manu mea domus israel.
Sequitur Quis annunciabit ab
exordio ut sciamus et a principio
ut dicamus iustus es. Non est
neque annuncians neque predicans
neque audiens sermones vestros
Quis ex omnibus diis gentium
annunciavit hec ab exordio.
sicut et ego dicens abrahe.
quia possidebit semen tuum
portas inimicorum tuorum et be-
nedicentur in semine tuo omnes
gentes terre. Et quis eorum
annunciavit hec a principio
ut dicamus ei. sicut prenunciavit
fecerit dicamus ei quia iustus
es. qui sicut predixeras omnia
complesti. Nullus deorum vestrorum
hec agere potest Et ego solus
hec facio qui solus sum deus
Ita neque annuncians. neque pre-
dicens ventura quisquam eorum
est. neque audiens sermones
vestros. si dixerit ei iustus es
quomodo insensibilis statua
nichil audire aut loqui va-
let quemadmodum tunc. Deus
ostendit digna verba divini-

tate hec non posse. Sequitur
Primus ad syon dicet. Ecce assum
et ierusalem evangelistam dabo. Primus
est de quo legimus In principio erat
verbum. Qui dixit ad syon .i. ad
plebem iudeorum. Ecce assum quia
verbum caro factum est et habitavit
in nobis et vidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre. Dixit
enim ecce assum quando se qui ex-
pectabatur adesse presentem innotu-
it. Qui quando evangelium in iudea
predicavit. Iterum deus pater adiungit
quia ierusalem evangelistam dabo .i.
predicatorem evangelii qui ait Spiritus
domini super me propter quod unxit
me evangelizare pauperibus misit
me. Evangelista namque boni an-
nunciator dicitur. Et annunciator
boni christus est de quo legimus
Quam pulchri super montes pedes
annunciantium et predicantium pacem
annunciantium bonum predicantium
salutem. Quo misso ait hec evange-
lista in ierusalem subiungit pater
de contemptoribus eius. Et vidi et
non erat neque de istis quisquam
qui iniret consilium et interrogatus
responderet verbum. Vidi .i. conside-
ravi omnes homines qui tunc
erant in terra et non erat in eis
quisquam qui iniret consilium
quemadmodum ad salutem pervenire
posset. et interrogatus respon-
deret verbum de sua conversatione
Neque de istis .i. ex ierosolimis
videlicet civibus erat quisquam
qui hoc faceret. Nam et iudei non
tanta scripturarum amiserant atque
consilium credendum magistrum vel be-
ne agendi inire nolebant. et
de his quia interrogati sciebant re-
spondere non poterant. Sequitur
Ecce omnes iniusti et vana opera

ca. 1

cor͡ʒ· nentus et mane simulacra
cor͡ʒ· Ecce omnes iniusti· sicut ait
apostolus Causati sumus iudeos et
grecos omnes sub peccato esse· sicut
scriptum est Non est iustus quisquam
non est intelligens· non est requirens
deum· Omnes declinaverunt· simul
inutiles facti sunt· non est qui
faciat bonum· non est usque ad unum
Tales erant omnes quando salua
tor in terra apparuit· et vana
opera cor͡ʒ· quia preter in tota fa
ciebant omnia· Ventus et ina
ne simulacra cor͡ʒ· Ventus
enim quia nichil est ydolum in
mundo· et quod deus nullus nisi
unus· Sed inter tales malos re
demptor noster in medio sit audi
amus· Sequitur· Ecce servus meus
suscipiam eum· electus meus co
placuit sibi in illo anima mea·
Dedi spiritum meum super eum· iu
dicium gentibus proferet· Non cla
mavit neque accipiet personam·
neque audietur foris vox eius
Calamum quassatum non conteret
et linum fumigans non extinguet·
in veritate educet iudicium· Non
erit tristis neque turbulentus do
nec ponat in terra iudicium· et le
gem eius insule expectabunt·
Ecce servus meus· quem supra
dixi· iterum euangelista Servus
enim hic appellatur ille· qui cum
in forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem
deo sed semetipsum exinanivit
formam servi accipiens· Et hic e
lectus ex omnibus· hunc enim pa
ter signavit deus· In quo
bene complacuit sibi anima
id est voluntas patris· quia in omnibus
hunc vidit· quod autem inponit
suscipiam eum· de gloria eius a
sumptionis dicit Suscepit naque

eum constituens eum ad dexteram
suam· in celestibus supra omnem
principatum et potestatem et virtutem
et dominationem et omne nomen
quod nominatur non solum in hoc
seculo sed et in futuro· et omnia sub
iecit sub pedibus eius· Dedi in
quit spiritum meum super eum· sicut
et testimonium perhibuit iohannes
dicens· quia vidi spiritum descenden
tem quasi columba de celo et mansit
super eum· Et bene super eum ait·
quia de filio hominis loquitur· quem
et suum suum appellavit· Nam
secundum divinitatem non super christum
est spiritus· sed in christo· quia sicut
pater in filio et filius in patre·
ita et spiritus sanctus in patre et filio
Non ergo secundum divinitatem super
christum est· quia non super se trini
tas est sed super omnia· super se at
non est· sed in se· Protulit autem
salvator gentibus iudicium in
ste discretionis de quo dicitur· quod
non est iudicium in gressibus cor͡ʒ·
Gressus enim vocantur operationes
quibus innituntur· Sed non est
iudicium in gressibus hor͡ʒ quia
actiones suas examinare ne
gligunt· ut omnia facientes cum
iudicio· mala deuitent et bona
operentur· Huiusmodi ergo iudicium
dominus per apostolos suos gentibus
edidit verbum eis sapientie lar
giens· quem tenebantur erroribus
Quod autem sequitur· quia non clama
bit neque accipiet personam neque
audietur foris vox eius· ita legitur
in matheo Non contendet neque
clamabit· neque audiet aliquis
in plateis vocem eius· Hoc igitur
in mansuetudine morum eius
intelligendum est· quia non cla
mosa neque contentiosa nostro
tutius est· In hoc etiam veritas apparet·

quia nullius personam accepit ut aliorum blandiretur. sed omnes pariter detestabat increpavit. quod isti quoque illius ecce demonstrat. quia nemo foris in plateis vocem eius audivit. neque enim ociosum verbum quia verbum protulit aut leve. sicut hii qui clamant in plateis vanitatem sui cordis ostendentes. Vel non audita est foris vox eius quia non extra galileam atque iudeam vel samariam euangelium predicavit. Calamus autem [?] nomine nisi iudaici populi temporale regnum designatur. nitens quidem extrinsecus sed intus vacuum. Et quia in eo populo genus iam regale defecerat atque regnum eius alienigenam possidebat apte hoc regnum calamus quassatus vocatur. quid vero per linum nisi eius sacerdotium exprimitur. quod lineis vestibus utebatur. quod quia in ardore divinitatis ardorem perdidit. quasi amisso iam igne fidei non ardens sed fumigans fuit. Incarnatus ergo dominus calamum quassatum non confregit et linum fumigans non extinxit. quia iudee regnum quod pene destructum iam fuerat eiusque sacerdotium quod ignem fidei non tenebat non potestate iudicii protulit. sed tamen patientie longanimitate tolleravit. Hunc calamum quassatum non conteret. quia impenitentes placabilis erit atque veniam dabit petentibus. et linum fumigans non extinguet. quia qui vicini erant extinctioni eius clementia servabant. nam in secundo adventu iudicium educet in veritate. qui reddet unicuique secundum opera sua. Vel etiam in primo adventu iudicium eduxit in veritate sicut ait. In iudicium ego in hunc mundum veni ut qui non vident videant et qui vident ceci fiant. Non fuit tristis neque turbulentus sed semper hylaris et mansuete suas actiones operatus est. Donec poneret in terra iudicium id est donec omnes admirationem sua informaret ut tam iudicio sicut et superdictum est cuncta faceret. Manifestum est autem quia postea tristis aut turbulentus non fuit sed de eo tempore quo dubitari poterat perhibuit propheta testimonium sicut et euangelista cum de matre eius virgine loqueretur asseruit quia ioseph non cognoscebat eam donec peperit filium. quam certe nec postea cognovit. Ubi enim genere locutionis frequenter utitur divine scripture. Postquam vero dominus posuit in terra id est in latitudine mundi iudicium quo credentes in eum diiudicat omnia que facere noluerunt perceperunt [?] et insule id est remotiora loca orbis earum [?] legem predicationis eius quia expectabant. Ad quem usque locutione pater submittit [?]

Hec dicit dominus creans celos et extendens eos. firmans terram et que germinant ex ea dans flatum populo. qui est super eam et spiritum calcantibus eam. Ego dominus vocavi te in iustitia et apprehendi manum tuam et servavi te et dedi te in fedus populi. In lucem gentium. ut aperires oculos cecorum et educeres de conclusione vinctum. de domo carceris sedentes in tenebris. Dominus qui creavit celos extendit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. et super firmavit alta mole terram ut non inclinetur in seculum seculi.

Ea quoque que germinat erecta sunt sicut arbores firmat ipse ut super stipite suo erecta subsistant. Eam et flatum a anhelitum dat populo qui est super terram ut animaliter vivat et spiritum scilicet calcantibus terram i. contempnentibus terrena. Sed iste dominus qui talia facit xpm alloquitur dicens. Ergo vocavi te in iusticia ut tu iustus iustificare iniustos pergeres et apprehendi manum tuam ut te confortans ducerem in voluntate mea quia quidquid operatur filius operatur et pater. Et servavi te inquit a peccato et dedi te in fedus populi i. in fiduciam te ammittere multitudinis hebreorum credentium quorum erat cor unum et anima una. In lucem gentium dedi te ut illuminares hos qui in tenebris et in umbra mortis sedebant ut in tenebris errorum oculos gentilium aperires ut limine veritatis cernerent. Ceci namque erant gentiles quia non acceptam legem quia non acceperant legem quo ire debuissent non videbant et educeres inquit de conclusione cordis populum gentilem peccatorum suorum [illegible] vincti et de domo carceris cordis sedentes in tenebris errorum et ignorantie. Nam omnis homo peccatis male agit quid sibi aliud quam conscientie sue carcere facit. Anima enim in ducatu dei in malicie sue cecitate relinquitur qui intra semet ipsum clauditur ne evadendi locum inveniat quem invenire non meretur. Sepe enim multi exire a pravis actionibus cupiunt sed quia ex accumulatis iam pondere premuntur ita ut in male consuetudinis carcere inclusi a semet ipsis exire nequeant. Et quidem culpas pravas

pravitate cupientes hoc quod recte se agere estimant in graviora peccata vertunt. Fit quoque modo mirabili ut quod evadere putant hoc in conclusione inveniant. Sic reprobus iudas cum mortem sibi post peccatum intulit ad eterne mortis supplicia pervenit et peius de peccato penituit quam peccavit. De huiusmodi ergo conclusione venit salvator vinctum educere de tali in domo carceris liberare missus est sedentes in tenebris. Sequitur. Ego sum dominus hoc est nomen meum. gloriam meam alteri non dabo et laudem meam sculptilibus. Se dominum nominari voluit ut sibi omnia deservire monstraret sicut et psalmista ei dicit. quoniam omnia serviunt tibi. Quomodo dominatoris gloriam alteri non dedit. quia unus dominus. una fides. unum baptisma. Nam sicut due fides seu plures esse non possunt vel duo baptismata sic nec duo vel tres domini sive numerosiores unus enim dominus est pater et filius et spiritus sanctus qui gloriam suam alteri non dabit a. vel ydolo sicut estimaverunt hii qui incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Tali enim ymagini [illegible] dominus gloriam suam non dabit. sicut voluerunt isti qui commutaverunt veritatem dei in mendacium et coluerunt et servierunt creature potius quam creatori. Nam ut preostenderet nequaquam filium gloria sua privandum sententia excludi sed ydola subiunxit Et laudem

meam sculptilibus subaudi non
dabo. Filius enim non separatur
a gloria patris qui ait omnia
que habet pater mea sunt et eo-
rum patri unum sunt. Sequitur
que prima fuerunt ecce venerunt no-
va quoque ego annuncio ante-
quam oriantur audita vobis fa-
ciam. Prima fuerant ventura
que superius de adventu salva-
toris dicta sunt ut ibi salus
mea incipiet Sed hec inquit iam
venerunt. Nova quoque vobis
annuncio scilicet id est apostolorum pre-
dicationem. gentium vocationem
antequam oriantur audita vobis
faciam ut non ea dubitetis esse
ventura sicut et hec venisse cer-
nitis. nam que sunt hec no-
va que vobis annuncio declarat
cum subdit. Cantate domino
canticum novum laus eius ab
extremis terre qui descenditis
in mare et plenitudo eius in-
sule et habitatores earum. Novum
quippe canticum est preconium evan-
gelice predicationis in qua res
nova auditur id est incarnato christi
mors et post resurrectionem ascen-
sio et spiritus sancti missio. totiusque
mundi vocatio. Hoc canticum
ubique cantat ecclesia quo profe-
christum tria peregisse iugiter reco-
lit ac predicat. Deponensque veteris
hominis per gratiam baptismatis
ipsa fidelis innovata est et in no-
vitate vite ambulat. Quam enim
vetere adhuc conversatione ser-
vat id est terrena diligit vetus ca-
ticum resonat. Quem non eterna di-
ligit novum canticum cantat. No-
vus enim homo canticum novum
cantat. non ille vetus qui vete-
rem ade peccata deponens in pre-
varicatione veteris hominis per-
severat. Novum utique quia nunquam
aliquid simile visum est aut

auditum novum quod nulla vetu-
state sordescat sed semper in sue
dignitatis gratia perseverat. Hoc
utique canticum totius orbis deo
cantare iubetur ut et ab extre-
mis terre laus eius resonet
secundum quod et in psalmo dicit cuncta
a finibus terre ad te clamavi.
Vel aliter intelligere possumus
quod dicitur laus eius ab extremis
terre. Sunt enim alii primi terre
sunt. alii novissimi qui sunt
primi sapientes seculi nobiles
divites optimates. Extremi sunt
ceteri. Stulta mundi elegit
deus ut confundat sapientes
et ignobilia mundi et contempti-
bilia elegit deus et ea que
non sunt ut ea que sunt de-
strueret. Ab his ergo extremis
terre laus dei semper intonat.
Mare vero secundum istud est amarum
et turbulentum in quod mare descen-
derunt piscatores hominum sage-
nam evangelice predicationis
mittere. de qua dicitur Simile
est regnum celorum sagene misse
in mare et ex omni genere pi-
scium congreganti. Quam cum im-
pleta esset educentes et secus
litus sedentes elegerunt bo-
nos in vasa sua malos autem
foras miserunt. Plenitudo autem
istius maris. multitudo secta-
rum vel gentilium in insule vero
diverse gentes vel regiones. Et
his omnibus precipitur ut nove
laudis canticum domino decantet.
Sequitur. Sublevetur desertum et
civitates eius in domibus
habitabit cedar. Sublevetur
desertum id est ad amorem superne
patrie cor gentilium erigatur
et civitates eorum in spem salutis
eterne mente elevent. Cedar
filius hysmahel fuit, a quo

ꝓuincia nome accepit Et qui
de eius progenie sunt non in
domibus sed in thabernacul̃is hi
tare solent et p deserta vagari
Interpretat̃ aut̃ tenebre et sig
nificat gentilē ꝑplm̃ qui in te
nebris erroꝝ p tempus sc̃li de
sertum vagus incedebat Sed
p aplos ad fidem conuersus cepit
in domibus .i. in eccl̃is ut domes
ticus manere Reqnt̃ laudate
habitatores petre de uertice mo
tium clamabunt Quī sunt hi
tatores petre nisi qui in cord̃
sui diuicia manent Et ꝗ ipa
ad laudandum excitant̃ per
respem noue gr̃e. predicatores
aut̃ de uertice moncium clamant
tm̃ in culmine virtutu stantes
ac terrena despicientes ad appeti
tum supnoꝝ eos qui infimis
animo degunt conuocant Se
ponent domino gl̃am et laudē
eius in insulis nunciabunt
predicatores domino gl̃am po
nunt in cordibus auditoꝝ atq̃z
ꝑdicacionis eius laude non
solum in toto orbe sed ecia in
insulis maris procul annunci
ant Et quia post hec in die iu
dicium venturus ē. ut reddat vnicuiq̃z
sc̃dm opus suum congrue se
dit̃ Dominus ut fortis egredietur
et sicut vir pliator suscitabit
zelum Quī enim prius egressus
ē sicut infirmus. secundo sicut
fortis egredie̾ qn̄ videbunt
filium hominis venientem in nubi
bus cum virtute magna et gl̃a
Et sicut vir pliator suscitabit
zelum .i. ulciscendi se de hostib̃z
suis. qui sicut et liber sapiē
dicit accipiet armaturam zelus
illius. et pugnabit cum illo orbis
terraꝝ contra insensatos Solet
enim preliator qui pugnaturus

est contra hostes suos zelum et
iram in animo suo suscitare. ne ꝑ
masuetudinis spm̃ parcat ad
uersariis Dominus ergo sicut vir
pliator zelum suscitaturus ē
dicit̃ quia cum tali animo veniet
ut inimicis suis non parcat Se
Vociferabit̃ et clamabit et sup
inimicos suos confortabit̃ Ta
cui semp silui. paciens fui. sicut
parturiens loquar. Dissipabo
et absorbebo simul. desertos fa
ciam montes et colles et omē gra
men eoꝝ exsiccabo. Quī quondã
sicut agnus coram tondente
se obmutuit et non aperuit os suū
nunc vociferabit̃ et clamabit
et qui suos hostes ita sup se
confortauit ut ligari et flagel
lari posset alapis et crucifigi
nunc ut inimicos suos puni
at confortabit̃ sup eos dicens
Tacui. semp silui et cetera. Sed
quo semp siluit qui per ꝓphetas
et ꝓphetas. p euangelium et aplos cla
mare non cessauit Siluit
quidem iudicium. sed non siluit
preceptum. paciens quoque
dicit̃ est quia peccatores diu
sustinet ut resipiscant. Par
turiens vero cum dolore dicit
quod in tuo diu cum pudore por ^ pondere
tauit. post longum ergo silen
cium parturiens deus loquit̃
quia quod apud se nunc tacitus
tolerat in vltione quandoq̃z iudicium
cum dolore manifestat. Qui
semp silverat. sicut parturiens
loquit̃ quia qui prius ultro
diu facta hominum ptulit. quandoq̃z
cum feruore examinis quasi cum
dolore mentis ostendit̃. Qui re
tinuit adinuencionis sentencia in
tus seruauit Quī et dissipat
in furore suo tunc omnes re
probos et absorbet .i. in ꝓfundū

abyssi inditor suorum innuerget
montes quoque tenet desertos
similiter facit et colles ut non
remaneat in eis habitator. Quod
enim per montes et colles accipi
unt superbi principes huius seculi
cernimus nos per habitatores mon
tium plebes exprimi que principa
tus regendo portat. Nam sicut
montes sustinent cultores suos
ita principes pondus eorum su
stinent quos regunt. Desertos
ergo faciet dominus in iudicio
montes et colles quia super
bis principibus omnem poten
tiam placationis auferet. Herba
gramine eorum exsiccabit qui
netustate carnalis actionis
eorum nostrere faciet ut tolle
rari possit. Hec de secundo
adventu suo dominus locutus
est atque declinat que in primis
fuerat actum subiungit. Et po
nam flumina in insulas et stag
na arefaciam et ducam cecos
in via qua nesciebat et in se
mitis quas ignoraverunt am
bulare eos faciam. Ponam in te
nebras coram eis in lucem et per
va in directa. Flumina quippe
posuit in insulas quo fluenta
eulogii usque in remota orbis
in loca manare facit vel in
universas gentes conlucrare ut
gentes per insulas exprimantur
et stagna arefecit quia pro
funditatem scientie iudeorum que
in uno populo quasi in uno lacu tor
pebat exsiccavit. Arefacta e
enim sapientia scribarum et phariseorum
eorum non ille est qui ait ego
sum via. Semite autem prophete
sunt. Unde et per Ieremiam dicitur

interrogate de semitis antiquis
que sit via bona et ambulate
in ea et invenietis refrigerium
animabus vestris. Antiquas
enim semitas appellat prophetas
qui omnes viam bonam singu
lariter ostenderunt per quam ad ∧ bona
refrigerium animarum perveniamus
i. ad Christum preberant. Ergo via
i. per huiusmodi semitas dominus
cecos gentiles ducit illuminat
cordibus eorum. Sine per viam sci
entie dei et per semitas prophetica
los ambulare facit eos. Po
suit enim tenebras nebis igno
rantie coram eis in lucem veri
tatis et prava eorum corda per
equitatem distortam rectificavit. Hec
verba fecit eis et non dereliquit
eos. Conversi sunt retrorsum. Hec
que dicta sunt complevit nobis
dominus et non dereliquit nos
sed est nobiscum omnibus diebus
usque ad consummationem seculi. Nos
vero beneficiis eius ingrati re
tro sumus conversi ad vitia seculi
de quibus nos liberavit. Vel
quod ait conversi sunt retrorsum
ad habitationem paradisi quam pec
cando reliquimus potest for
sitan intelligi. Post hec de reliquis
gentilium que in ydolatria per
manere maluerit subdit. Con
fundantur confusione qui con
fidunt in sculptili qui dicunt
conflatili vos dii nostri. Non aut
eos dicere conflatili tu es
deus meus sed vos dii mei. Sicut
et illi dicebant de vitulo isti
sunt dii tui israel qui te edu
xerunt de terra egipti. Primum enim
ydolum colit unum deum qui
vero vos deserunt et pluribus
diis qui falsi sunt se serviunt.

exhibuit. Illuminatis aut gentibus
ubique et dirutis atque cultoribus
ydolorum confusis increpat dominus
iudeorum duriciam cum subiungit
Surdi audite et ceci intuemini
ad videndum. Atque de eodem populo
subiungit Quis cecus nisi ser
uus meus. et surdus nisi
ad quem nuncios meos misi.
Cecus quippe est ille populus qui
semper ex timore deo seruiuit
quia lumine caritatis nescit
et surdus quia prophetas ad
se clamantes non audit. De
quo et additur Quis cecus
nisi qui venundatus est. Quis
cecus nisi seruus domini. Quis
enim tam cecus quam qui pec
cando venundatus est et se
liberum estimat. Cuius adhuc ce
ca visio et surda audicio in
crepatur cum subditur Qui vi
des multa nonne custodies
Qui apertas habes aures nonne
audies. Videbant enim in scriptu
ris multa. sed non custodiebant
aures enim cordis apertas ad in
telligendum multa habebat. sed ut
faceret audire nolebat. Unde
et per apostolum ei dictum est. Qui alium
doces teipsum non doces. Qui
predicas non furandum furaris
qui dicis non mechandum me
charis Qui abhominaris ydola
sacrilegium facis. Qui in lege
glorians per prevaricationem legis deum
inhonoras. Quod hec et ceteris ta
libus que sunt in textu possunt
intelligi. Surdi enim sunt qui
verba dei aure in corde non perci
piunt. quantumvis minor surdos ipse
estimat. Qui habet aures au
diendi audiat. Ceci illi sunt
qui tenebris lucis comparati sunt
dampna que intus paciuntur

non vident. Unde mirum talibus
surdis precipit ut auribus
cordis audiant et cecis ut ad
videndum intueantur. Qui non
ad videndum intueri solent.
Ad videndum quippe intueri
est. de his cogitare que mentem
illuminant. Nam ad non videndum
intuetur qui intentus suum ex
cercet ingenium de quo cecatur sibi
dicitur. Quis cecus nisi seruus
meus et surdus nisi ad quem
nuncios meos misi. Sit o ser
uus qui non manet in domo
in eternum. Qui cecus est quia
spiritualibus oculis non videt. et
surdus quia predicatores suos
auribus cordis non audit. Cui
congruit et quod additur. Quis
cecus nisi qui venundatus est
Quis cecus nisi seruus domini
Sit enim carnalis est venunda
tus sub peccato nec intelligit
quia peccando semetipsum dyabo
lo vendidit. Et ipse cum sit in veritate
seruus domini. cecus est quia
seruus nescit quid faciat do
minus eius. Sed cum subditur
Qui vides multa nonne custo
dies. monstratur iste seruus ce
cus et cecus et videns. Cecus quidem
non videndo. videns aut non
intelligendo. Simili modo cum
adiungitur Qui apertas habes au
res. nonne audies. et surdus
et audiens dicitur esse declaratur
Surdus namque ad faciendum
esse manifestatur. Sed aures habet
apertas non ad intelligendum. Qui
utrumque enim scripturas intelligit
sed non facit i. utrumque quippe in
simul. increpatur hoc loco cum
dicitur Qui vides multa nonne
custodies. Qui apertas habes au
res nonne audies. Sequitur
Et dominus voluit ut sanctificaret

eum & magnificaret legem et extolleret. Ipse autem populus direptus et vastatus laqueus iuvenum omnes. simul et in domibus carcerum absconditi sunt. Dominus noluit ut sanctificaret hunc servum id est populum iudeorum vel etiam christianorum carnalem. sed servus noluit absque sanctificari. Aut certe noluit dominus ut eum iste servus sanctificaret in semetipso. Iuxta quod dictum est dominum exercituum sanctificate. Vel dominum christum sanctificate in cordibus vestris. Et noluit ut sanctificaret legem operando & extolleret intelligendo. Legem quippe magnificat et extollit qui nisi se in observatione celestium mandatorum ita perficit ut et mens eius ad altiora spiritualis intelligentie levetur. Sed piger servus legem magnificare negligit & extollere quia iudeorum populus carnaliter eam intelligit vel observat et christianorum maxima iste populus nil magnum operatur. sed econtra semper in infimis cepit. propter quod utique populus ab inimicis suis direptus & vastatus est. ille quidem a romanis. hic autem quod gravius est a malignis spiritualibus. Sunt enim omnes laqueus iuvenum id est eorum qui carnis ardore fervent. quia secundum petri sententiam polluent in desideriis carnis eos qui paululum effugiunt. Laqueus iuvenum omnes isti seculares sunt. qui suis confabulationibus illiciunt eos ad peccandum qui calore temptationum estuant. Nam et bonos mores corrumpunt colloquia malorum et in domibus carcerum absconditi sunt. quia in conscientiarum suarum in tenebrosis latibulis. ubi tenentur a diabolo captivi. stant et malitie sue contegunt. neque enim nec tales sunt. quales se foris ostendunt. Sed tales potius quales intus latent. Talibus a domino dictum est. Ve vobis scribe & pharisei ypocrite quia similes estis sepulcris dealbatis. que a foris apparent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic & vos quidem a foris apparetis hominibus iusti. intus vero pleni estis ypocrisi et iniquitate. Hoc est utique quod in domibus carcerum absconditi esse dicuntur. De quibus more carcerum supra disseruimus. Sequitur. Facti sunt in rapinam. nec est qui eruat in direptionem. et non est qui dicat redde. Iudei populo romanorum facti sunt in rapinam & in direptionem. nec est qui eruat eos vel dicat redde. quo adhuc tenentur captivi. Non nulli etiam ex eis qui nomine censentur christiano. facti sunt demonibus in rapinam. ut quidquid boni videbantur habere diriperetur ab invisibilibus desideriis adversariis. nec est qui eruat eos. quo in sensu dei iudicio relicti sunt in sua malitia. Deinde propheta in multitudine populi clamat & dicit. Quis est in vobis qui audiat hoc. audiat & auscultet futura. Quis est in vobis iudei. qui audiat hoc quod de vobis indubitabile futurum ubi peccati tempus duci. facti sunt in rapinam. Nobis quoque dicit. Quis est in vobis qui audiat hoc. quia in plebe christiana

et subingit et combussit eu in
circuitu et no cognouit et succen
dit eu et no intellexit Combussit
n totu iudea undiqz concremas
et succendit eu ierlm igne co
sumes Sed plus iste qui sic
combustus est no cognouit qui
hec patet nec itellexit quia
ppt necem saluatois ita succen
debat Ut aut spitalit iuxta
supiorem sensu hec intelligam
sciendu est quia indignacio
uel ira dei appellat abomis ac
cionibq infinal sicut scriptu est
Neqm irascit dns et peccatis
de uia iusta Si igr irasci dns
phibet eu uia iusticie homies
pdut sup eu indignacioe furois
sui latius effundit qui noles
in vijs eius ambulare rectitudis
tramite sciendo deserit Bellu
quoqz patit qui carnis sue tem
ptacionibus impugnat Hoc in
bellum adhuc quodamo ciuium
est Sed forte bellu dns desup
effundit qm supbu cor pcutit
et iudicioz suoz gladys opa
eius que uidebant bona tribulit
destruit Forte bellum effudit
qm antiqm hoste iusto iudicio
relaxat i uiribus suis cui vz
adusarius comburit eu in circu
itu et non cognoscit et succen
dit eum et non intelligit Ipe
em sathanas facit qd domiq
facie nuc dici quia michil face
pt dyabolq n adomino ptate
accepit non est em potestas
nisi adeo Antiqus ergo deceptor
ptate diuinitq accepta com
burit eum in circuitu quem
undiqz temptatis undiqz uicioz
ignibus inflamat Circuit
eu nos ille singulos et abom
parte uicia suggerit Offert
oculis formas illicites et spiales
uoluptates ut uisu castitate
destruat Aures p canora musi
ca temptat ut ui soni dulcor
auditu soluat et xpianum
vigorem molliat Linguam
conuicio puocat manu iniurijs
lacessentibus ad petulantiam
cedis instigat Ut fraudatoez
faciat lucru opponit iniusta
honores terenos pmittit ut
celestes adimat ostendit fal
sa ut veru subripiat Bene
ergo de eo quem ita dyabolus
undiqz temptans uicijs infla
mat dicit quia combussit eu
in circuitu et non cognouit et
succendit eum et no intellexit
Neqz em combui se qui sic
comburitur cognoscit quia
cecitus

varius auditor huius sermonis
invenit. Varius enim quisquam
est qui de anime captivitate
cogitet et bona cordis invisi
bilibus adversariis direptis
amittere metuat atque illa que
se visuro secte manet solici
te attendat vel audire studeat
Sequitur quis dedit in direptionem
iacob. et israel vastantibus. No
nne dominus ipse qui peccavimus
ipsi. Videlicet vastantibus ro
manis dedit in direptionem. ipse
dominus illius qui peccaverat
occidentes eum. Nos quoque
propter peccata quorum nos conscii
sumus occultis adversariis qui
nos sensibiliter detinent subici
mur ut tradamur nisi penite
ciam egerimus. Sequitur. Et no
luerunt in viis eius ambulare
et non audierunt legem eius. Iu
dei vel pseudo christiani noluerunt
in viis eius ire aut legem ut
facerent audire. Non ait nescierunt
aut nequiverunt in viis eius
ambulare sed noluerunt ut non
ex ignorantia vel infirmitate
sed ex superbia demonstraret
eos peccasse qui mandata
dei sciendo contempserunt aut
scire recusaverunt. Ideo et hos
in direptionem dati sunt. Sequitur.
Et effudit super eum indig
nationem furoris sui et forte bel
lum super populum videlicet dominus
indignationem suam per romanos
effudit et validum bellum sicut
et in psalmo dictum est. Effunde super
eos iram tuam et furor ire tue
comprehendat eos. fiat habitatio
eorum deserta et in tabernaculis
eorum non sit qui inhabitet. Et
combuitur cognoscit quam acutum

mundanis voluptatibus spe
cialia que patitur non intelligere
potest aut quod additur. et succen
dit eum nec dicitur et incendium
ad interiorem hominem referri ut
quod dictum est et combussit eum
in circuitu de exteriori homine in
telligatur. Sit foris igitur et intus
est succensus qui et omnia ac
tuum bona victor igne perdidit.
Nam si pectoris incendium libidi
nis flamma non extinguitur in cas
sum quelibet virtutes oriuntur
sicut per moysen dicitur. Ignis a furo
re meo exarsit et ardebit usque
ad inferos. Comedit terram et ^ deorsum
nascentia eius comedit. Cum li
bido carnem atque perimit omnia
bene acta consumit. Nam quid
quid perdit ex fuge rectitudinis
hoc nimirum concremat flamma
concupiscentie. Solo itaque libidinis
igne totus homo concrematur
et intus et foris. Etiam si ceterorum
media vitiorum deessent. Sed quia
quia hec de reprobis qui fidem
tenere videntur dicta sunt. ad
electos sermo subsequens dirigitur
aut certe vastatos per romanos
iudeos fideles exterminatione
quos ad predicandum per orbem sicut
agnos inter lupos misit. allo
quitur consequenter dicens

Et nunc hec dicit dominus
creans te iacob et for
mans te israel. Noli ti
mere quia redemi te
et vocavi te nomine tuo. meus
es tu. Denotaciones utrumque cum ia
cob vel israel cum additamento
honoris ponitur de spirituali iacob
intelligendum est. Ubi vero sine ad
iectione electionis dicitur de car
nali iacob vel israel accipi debet
id est de populo iudeorum seu de carna
libus qui sunt in ecclesia. Hinc

.R3.

hic est
defectus

ergo timi dicit Hec dicit dominus
creans te iacob · et formans te
israel · electos noui testamenti cul-
tores indubitanter dominus allo-
quitur Ipse quippe creauit eos
non solum ut essent · sed etiam ut
iusti essent. Ipsius enim sumus
ut inquit creatura · creati in
xpo ihu · in operibus bonis et
ipse formauit eos ad ymaginem
et similitudinem suam · ut formam
bonitatis eius tenerent in uis-
ceribus propter catholicam unitatem
uelut eum loquitur Dicens · no-
li timere aduersa pati propter nomen
meum quia precioso sanguine meo
redemi te · et uocaui meus es
tu · pro quo tam grande pretium
dedi · Sed fortasse querat aliquis
cur omnipotens deus electorum suorum
aduersarios · temporaliter crescere
permiserit. Ideo scilicet ut malorum
seuicia purgaretur uita bonorum
Nunquam quippe deus aduersa-
rios bonorum esse permitteret · nisi
et quantum prodessent uideret · Nam cum
iniusti seuiunt · iusti purgantur
et utilitati innocentum mili-
tat iniquitas prauorum · dum hec
et precedens humiliat · et et similia
deo semper ad melius informat
Vnde et salomon ait · Qui stultus
est seruiet sapienti · quia cum
sapientis uita · dum stultus pre-
minet · terrore percutiens euertit
dum hunc laboribus fatigat
contumeliis lacerat · profecto hunc
a bonum uitiorum rubigine uelud
purgat · Stultus ergo sapienti
et dominando seruit · quem ad me-
liorem statum premendo prouehit
Nos itaque dominus temporaliter affli-
gi permittit · sed inter aduersa sola-
tia sue pietatis · semper eis tri-
buit Vnde et mox subdit · Cum

pertransieris per aquas tecum ero
flumina non operient te · cum am-
bulaueris in igne non combureris
et flamma non ardebit in te · Quia
ego dominus deus tuus et sanctus
israel · saluator tuus · Quam
uidelicet promissionem et secundum
litteram sancti martires esse uerum
frequenter experti sunt Nam plerique
eorum aquis et fluminibus missi
deo sibi presente · submergi non po-
tuerunt aut ledi · plerique de-
ambulantes in igne non ualu-
erunt aduri · neque uel capillum
eorum flamma cremando tetigit · Et
quia non nulli eorum aquis
uel ignibus consumpti sunt · de-
bemus spiritualiter magis hanc pro-
missionem intelligere ne aliquis
falsa uideatur · Aquarum namque
uel fluminum appellatione designan-
tur tribulationes · Sicut per
salomonem dicitur Aque multe non
potuerunt extinguere caritatem
nec flumina obruent illam · Ignis
autem uel flamma · passionis ardorem
exprimit sicut apostolus docet. Cum
inquit animalium infertur sanguinis
pro peccato in sancta pontifice · Horum cor-
pora cremantur extra castra · propter
quod et ihesus ut sanctificaret per
suum sanguinem populum extra portam
passus est · Cum enim crematio
illa corporum animalium passionem
domini prefigurauerit · patet quid
ignis mistice designet · Dicit ergo
Cum transieris per aquas id est per tribu-
lationum fluctus · tecum ero · ut te
custodiam · et flumina id est rapidi im-
petus tribulationum non operient
id est non submerget te · quia non suc-
cumbunt · Cum ambulaueris in igne
id est in ardore seuientium passionum
non combureris in anima · quia
spirituale refrigerium in uisceribus habebis

vnitate

et flamma .i. furor persecutorum non
ardebit in te. quia non pertinget
ad animam tuam. licet in corpore se-
viat. Ego enim sum dominus deus
tuus. que contra falsorum deorum cul-
tores in passione confitere. ecce
servus suus que exspectaverunt iste
qui et salvator tuus sum quoniam
a pressuris malis te eripiens
ad eternam salutem perducam. vel aque
et flumina sunt actiones secularium.
Et illos flumina non operiunt
quos actiones huius seculi in rebus
perturbatione non confundunt. Ita
qui spiritus sancti gratia tenentur in medio
transeunt aquas. et tamen flu-
minibus non operiuntur. quia et
inter medias temporalium catervas per-
agunt gressus sui itineris. ut
non submittantur actionibus ea
porrectis. Sequitur. Dedi propitiationem
tuam egyptum ethiopiam et saba
pro te. Egyptus dicitur tenebre vel
tribulatio. Ethiopia vero et nigros
populos mittit et interpretatur caligo.
Saba autem captivitas vel rete
dicitur. Et quid per egyptum et ethi-
opiam et saba designatur nisi
gentilitas quam antiquus ho-
stis in errore caligine positam
tribulabat et in reticulo suo
captivam tenebat. Hic ergo dedi
in predicatorum domus. Dedi pro-
pitiatione tua egyptum: ethyopiam
et saba pro te. Ac si diceret Hanc
tibi misericordia et propitiationem
dedi ut gentilem populum per te salva-
rem. Sequitur. Ex quo honorabi-
lis factus es in oculis meis et
gloriosus. Ego dilexi te. Iste ysaias (?) ho-
norabilis et gloriosus coram deo
factus est. ex quo per totum orbem
predicare cepit. Et ubique signis
coruscare cepit quasi gentes
convertere. Et extunc precipue di-
lexit eum dominus licet et antea

dilexisset eum. sed tunc tam
dilectus forsitan non videbatur
quem inter persecutores miserat.
Sequitur. Et dabo homines pro te
et populos pro anima tua. Hoc est
ni fallor quod salomon ait. Pro
iusto dabitur impius et pro recto
iniquus. Et rursum iustus de
angustia liberatus est. et tradetur
impius pro eo. Unde et adhuc
contra persecutores huius electum
ipse corroborat subdendo. Noli
timere quia ego tecum sum. Secun-
dum quod prolem fidelium ei polli-
cetur. cum subiungit. Ab oriente
adducam semen tuum. et ab occidente
te congregabo. Dicam aquilo-
ni da. et austro noli prohibere.
Iam sepe enim hoc loco demo-
strant in circuitu a quatuor mundi
partibus fuisse congregandam.
Unde et ad ultimum fideles etiam
ab extremis orbis finibus ve-
nire dictantur. cum subditur. Affer
filios meos de longinquo et fi-
lias meas ab extremis terre.
Que si spiritualiter hec intellige-
nda sunt. Ab oriente accepi-
mus populus iudeorum qui primus
lumine cognitionis divine hunc
et solem iustitie mundo protulit.
Et quid per occidente nisi populus
gentilium qui per amorem cadu-
corum in occiduis erat et per hoc nidi
terminum velut in fine dici solem
iustitie christum accepit. Ab oriente
ergo semen ecclesie adducam et ab
occidente quia fideles et circum-
cisione et preputio venerunt. Per
aquilonem quoque gentilitas de-
signatur que velut in sinistra et
glaciali tenebrosaque regione
posita fuit in infidelitate. Per
austrum vero iudea signatur que
quasi meridiano sole in talmit
cum iam redemptore in carne ap-
parente fervore fidei prima su-
scepit. Aquiloni ergo dicitur da.

enim offerre deo fidei sue mu-
nera gentilitas imperatur. Iusso
iubetur ne prohibeat. quia hebre-
is in fide consistentibus precipitur
ne mittam gentilium repellendo
contempnant. Voluit enim sermo
gentiles respuere. sicut actus
apostolorum satis declarat. De longin-
quo autem filios suos afferri.
dominus imperat. ut filius qui
in regione longinquam abiit
vbi luxoriose viuendo bona
sua dissipauit reddat ad pa-
trem suum. Sed et filias suas
id est infirmas et contemptibiles
personas ab extremis multi-
tudinibus terre iubet afferri. quo-
niam infirma mundi elegit deus ut
fortia confundat. et ignobilia
mundi et contemptibilia elegit
deus et que non sunt ut ea
que sunt destrueret. Hec sunt
enim filie venientes ab extremis
terre. Sequitur. Et omnem qui in-
uocat nomen meum in gloriam
meam creaui eum. et formaui et
feci eum. Omnem qui inuocat
nomen eius creauit in gloriam
suam dominus. Omnis enim quicumque
inuocauerit nomen domini saluus
erit. Inuocat autem nomen dei
qui cor suum mundat et eius ad-
uentum tota deuotione precatur.
ad sceptrum. Verumque ergo talem
agit deus illum creauit in iusti-
cia. et sanctitate ueritatis in gloriam
suam renouatum per mentis
sue. Formauit enim ad similitu-
dinem sua quia bonitati sue for-
mam expressit in eo. Et insu-
per fecit eum. Creatus enim sumus facti
creatura in christo ihesu in operibus bo-
nis. que preparauit deus ut in
illis ambulemus. Veniat non teci-
tus exparte contingit in effectu.

donec plenitudo gentium intraret
Reliquie subiungitur. Educ foras popu-
lum cecum et oculos habentem. surdum
et aures ei sunt. Cum isset foras
iste cecus surdus iudeorum populus
et gentes ad fidem loco eius in-
gresse sunt. Vnde et subditur. Omnes
gentes congregate sunt simul
et collecte sunt tribus. Vniuersi-
tas enim gentium in vna fide con-
gregatum est. et decem tribubus
iste multitudo credentium collata
est. Hic ita primitatis errore
gentilium dominus arguit. qui de-
os eos putabat eos. Quia nichil
horum predicere poterat. tamen subditur
Quis in uobis annunciet illud. et
que prima sunt audire nos faciat
et dent testes eorum ut iustificentur
et audiant et dicant. Verum inquit
ex diis vestris annunciet in nobis
o gentiles illud de gentium et
iudeorum vnisita societate. et quia
prima sunt. id est ea que saluator in
carne gesturus est. Quis ex diis
nostris audire nos faciet. Quis
auditur. nullus. Quia dii non dent
testes eorum que prima sunt. Sic a-
nunciant ea sicut ego prophetas
et apostolos do testes eorum que
cerimicto et iustificentur in verbis
suis cum uera predicere cognoscentur
sicut et ego iustificor in sermo-
nibus meis. et audient ea que
sibi obiciuntur. et dicant id est respon-
deant Nam si non dii sunt hec
omnia debent agere. Redarguit
ergo infidelibus qui tales deos
colebant. Alloquitur fideles do-
minus ostendens hec omnia se
fecisse sicut dominus dicebat. Nam
Sequitur. Vere nos testes mei
dicit dominus. et seruus meus
quem elegi. ut sciatis et credatis
michi et intelligatis quia
ego ipse sum. Vos inquit o apostoli

et credentes estis mihi et testes et divinitatis mee: et ille qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens testis meus est. que ad hoc ipsum prophetis elegi ut per eum sciatis quod deinde mortalibus est sciendum et indubitate michi credatis per omnia. et intelligatis. quia ego ipse sum immutabiliter eternaliter permanens Sequitur. Ante me non est formatus deus et post me non erit. Ante me non est formatus aliquis vel his quos gentiles deos sibi format quia ego sum antequam aliquod ydolum fuit fieret et post me non erit quibusquam eorum. Sed ego post illos omnes ero. quia destructis ydolis Ego sine fine permanebo. Consuetudinem temporalem divine locutionis est hec. quia dum dicit minus dicit. maius vult intelligi. Et ita loquens ostendit non posse quemquam illorum deorum similem esse sibi Sequitur. Ego sum dominus. et non est absque me salvator ego solus sum dominus. cui competit universa servire. quia non solum subiectis presideo Sed omnia bona possideo. Et non est absque me salvator. quia preter me non est qui salvare possit quosque enim dii gentium cultores suos salvat sed perdunt Non enim filium negat esse salvatorem pater cum dicit. quia non est absque me salvator: quoniam unigenitus filius qui est in sinu patris. non est absque patre sed pater in filio et filius in patre Et per hoc pater et filius non sunt duo salvatores Sed unus salvator sicut nec duo domini sed unus dominus

Sequitur Ego annunciavi et salvavi auditum feci et non fuit in vobis alienus. Annunciavi in prophetas. salvavi per christum auditum feci per apostolos. et non fuit in vobis deus alienus sed ego in omnibus vobis tamen sub lege quam sub gratia Sequitur Vere vos testes mei dicit dominus. et ego deus Vos michi testes estis. quia ego sum solus deus. Sequitur Et ab inicio ego ipse et non est qui de manu mea eruat. Et si dicat dominus Nemo antiquior me et nemo fortior me unde et subdit operabor et quis avertet illud Nemo enim potent opus eius avertere. qui salutem mundi operari disposuit Ita sequitur Hec dicit dominus redemptor noster sanctus israel. Propter vos emisi in babilonem. et detraxi vectes universos. et chaldeos in navibus suis gloriantes Ego dominus sanctus vester. creans israel. rex vester. Proprie quidem et usitate redemptor appellari solet filius hominis qui dedit animam suam redemptionem pro multis. Sed tamen quoniam inseparabilia sunt opera patris et filii. pater quoque redemptor appellari potest. non quia ipse pro nobis passus sit Sed quia nos sanguine filii sui redemit Nam pro receptione vel liberatione per eum solet redemptio Sed et in dyonisio nominatur dominus redemptor. quatenus non sinit nec consistentia ad non esse cadere. et quatenus etiam si quid ad delictum aut inordinatum deceptum sit. et diminutione quandam patiatur. ab horum bonorum perfectione Et hoc a passione et etiam redemit implens indigentia et patiens infirmitate decipiens et restituens a malo magis aut statuens in bono et ordinans

et ornans inordinatum eius et
inornatum et integritatem perficiens
et omnes soluens maculas. Ideo
ergo hunc sensum redemptore
nostre redempto non solum filius
sed et pater et spiritus sanctus. quoniam
tota trinitas operatur hec omnia.
Similiter sanctus israel appellatur
non solum filius. sed et pater et
spiritus sanctus attestantibus primis sanctus
nuntibus. clamat sanctus sanctus dominus
deus exercituum. Sic enim dominus
naturaliter sanctus est et per semetipsum sanctus
et omnia sanctificans. ideoque sanctus
israel dicitur qui sanctus sanctorum. et pater
ergo sanctus israel appellatur. Qui
propter nos emisit unigenitum suum
in babilonem id est in hunc mundum
uitiis et erroribus confusum
et destruxit uniuersos uectes portarum
babilonis. ut ablatis uectibus
porte patefierent. et egrederentur
liberi. qui in ea inhabitante babilone
tenebantur captiui. Quid autem
nomine uectium designetur. Salomon
insinuat dicens. Iudicia sicut uec
tes urbium. Nam dum gentiles
adhuc iudicarent ydolis
potius quam deo seruiendum
huiusmodi sententia sicut uectes
obstinationis eius tenebat portas
babilonis. ne possent eas in
gredi aut predicatores ueritatis
admittere. Dum iudicaremus
melius esse seruire peccato quam
iustitie. iudicia nostre uoluntatis
instar uectium obstinabant
nobis portas huius confusionis ba
bilonis. Destruxit ergo dominus
uectes peruersorum iudiciorum huiusmodi
ut ablatis uectibus et repa
gulis male uoluntatis egrede
remur a nobis metipsis qui tene
bamur intra nosmetipsos. uelud
in babilone captiui. Caldei qui
gloriabantur in nauibus suis quia

malignus spiritus in uictibus bonorum
qui per amarum pelagus seculi huius
naufragos deducebant. nimis ex
ultabant. Sed et istos destruxit
dominus. quia de cordibus eorum quos
sibi possidebat eiecit illos. Qui
enim est sanctus quia ipse naturaliter
sanctus. qui nos per donum sue gratie san
ctificat. Ideoque solus recte sanctus
quia nemo bonus nisi unus
deus. Qui et spiritualem israel cre
at in operibus bonis. quia in christo
ihesu. neque circumcisio aliquid
ualet neque preputium. sed noua
creatura. Et ipse est rex noster qui
regit nos et regnat in nobis. Sed
hec dicit dominus. qui dedit in mari
uiam et magnis torrentibus
semitam. qui eduxit quadrigam
et equum et agmen et robustum. Simul
obdormierunt nec resurgent
contriti sunt quasi linum. et extincti
sunt. Dominus in mari uiam fecit
quia sicut exodus refert diui
sa est aqua. et ingressi sunt filii
israel per medium maris sicco. Sed
et in torrentibus arnon prebuit
semitam. Unde dicitur in libro
bellorum domini. Sicut fecit in mari
rubro. sic faciet in torrentibus ar
non. Iordanem quoque per arentem
alueum transiuit israel. siccante
domino aquas eius. Qui edu
xit post filios israel quadrigam
pharaonis et equum eius. agmen
quoque egiptiorum. et robustum duce
eorum. Indurauit enim cor pha
raonis et seruorum eius super populum
israel et dixerunt. Quid uolui
mus facere. ut dimitteremus israel
ne seruiret nobis. Iunxit ergo
currum et populum suum assumpsit secum.
Tulitque sescentos currus electos
quicquid in egipto curruum fuit.

et duces totius exercitus Indu-
ravit quoque dominus cor pharaonis
regis egipti et persecutus est fi-
lios israel quod dicto autem dominus fe-
cit egisse commemorat ut intel-
ligamus quia sicut de egipto
per mare filios israel eduxit ita
nunc de tenebris infidelitatis
per baptismum credentes educit
Quum in aquis torrentibus dedit
eis semitam ut libere transirent
ad terram promisse hereditatis ita
nunc fidelibus per tribulaciones
pandit iter ad regnum celorum Sicut
pharaonem cum exercitu suo per-
sequentem filios israel et demersit
in mare ita nunc dyabolum cum
suis angelis et turba viciorum per-
sequentem fideles extinguit in
baptismo Unde et dicit quia
simul obdormierunt nec resur-
gent Consopita est enim pestis
eorum qua nos impetebat antea
detinentes affligebat Contriti sunt
quasi linum ex quo per penitenciam
in vero corde contrivimus eorum
suggestiones et extincti sunt
sicut iam in nobis extincta est eorum
malitia Sequitur Ne memineritis
priorum et antiqua ne intueamini
Nos monet o apostolus ne memi-
neritis iam priorum quia nunc ma-
iora facturus sum quam olim per
moysen feci quando dedi in mari
viam et in aquis torrentibus
semitam Nam sequitur ea tun-
c non debeant meminisse veterum
gestorum Ecce inquit ego facio
nova et nunc orientur utique
cognoscetis ea et que sunt illa
nova subiungit Ponam in deser-
to viam et in invio flumina In de-
serto gentilitatis dabo viam
credendi ad deum et in invio pa-
ganorum populo per quem nullus pre-
dicator veritatis incessit ponam
fluenta euangelii Sequitur Glorifi-
cabit me bestia agri draco-
nes et strutiones quia dedi in
deserto aquas flumina in invio
ut darem potum populo meo et e-
lecto meo Quo ager est mundus
Bestia agri vocatur homo quisque
in hoc mundo bestialiter vivens Et
que sit hec bestia declaratur
scilicet dracones et struciones
Quid autem draconum nomine
nisi malitiosorum hominum vita
designatur Draconibus et alias de-
traxerunt ventum quasi dracones
puersi et enim quicumque ventum
quasi dracones trahunt cum ma-
litiosa superbia inflantur Quid
nomine strucionum appellatione ni-
si simulatores intelligi solet
Strucio enim pennas habet
volatum non habet quia simula-
tores speciem sanctitatis habent sed
vitam sanctitatis non habent Dispo-
sitio quippe eos bone actionis deco-
rat sed alta nimie penna-
nitatis levat Tales sunt qui
tamquam religionem servare videntur
et christiani non sunt Utique be-
stia deum glorificat cum eius
fidem gentilitatis exaltat quam
et draconum nomine propter mali-
tiam et strucionum propter pre-
sumptionem notat Qui enim pennas
gentilitatis accepit Sed volare
non potuit quia et nam bonis
habuit et actionis bone igno-
ravit huiusmodi Ergo dracones
et struciones tandem glorificaverunt
deum quia dedit in deserto gen-
tium aquas sapiencie et in invio
gentilitatis flumina doctrinarum cele-
stium ut potum daret super-
predicationis populo credentium

ex gentibus. Sequitur: Populum
istum formavi michi, laudem meam
narrabit. Formavi enim michi
in hac conversationis forma, quia
tenet laudem meam narrabit,
sicut et Petrus dicit: Vos autem
genus electum, regale sacerdo-
tium, gens sancta, populus acquisitionis,
ut virtutes annuncietis eius qui
de tenebris vos vocavit in ad-
mirabile lumen suum. Hec de electo
gentium populo locutus, populum
increpat iudeorum sive carnalium
qui sunt in ecclesia, cum subiungit:
Non me vocasti Iacob, nec la-
borasti in me Israel. Invocat autem
deum qui purgato corde eum
in se suppliciter venire precatur. Et
laborat in eo qui in eius fide
bonis operibus insudat. Sic enim
quisque debet agere, ut et piis
orationibus insistat, et sanctis labo-
ribus exerceatur. Sed iudeus vel
carnalis christianus hec non egisse
redarguitur. Sequitur: Non ob-
tulisti michi arietem holocau-
sti tui, nec victimis tuis glo-
rificasti me. Aries princeps
gregis non [illegible] pariete de-
primit. Quicquid quod in cogitatio-
nibus nostris est precipuum, quia
et iste cogitationes principem
designari possunt. Holocaustum
non totum incensum dicitur. Offert
ergo deo arietem holocausti sui
qui illud quod in corde habet et in
cogitationibus suis maximum
et precipuum est totum igne caritatis
accendit, sicut Abraham nobis
exemplo suo figuravit. Nam
unigenitum filium suum quem sin-
gulariter diligebat offerret ho-
locaustum, immo arietem pro eo
sumit, arietem holocausti immolat.

qui deum super omnia diligit
ut maior sit in eo caritas dei
quam ullus amor alius. Sed car-
nalis quisque non obtulit arietem
huiusmodi, quia dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem.
Quid autem nomine victimarum
nisi interemptio carnalium vi-
tiorum designatur? Has enim
victimas iubet immolare apostolus,
cum dicit: Mortificate membra
vestra que sunt super terram: for-
nicationem, immundiciam, libidinem,
concupiscentiam malam, et avariciam,
que est idolorum servitus. Victimas
qui mactat, deum glorificat. Sic
idem apostolus dicit: Glorificate et
portate deum in corpore vestro.
Sed hoc vel iudeus vel in animis[?]
christianus agere negligit. Ideo
quia deus carnalia dona non
quesivit, recte subiungit: Non
te servire feci in oblatione, nec
laborem tibi prebui in thure. Neque
enim exteriora dona suscipit, qui
opus datoris intus non approbat.
Sequitur: Non emisti michi argen-
to calamum, et adipe victima-
rum tuarum non inebriasti me. Eloquia
domini eloquia casta, argentum igne
examinatum. Calamus non sim-
tulus esse dicitur arboris aro-
matice. Iohannes autem in apocalipsi sua
in phialis odoramentorum esse
orationes sanctorum. Quid ergo per cala-
mum nisi spiritus designatur, qui per
virtutem orationis suave deo redo-
lent, cum Paulo dicentes: Quia
Christi bonus odor sumus deo. E-
mit igitur argento calamum deo
qui eis eloquiis agit predicando.
Sed hoc iudeus non egit, quia
non cordis mundicia, sed quasi hoc
statum actionis docuit. Christia-
nus quoque carnalis hoc agere
nequivit, quia qui bonum in se [illegible]

non habet mente aliorum perfecte
edificare loquendo non valet. Vic
time vero sunt ut divinis cul
tores mitiorum. aut etiam bonorum
actores sunt aut non nulli
qui mactant victimas extin
guendo vicia et bene operando
Sed tamen in bonis que agunt
mixe commiscent. et quia
se ex amore ad lacrimas non
attendunt. victime eorum sine
adipe sunt. Hinc enim dicitur
holocaustum tuum pingue fiat
Holocaustum quippe suum est
bonum opus. quod orationis lacrime
non infundunt. Holocaustum
vero pingue est. quando hoc quod bene
non agitur corde humili etiam
per lacrimas irrigatur. Unde rursus
pro peccatis dicitur. Holocausta
medullata offeram tibi. Qui
enim bona operatur. et in somnia
creatoris sui inspirat. atque ad
eterne contemplationis gaudia
pervenire festinat. Sed quia ipsum
ex amore quo attendit in fle
tibus mactat. Holocausta de
imo medullata reddit. Huius
autem victimarum et holocaustorum
adipe dominus inebriatur. Quia
pie humilium lacrimis delectatus
obliviscitur omnium que prius male
egerant. Quia enim inebriatur
oblivioni tradit ea. que me
morie in corde tenebat. Quia
ergo iudeus quisque vel suis
operationibus talibus hostiis deum
non placat. ut peccata eius ob
livioni tradat. adipe inquit
victimarum tuarum non inebriasti
me. Sequitur. Verumtamen servi
re me fecisti in peccatis tuis. pre
buisti michi laborem in iniquitatibus
tuis. Servire quodammodo facit
deum in peccatis suis et laborem

ei prebet in iniquitatibus suis
qui per divina patientia in diu
turnis pravitatibus suis ex
pectatur. ut quandoque respiscat. Hu
ius misericordie ei paratus igno
scere subdit. Ego sum ego sum
ipse. qui deleo iniquitates tu
as propter me. et peccatorum tuorum
non recordabor. Et quia condi
tione deleat iniquitates eius
et peccatorum obliviscatur. adiungit
Reduc me in memoriam et iu
dicemur simul. Narra si quid habes
ut iustificeris. Iniquitates
inquit tuas. tempore iudiciorum
propter bonitatem meam sag
uine Christi deleo. tu tamen reduc
me in memoriam. que nimis
oblitus es. et in corde tuo iu
dicemur simul. ut tu ipse iudi
ces. quis erga alium iustius
egerit. ego erga te an tu
erga me. et si quid habes iu
stitie narra vel confitere illud.
ut iustificeris. Quam ut te iu
stum te non estimes. tuorum
eorum innotesco tibi. quos ma
gis iustos credis et maiores.
Sequitur. Pater tuus primo
peccavit. et interpretes tui pre
varicati sunt in me et conta
minati principes sanctos. Quod enim
dicitur. quia pater tuus peccavit
primus. senserunt ante nos
alii de beato abraham. Quia
cum ei deus dixisset ego sum
qui eduxi te de ur chaldeorum
ut darem tibi terram istam
et possideres eam. qui in dubio
respondit. domine deus unde
scire possum. quod possessurus
sim eam. Ecce et si timuit non
peccavit. scimus quia preter
mitam. sine peccato transire non
potuit. Non est enim homo in
terris in terra qui faciat bonum.

et no peccet. Inspectores aut
uocant in hoc loco. moyses et
aaron qui uba domi ad ppłm
et ppli uerba referebant ad du
Qui preualicati sunt sicut
cis dictum e diuinitus. pre
uaricati estis cont me. in me
dio filiorum isrł. ad aquas contra
dictionis. Eosdem etiã dicit
principes scos. qui tam obstul
piam preuaricationis. contami
nauit eos. ut nec ipsam terra
promissionis intrarent. Dedi
in internicione iacob et
isrł in blazphemia. Interni
cio uł internitiu uocare so
let bellum in quo omis perit
Et iacob tunc datus e ad
internicionem licet no in pło. quia
omis preter duos qui egressi
fuerant de egipto. mortui sunt
in solitudine. In blazphemi
am quoque datus e. ut i tē
dilitate eius accusaret. Rur
sus breuiter inuitat. moralit
in psalmis suis dicit domius quia
deleo iniquitates tuas. tu
tantum redue me in memoriam
ut indicemur simul ut me cor
de conpiciatis et adsolicita in
quisitione submea peccata tu
os actus discernas. Et si quid
iniquitatis habes narra illud
in confessione ut in iustificari possis
Debet enim unius quisque mens
et causas suas apud deum
et causas domi cont se. soli
cita inquisitione distinere. debet
tunc pensare. uł que ab eo
bona percepit. uł que in illa
bonis illius prise mercedo re
spondit. Attendere debet ad
secretam iudicis. et in tanta si

uu cordis consideratione. qua di
stricte cuncta faciat. qui diu pa
cient expectat. at flendo pu
nire dum licet quod quid
se male egisse cognouit. Na
ut se sine peccato esse no estimet
culpa generationis sue ei ad
memoriam reuocatur. ut se ini
quitatibus conceptum memi
nerit. se peccatore esse no dubitet.
Pater inquid tuus primus i.
qui secundum carnem te genuit in
ipso coitu dum te gigneret pec
cauit. Nam secundus pater
ille est qui secunde natiuitatis
e auctor. Sed interpretes tui
i. sacerdotes et clerici qui uba
mea tibi interpretando manife
stare debuerunt preualicati
sunt in me. quia hoc ut opte
bat no egerunt. sed sua po
tius qui mea quesierunt. Et
ideo contaminaui scos principes
quia propter malorum sacerdotum
culpam infamati sunt. et
boni prepositi. Et dedi ad interni
cionem iacob. quia multitudinem
prauorum xpianorum perdidi. et isrł
i. eos qui spiritualiter uiuunt
dedi in blazphemiam i. in infami
am propter exempla peruersorum
quibus habitant. Unde ad
ipsos spirituales consequenter sermo
uertitur qui eos inter iniquos de
gentes consoletur. Uel. certe domi
nam iudeorum interpretatis acteng
alloqui blande iam inchoat
promittit certam ductoris.

Et nunc audi iacob
serue meus et isrł
quem elegi. Hec di
cit dominus. faciens
et formans te. ab utero auxi
liator tuus. Noli timere serue
meus iacob. et rectissime quem

elegi domin9 fecit hec iacob ex
ercuit enim moribus bonis
et formauit eum in hac uite
iuuenili forma ut nobis di
ceret · imitatores mei estote
fratres · et obseruate eos qui
ita ambulant · sicut habetis
forma nostram Omnis et a iuuentute
matris ecclesie fuit auxiliator
in omni prelio spiritualis conflic
tus Unde et precipit ei · ne ti
meat eos qui occidunt corpus
israel uero secundum proprietatem hebraice
lingue rectissime interpretatur
uir autem uir uidens deum di
ci solet · non in conscriptione lit
terarum · sed in sono uocis con
sistit · et quod tunc dominus aut
et rectissime que elegi tale
e ac si diceret et israel que elegi
Sed et in eptus · maluit pone
rectissimi · ut ostenderet · quia
de spirituali israel nunc sermo est
Cur autem israel iste time non de
beat subiungit Effundam enim a
quas · super sitientem · et fluenta
super aridam · effundam aquas
superne uel spiritualis gratie · super siti
entem gentilitatem · influenta
superne predicationis · super arida
mentem gentilium Unde no
li timere eos · quia doctrinam
tuam diligenter suscipient Sequitur
Effundam spiritum meum super
semen tuum et benedictionem meam
super stirpem tuam · Spiritum me
um super semen tuum · i · super eos
quos in xpo ihesu per euangelium ge
nueris et benedictionem gratie mee
super stirpem eorundem spiritualium
filiorum tuorum Nam filii ecclesie
renascentes ex aqua et spiritu
accipiunt donum gratie sancti et su
pernam benedictionem · et germi

nabunt inter herbas · quasi
salices · iuxta preterfluentes
aquas infructuose quidem
sunt arbores salicum sed tamen
tante uiriditatis habent ut
arescerent uel abscise radicitus
nichil possint et piciunt Unde
quia electorum uita per constan
tiam sue uiriditatis comprimit recte
de filiis ecclesie dicitur · quia ger
minabunt inter herbas quasi salices
iuxta preterfluentes aquas Ste
enim ecclesie filii inter herbas
sicut salices germinant · dum
inter arescentem uitam carna
lium hominum et multiplici
numerositate et perpetua ui
riditate mentis perdurant · Q
bene iuxta preterfluentes a
quas germinare perhibentur
quia unusquisque eorum uber
tatem adfluentium percipit · ex
doctrina sacri eloquii que spiritualiter
perfluit Sequitur · Iste dicet domini
ego sum · et ille uocabit · i no
mine iacob · et hic scribet ma
nu sua domino · et in nomine
israel assimilabitur Iste dicet ·
domini ego sum · i · confitebitur se
xpianum et ille factus iacob
i · subplantator uitiorum · uocabit
nomen domini in adiutorium sibi in
isto nomine · i · in eo quod per uocati
onis sue nominatur iacob
i · subplantator et luctator
et hic scribet manu sua domino
quia nomen suum in libro diui
ne memorie propria uocatione assig
nans dirigit in celum · et in
nomine israel assimilabitur · ut sit
rectissimus · quod interpretatur israel
Assimilabitur enim in nomine israel
dum talis fuerit qualis est
nomine israel Sequitur Hec dicit
dominus deus rex israel et redemptor

tuus dominus exercituum. Ego primus et novissimus et absque me non est deus. Hec verba filio congruunt. Ipse est enim rex israel de quo cantatur: Benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Ipse est redemptor eius qui visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Ipse est dominus exercituum celestium quia accesserunt angeli et ministrabant ei. Ipse est primus quo in principio erat verbum. Ipse novissimus quo verbum caro factum est in fine temporum. Unde et novissimus adam vocatus est ab apostolo. Ipse est primus per quem in initio facta sunt omnia. Ipse novissimus in fine restaurata sunt universa. Et absque me non est deus inquit. Et si dicit: Pater in me est et ego in patre, vel ego et pater unum sumus. Unum enim dicit quia absque me non est deus. Se solum cum patre et spiritu sancto deum docet esse, ydola vero non esse deos. Et quia se solum dicit esse deum subiungit: Quis similis mei? Quis deus ut ego? Vocet et annunciet et ordinem exponat michi ex quo constitui populum antiquum. Sic quis inquit est similis mei, vocet me et annunciet michi et exponat ordinem singulorum que facta sunt ex quo constitui populum videlicet. Aut ea que non sunt vocet quasi sint et exponat ordinem creature mee qua cuncta tunc liberaverim, ex quo hominem feci super terram. Vocet nos[?] et ad se genus humanum et annunciet ei futura si vere est deus ut ego. Unde et adiungit de illis falsis qui putabantur esse dii:

Ventura et que futura sunt annuncient eis. Si enim sunt dii debent suis cultoribus annunciare futura. Maiores quoque suos dominus contra eos qui talium deorum culturam defendebant corroborat dicens: Nolite timere neque conturbemini. Nolite timere seviciam eorum neque terreat propter minas eorum. Et subsequitur dicens eorum fidelium populo: Ex tunc audire te feci et annunciavi. Vos estis testes mei. Ex tunc id est ex quo constitui populum antiquum audire te feci a principio libri genesis, quia non est similis mei neque deus preter me quisquam. Et vos estis inde testes mei contra eos qui plures esse deos garriunt. Rursus quasi ratiocinando subdit: Numquid est deus preter me et formator quem ego non noverim? Omnia enim novit. Sciret utique si aliquis preter se deus esset et si aliquis formator esset et alius mundi, quia deus in mundum hunc formavit sicut genesis docet. Sed quia formatorem preter se dominus esse negavit, respondere forsitan aliquis dices, inquit: illi qui faciunt ydola non sunt formatores absque te? Et adeo subiungit: plaste ydoli omnes nichil sunt. Et vero apostolus ait: Scimus quia nichil est ydolum. Et de ydolis dictum est: Similes illis fiant qui faciunt ea. Si igitur ydolum nichil est et similes illis fiunt qui faciunt ea, profecto omnes plaste id est formatores ydolorum nichil sunt. De quibus et subditur: Et amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum quia non vident neque intelligunt. Sic ipsorum conscientia testis est quia

ea serviunt concupiscentiali macula
et idcirco qui hec faciunt. et ea
deos dicunt. confundentur. Unde
stulticia eorum exprobrans ait.
Omnis formavit deum et scul-
ptile conflavit ad nichil utile
et de iusta retribucione subiungit
Ecce omnes participes eius con-
fundentur. i. et qui faciunt et qui
colunt illud. Sequitur Fabri
enim sunt ex hominibus. conve-
nient omnes et stabunt et pave-
bunt et confundentur simul. Con-
venient inde in iudicio omnes fa-
bricatores et adoratores ydoli
et stabunt paventes et confusi
ante tribunal eterni iudicis. De-
inde ut evidencius ostendat
ydola deos esse non posse refert
qua vilitate ortum habuerint.
Faber inquit ferrarius lima
operatus est. et in prunis et in ma-
lleis formavit illud et operatus
est in brachio fortitudinis sue. Et
de eodem fabro subdit. Esuriet
et deficiet. non habet aquam
et lassescet. Constat enim ydolum
non habere divinitatem quod ita
fabricatum est hominis arte et la-
bore et cuius auctor deum illud
fabricaret nisi cotidianis ali-
mentis sustentaretur. deficiebat.
Hec de ferreis ydolis dicta sunt
et de ligneis subiungit. Artifex
lignarius extendit normam i. li-
neam formavit in runcina
fecit illud in angularibus i. in
quadratum et circino tornavit. Run-
cina vero ferramentum lignarium
est gracile et tenue quo tenuatur
tabule domus. ut una alteri
inseratur. Circinum autem vocatur
inde. quod circulum efficit vertendo
et est ferrum duplex unde picto-
res faciunt circulos. Sed de fabri-

catore ydoli subditur. Et fecit
ymaginem viri quasi speciosum
hominem habitantem in domo
et hoc manifestum est. Sequitur.
Succidit cedros. tulit ylicem
et quercum que steterat inter
ligna saltus. et plantavit pi-
num quam pluvia nutrivit. et
facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis
et calefactus est et succendit. et
coxit panes. De reliquo autem o-
peratus est deum et adoravit
fecit sculptile et curvatus est
ante illud. Talibus diis ser-
vierunt gentiles. De quibus
adhuc subditur. Medium eius
igni combussit. de medio eius
carnes comedit. Coxit pulmen-
tum. et saturatus. et calefactus
est et dixit. Vach calefactus
est sum. vidi focum. Reliquum
autem eius deum fecit. et scul-
ptile fecit ~~ymaginem~~ sibi. Curvatur
ante illud. et adorat illud et
obsecrat dicens: libera me quia
deus meus es tu. Nunc quam ma-
nifestius quam hoc loco declaratur
error ydolatrarum. De quibus et
subditur. Nescierunt neque intelle-
xerunt oblitati enim sunt ne
videant oculi eorum. et ne intel-
ligant corde suo non recogitat
in mente sua. neque cognoscit
neque sentiunt ut dicant. Me-
dietatem eius combussi igne
et coxi super carbones eius pa-
nes. coxi carnes et comedi. et
de reliquiis eius ydolum faciam
et ante truncum ligni procidam
pars eius cinis est. Nec ideo
sit transitum quia exposicione
non indiget. Adhuc autem de y-
dolo subiungit. Cor insipiens
adoravit illud et non liberavit

animam suam: neque dicit for-
te i. forsitan mendacium est
in dextera mea. Hucusque dominus
noster dominus stultitiam gentilium
manifestans, satis evidenter
probavit quod supra dixerat, quod
absque me non est deus. Qui de-
inde iudeorum populum alloquitur
dicens: Memento horum Iacob
et Israel, quoniam servus meus es
tu. Memento horum que de ydo-
lis diximus, ne eis servire
velis, quia servus meus es.
Sequitur: Formavi te, servus
meus es tu Israel, ne oblivi-
scaris mei. Formavi te ab utero
matris, ut mihi servus esses.
Non tu me formasti, sicut ydo-
lorum cultores deum sibi formant,
quibus serviant. Et ideo ne me
tradas oblivioni, sequens tales
deos. At de tempore gratie subditur:
Delevi ut nubem iniquitates
tuas et quasi nebulam peccata tua.
Nubes enim vel nebula solis
calore subducta solvitur atque de-
letur, que solem ipsum videri non
sinebat. Sic et peccata que cor
iudeorum obnubilabant, a vero
lumine veri solis, qui Christus
est, fugata sunt et deleta atque
regno illi ad fidelem sunt
conversi. Nam usque in hodier-
num diem cum legitur Moyses
velamen positum est super cor eorum
qui non crediderunt. Illis cum
autem conversus fuerit ad dominum, au-
feretur velamen. Unde et eundem
populum admonens subiungit: Re-
vertere ad me quoniam redemi te.
Et quia post eius resurrectionem
totus orbis triumphos eius
decantavit, congrue sequitur:

laudate celi quoniam fecit dominus.
iubilate extrema terre. Reso-
nate montes laudationem, saltus
et omne lignum eius, quoniam rede-
mit dominus Iacob et Israel glo-
riabitur. Quod enim dicit: laudate
celi quoniam fecit dominus, tunc im-
pletum est quando resurrectionem
eius nuntiaverunt angeli, vel
celorum nomine designari possunt
apostoli, de quibus dictum est: quoniam
celi enarrant gloriam dei. Cum
laudaverunt quoniam fecit dominus,
quia triumphum resurrectionis
eius ubique predicaverunt. Unde et
extrema terre iubilaverunt in lau-
dem eius. Iubilus autem vocatur
quod ineffabile gaudium mente
concipitur, quod nec abscondi possit
nec sermonibus aperiri, et
tamen quibusdam motibus aperi-
tur, quamvis nullis expectationibus ex-
primatur. Sensit sanctus David in vivos
electorum animas tantum gaudium
concipere, quantum sermone non
valet aperiri, ait: Beatus populus
qui scit iubilationem. Non enim dicit
qui loquitur, sed qui scit, quia
scire quidem iubilationem intellectu
potest, sed exprimi dictu non pote-
rit. Illam quippe sentit quod
ultra sensum est. Et tamen vix
ad hoc contemplandum sufficit
conscientia sentientis, quando
ad hoc exprimendum sufficiet et
lingua dicentis. Tunc ergo
predicantibus apostolis, dominum in
omnem terram exivit sonus eorum
et in fines orbis terre verba eorum.
Lux veritatis electorum cordibus
ubique gentium se manifestans
inenarrabili gaudio mentes
eorum replevit. Pulchre etiam
extrema terre i. fines orbis in

bilare percipimus et ut omnis
terra iubilaret montes .i. sancti per
inde initium ab ecclesia primitiua
tes resonauit laudacionem .i.
post apostolos predicauit euangelium
Saltus quoque .i. gentilitas et
omne lignum eius .i. omnis homo
gentilis resonare iussus est.
quo redemit dominus sangui
ne suo iacob .i. populum suum
et israel .i. eundem electorum populum
glorificabitur in domino redemptore
suo. post hec omnipotens pater
magnitudinem operum suorum no
bis innotescere volens ait hec
dicit dominus redemptor tuus
et formator tuus ex utero. E
go sum dominus faciens omnia
Nam unigeniti sui sanguine
redemit nos. antequam crearet
ac deinde formauit nos in utero
matris. Sequitur. Extendens celos
solus stabiliens terram et nullus
mecum. latitudinem celorum poten
tia sua creator extendit. ut
omnia tegeret et terram stabi
liuit. ut immobilis staret. Po
ssunt uero sancti per celos et ceteri per
terram designari. Extendit ergo
dominus celos. quia facit ut in
sanctis eorum que retro sunt obliui
scentes maiora extendantur.
Extendit celos dominus sanctos suos
uiam predicationis apperiens.
eos in mundi latitudine circumquaque
diffundit. Terram quoque stabi
liuit. quia ceteram in christo fundat
Aut per celos sacra volumina
exprimi possunt. Ex quibus in
in patribus stelle exemplorum
atque uirtutum nobis elucent. Celos
dominus extendit. quia ante oculos
nos per uerba electorum exponendo
expandit. Extensis uero celis sta
bilitur terra. quia expositis

sacris voluminibus confirmatur
mens nostra. ut iam non simus
paruuli fluctuantes et circumfe
ramur omni uento doctrine in ne
quicia hominum. in astucia ad circu
mentionem erroris. Cum autem hec
omnia se solum pater facere
testatur. non excludit a sua opera
cione filium et spiritum sanctum. Quecumque
enim pater fecerit hec et filius
similiter facit. Inseparabilis opere
operatio trinitatis. Sequitur. Irri
ta faciens signa diuinorum. et
ariolos in furorem uertens.
Diuini signa quedam obser
uabant. a quibus causas
diuinacionis sumebant. sed hec
dominus irrita fecit. ut nichil
uera per ea nosceret. Ariolos
etiam qui iuxta demonum aras
uaticinabantur in furorem uertit
ut nichil nisi furere et bachari
per demonicio possent. Sequitur.
Conuertens sapientes retrorsum
et scientiam eorum stultam faciens
Sapientes seculi conuertit retror
sum .i. in insipientiam. et uanam
scientiam eorum stultam faciens
sapientes seculi. Scriptum est
enim. Perdam sapientiam sapien
tum et prudentiam prudentium
reprobabo. Ubi sapiens. ubi
scriba. ubi conquisitor huius
seculi. Nonne stultam fecit deus
sapientiam huius mundi. Nam
quia in dei sapientia non cogno
uit mundus per sapientiam deum. pla
cuit deo per stultitiam predicatio
nis saluos facere credentes. Un
de subdit. Suscitans uerbum serui
sui. et consilium nunciorum suorum
complens. Seruus cum hic lo
co uocatur dominus ihesus. propter
formam serui. quam ipse assumpsit
Cuius uerbum .i. quicquid
ille in euangelio precepit ipsum locu
tus est. pater suscitauit ut

fieret. Ministri vero eius nominantur
apostoli. Quorum fuit consilium ut
dispersi per quatuor mundi climata
omni concordia evangelium predicarent
et omne genus hominum ad fidem
converterent et hoc consilium ut
ab eis fuerat definitum dominus
complevit. Sequitur. Qui dico
Jerusalem habitaberis et civitati-
bus iude edificabimini et de-
serta suscitabo. Hunc iuxta hysto-
riam reducimus. Ysaias. Iherusalem de
persida significat in iudea ar-
stite vero Jerusalem ecclesia est. quia
accedentibus in habitacula pol-
licetur dominus. Civitates iuda
i. civitates confessionis dulce
ecclesie fidelium sunt. que tamen
unam faciunt. deserta vero
vel confessionis sunt homines
adiunctum precordinati. sed adhuc
in infidelitate permanentes. vel fi-
deles iam habentes. sed bonis ope-
ribus carentes viciisque repleti
quorum a sompno ventis in extrenis su-
scitantur. quid metem vero divi-
na gratia tangentis excitat. ut co-
luntur. Sequitur. Qui dico pro-
fundo desolare. et flumina tua
arefaciam. Flumina babilonis
industria medorum arefacta esse
feruntur. quando baltazar cum in-
fectus. ut per arentia flumina
caperetur civitas. Sed iuxta spiri-
talem intelligenciam quid pro-
fundum est i. mare. nisi prius
seculum. quod desolatur dum gloria
mundi destruitur et potencia
eius et quod scriptum est implet.
Nolite diligere mundum neque
ea que in mundo sunt. Flumina que
refluerunt. dum dogmata se-
cularis sciencie adnullantur.
Vel certe profundum dominus de-
solavit. cum salvatore nostro
ad infernum descendere confregit

portas eius. et inde suos eru-
xit electos. Cuius profundi flu-
mina arefecit. cum lubricitas
demonum suggestiones decurrebat
unus consummavit. Sequitur. Qui
dico tiro pastor meus es. et
omnem voluntatem meam complebis.
Cyrus rex persarum. pastor dei
fuit. quia gregem populi custodi-
vit israel divinamque voluntatem
in relaxatione captivitatis eius
complevit. Interpretatur autem
heres. et significat eum cui pater
dixit. Postula a me et dabo tibi
gentes hereditatem tuam. et posses-
sionem tuam terminos terre. Cyro quoque
ait dominus. pastor meus es. quia
salvator noster est bonus pastor
qui posuit animam suam pro ovibus
suis. ut a patre mandatum acce-
perat. et ipse veraciter omnem pa-
tris voluntatem in omnibus comple-
vit. Sequitur. Qui dico Jerusalem edi-
ficaberis et templo fundaberis
et hic restauratorem et templi
et Jerusalem significat. que per neemiam
et zorobabel facienda erat.
Nostra quoque Jerusalem. que censu-
est. vivis lapidibus per christum con-
struitur. Templum etiam fundatur
cum mens credencium in fide col-
locatur. Templum enim domini sanctum
est. quod vos estis. ait apostolus. Fundamentum
fundamentum aliud. nemo potest
ponere. preter id quod positum
est. quod est christus ihesus. xx.

Hec dicit dominus christo
meo tyro cuius apprehen-
di dexteram. ut subiciam
ante faciem eius gentes
et dorsa regum vertam
et aperiam coram eo ianuas et
porte non claudentur. Ego ante te
ibo et gloriosos terre humiliabo etc.
Reges in populo israel ungebantur.

oleo sancto et ideo vocabantur
xpi .i. vncti Sed apud gentiles
non fiebat hec vnctio Cur ergo
cyrus appellatur xpus .i. cum non
sit oleo benedictionis vnctus
corona imperialis dignitatis repu
tatur ei pro vnctione Quod autem ait
hec dicit dominus xpo meo cyro
tale est ac si diceret hec dico
ego dominus xpo meo cyro Vel
cyrum dicit patrem suum rege esse
et quem spiritus sanctus ei dicat in
nobis sit Cuius inquit apprehendi
dexteram .i. virtute dei ut nullus
fortitudini eius valeret resistere
ut subiciam ei gentes .i. babilonis
et medos et egiptios ceterasque gen
tes et dorsa regum vertam in facie
eius vertam ut fugiat Nec
enim gens illi resistere potuit cuius
regnum non ei terga dedit et aperi
am coram eo ianuas et porte
non claudentur Nec enim civitas
illi non patuit Ego inquit ante
te ibo .i. terrore meum eis inmit
tam ad quos venturus eris et
gloriosos terre humiliabo sub manu
tua portas ereas conteram et vec
tes ferreos confringam Et hec ita
facta est Quorum enim muri pene
inexpugnabiles obsidente cy
ro non sunt subversi Cetera vero sicut
modum facile possunt intelli
gi Sequitur enim Et dabo tibi the
sauros absconditos et archana
secretorum ut scias quia ego dominus
qui voco nomen tuum deus israel
propter servum meum iacob et israel
electum meum Longe antequam
nasceretur vocatus est proprio nomine
cyrus a domino propter populum israel
qui de captivitate erat laxatus
Sequitur Et vocavi te nomine
meo assimilavi te et non cogno
visti me Nominatim vocavi
te prius quam esses ut ysaac et
iosiam olim ante vocaveram
Assimilavi te in appellatione
filio meo ut et tu xpus .i. vnc
tus vocareris atque cyrus .i. heres
eo quod avunculi tui dari[i] here
ditatem et regnum illius suscepisti
et non cognovisti me quomodo
merore perdolor permansisti Nam
si nunc pura mente cognovisses
sciretis quod sequitur Ego dominus
et non est amplius et extra me
non est deus Non ergo cognovi
sti me quia deos et alios preter
me credidisti Sequitur Accinxi
te et non cognovisti me ut sci
ant hii qui ab ortu solis et qui
ab occidente quia absque me non
est deus Accinxi te potentia ut
populum meum dimitteres quatenus
eorum laxatione illi ab oriente
et ab occidente cognoscerent quia ergo
solus sum deus qui sit eos quam
volui liberari Sed iam vide
amus utrum talia hec intelligi
queant Notum enim cunctis est
quis sit xpus dominus scilicet nimirum
ille quem vnxit deus spiritu sancto
et virtute qui et cyrus est .i. heres
secundum quod apostolus ait Omnes sumus
heredes dei coheredes autem xpi
Cuius inquit apprehendi dexteram
ut diceret michi tenuisti manum
dexteram meam et in voluntate tua
deduxisti me Et subiciam ante
faciem eius gentes ut in nomine
ihesu omne genu flectatur Et dor
sa regum eam vertam quia
demones in fugam convertam Et
aperiam coram eo ianuas hoc est
nostrorum cordium et porte mentium
ei non claudentur sed patebunt
ut gaudentes eum suscipiant
Quod autem sequitur Ego ante te

ibo. et gloriosos terre humiliabo. Sed
quod superius ait intelligi debet
de eius suscitatione ab omnibus in-
ferni. Vocatus enim ut sequitur
ubi se dabit in conspectu eius
gentes. et reges obtinebit
portas inquit ereas conteram
et vectes ferreos confringam
Eo quia rubigine non con-
sumuntur valde durabile est. Et
quid portas ereas nisi dura
absconditi humanarum mentium
aditus exprimit. Quid per
vectes ferreos nisi dura ob-
stinatio male voluntatis fi-
guratur. que ianua cordis deo
non sinit aperiri. Conteram ergo
inquit eos operibus mei portas
mentium et similes indu-
rata duritia et vectes mente
obstinationis ut ferrum duros
ut et durissima corda adventum
tuum pateant. Et dabo tibi
thezauros absconditos et archa-
na secretorum. ut in te sint omnes
thezauri sapientie et scientie abscon-
diti. Vel thezauros absconditi
tos id est homines admittam preor-
dinatos sed adhuc pectus apostolos
latentes cum thezaurus erat Pau-
lus dum ecclesias persequeretur.
Huiusmodi ergo thezauros dabo
tibi et archana secretorum manu-
festabo tibi ut de singulis sciens
quis in malicia vel in sanctitate
perseveraturus nobis sit. aut
quis minime. et ut scias id est
membris tuis facias scire
quia ego dominus qui voco
nomen tuum christum id est heredem
propter servum meum iacob id est pre-
cos. qui cum viciis luctantur
et non dum amici sed adhuc
servi merentur vocari. et propter

israhel electum meum id est propter eos
qui contemplationi celestium
sunt intenti. nam propter fideles
meos vocavit heredem meum
quia ipsi sunt hereditas mea
quam dedi tibi. et vocavi te
nomine tuo ihesum id est salvatorem
meum. tu enim salvum facies populum
tuum a peccatis eorum. vel nomine
tuo sicut dictum est vocavi
te heredem. quia dabo tibi gen-
tes hereditatem tuam. Et assimila-
vi te ceteris hominibus. quia
eis in similitudinem hominum
factus. et habitu inventus
ut homo. Hec omnia propter ser-
vum meum iacob et propter elec-
tum israhel meum. Quod autem
subiungitur et non cognovisti me
in illo homine ad personam redemptoris
non pertinet est referri. Sed quia
id est dominus cuncta tenens
assumens hominem cum eis inventus
factus est. potest ut in ethnicis in-
ducatur ad infidelium israhel populum
referri. ut ergo ait et non cogno-
vistis me. qui cum olim tanto
tempore coluerunt baal. et do-
mino quoque sacrificia reddebat
non cognovit eum. unde et ad-
dit. Ego dominus et non est amplius
et extra me non est deus. Nam
qui deos alios esse putabat
eum qui solus est deus et dominus
non cognoscebant. Unde accinxi
te inquit o christe in virtute pote-
ntia. et tu popule iudeorum non
cognovisti me. Ideo te christe deo
accinxi. ut perciant hi qui ab
ortu solis et qui ab occidente
sunt. quia absque me non est deus
ut sit ab ortu solis usque ad occa-
sum laudabile nomen domini

et excellentissimus super omnes gentes
dominus. Unde et repetit. ego do-
minus et nemo est alter. Atque
subiungit formans lucem et creans
tenebras. faciens pacem et cre-
ans malum. Ego dominus faciens
omnia hec. Lucem vero scientie
dominus in nobis format. et tene-
bras afflictionis exterius cre-
at. pacem mentis intrinsecus
facit. et mala adversitatis fortas-
sis creat. De quibus malis
et per beatum Job dicitur. Si bona sus-
cepimus de manu domini. mala
quare non sustineamus. Non
enim mala que nulla sua na-
tura subsistunt a domino creantur. Sed
creare mala dominus indicat
cum res bene conditas nobis
male agentibus in flagellum
format. ut ea ipsa per dolorem
quo feriunt delinquentibus mala
sint. et per naturam qua existunt
bona. Unde et benenum mors
quidem est homini. Sed vita serpen-
ti. Amore enim proprium ab auc-
tore nostro dilectionis recessimus. et
perversa mens dum dilectioni
creature se subdidit creatoris so-
cietate se disiunxit. Ex hiis ergo cre-
ature ferienda erat. que creatori
proposuerat ut unde homo
culpam non timuit superbus
admittere inde penam corrigendus
inveniret et tanto citius re-
sipisceret ad illa que perdidit
quanto dolorum plena esse conspi-
ceret que quesivit. Unde et bene
dicitur formans lucem et creans
tenebras. quia cum per flagella
exterius tenebre creantur. in-
tus per eruditionem lux mentis acce-
ditur. faciens pacem et creans
malum. quia tunc nobis pax cum
deo redditur. cum hec que bene
condita sunt non bene concu-
pita in ea que nobis mala sunt
flagella vertuntur. per culpam
quippe deo discordes extitimus.
Dignum ergo est ut ad pacem
illius per flagella redeamus ut
cum queque res bene condita
nobis in dolorem vertitur. correc-
ta mens ad auctoris sui pacem
humiliter reformetur. Hec itaque fla-
gella dominus mala nominat
quia salutis et tranquillitatis
bonum perturbando feriunt. Sed
quia de Ciro que propheta erat
acturus vel ei facturus sunt
usque premisit. nunc de eius na-
tivitate subiungit. Rorate celi
desuper et nubes pluant iustum
aperiatur terra et germinet salva-
torem et iusticia oriatur simul.
ego dominus creavi eum. Rora-
te celi desuper et nubes pluant
iustum. id est veniat angelus et
predicet eum ut dominum. Aperiatur
terra audiat maria et germi-
net salvatorem. et pariat Ihesum
et iusticia oriatur simul. ut ille non
post iustificetur. sed cum iusticia na-
scatur. Iustus enim et sanctus est natus
attestante angelo qui matri
eius dixerat. Spiritus sanctus super-
veniet in te. et virtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideo quod et
quod nascetur ex te sanctum vocabitur
filius dei. Unde et addit. ego
ego dominus creavi eum. Ac
si dicat. per operacionem spiritus
sancti mei creatus est in utero
virginis non per coitum viri
generatus. Sed quia sunt in-
deus quisque non filium virginis
sed filium Ioseph asserit. Recte
subiungit Ve qui contradicit

fictori suo · testa de samijs terre ·
Contradicit fictori .i. plazmatori
suo · quando carnalis indus · ihesum
quem conditor omnium deus singulariter
creasse se testatur · viri semine sit
cretus creatum · dicit · Samus autem
insula vel civitas est in qua de
arte figulari inventa · et ideo fic
tilia vasa vocantur samia · Quod
igitur ait testa de samijs terre tale
est ac si diceret · testa de testis terre
luteum vas ex luteis vasis terre
Testa de samijs terre · i. omnis qui
ex viro et femina generatus est · et
hec testa contradicere audet fictori
suo · si ipse corde luto facere no
luit quoddam mirabile vas · i. ho
norem singulariter stabilitum · et u
tile ad omne opus patrum · Unde
et sequitur · Numquid dicet lutum
figulo suo · quid facis · et opus tuum
absque manibus est · Lutum enim
dicit figulo suo · quid facis · qui
luteus homo contra suum plasmatorem
actionem qua christus virgine cre
at audet disputare et dicit ei
opus tuum absque manibus tuis
est · i. tue manus non sunt in hoc
opere qui negat eum fecisse quod fecit
.i. christum ex virgine creasse · Unde et
adhuc subditur · Ve qui dicit patri
quid generas et mulieri quid
parturis · Dicit enim patri quid
generas vel qui latentes eius
eterne generationis filij dei deme
rate scrutari conatur · vel quem ecclesie
generationi contradicit in aliquo
et mulieri .i. electe femine que
virgo eum genuit · quid par
turis · vel quid partum eius
temeraria presumptione discutere nititur
vel qui eundem partum eius repre
hendit · Mulier enim hoc loco

pro sexu posita est · sicut et alibi
misit deus filium suum factum
ex muliere · vel patri dicit quid
generas · qui predicatorem deo
increpat quod per evangelium deo filios
adoptionis gignit · Et mulieri
dicit · quid parturis · qui ecclesie
indignatur · quia spirituales filios
parit · Sequitur · Hec dicit dominus
sanctus israel plastes eius · Venientia
interrogate me · plastes israel est
qui ait alibi · Ecce sicut lutum
in manu figuli sic vos in ma
nu mea filij israel · Vel illud eis
refertur ad christum quem deus propriam
suam plazmavit in utero virginis
ordinem et nunc dicit ad eum populi israel
nolite mihi contradicere in hijs que
de incarnatione christi premitto
Sed magis interrogate me de
futuro deo vel de eius terra · Et
increpando subiungit · Super filios
meos et super filias meas · et super
opus manuum mearum mandate
michi · Ac si dicat · non necesse
est · ut quem de terra et de celo futurus
sunt nos vel qualiter ea fa
ciam procuratis · Unde potentiam
suam sic actionis demonstrans
subdit · Ego feci terram et hominem
super eam creavi ego · Manus
mee tetenderunt celos · et omni
milicie eorum mandavi · Ita est
ipse fecit terram et hominem atque
celos tetendit · et omni milicie
eorum mandavit · i. angelis ut
ministeria et officia sua imple
rent et stellis ut suos cursus per
agerent · et locis ac temporibus
suis appareret · Potest non per
terram cella et per hominem medi
ator · Dei et hominum homo christus
ihesus intelligi · Quid autem per
celos nisi mentes electorum designatur

animetis terrenis contagiis in suo
amore suspense. Unde nos mediat
celos manus domini extendit. quia
lucis visionis intime largitur men
tis sinus tantum quam expanditur
medio ut superior existat mundo
omnique medii huic capitur. Etiam
supra se minutioribus ampliatam
et dum se subse conspicit exal
tata comprehendit. quia breve
sit quod comprehendere humiliata
non potest. Sit ergo dominus celos
extendit quia qualibet pars
deliciae creationis mee apperuit
angustum fiet ei omne quod crea
tum est. Unde est autem militia
celorum nisi conversatio iustorum. Na
militia est vita hominis super ter
ram militie huius mandavit quam
vite strorum precepta sit agendi
dedit. Unde de ipso suo de quo
sequitur est locutus. Unde subiungit.
Ego suscitavi eum et omnes
vias eius dirigam. Suscitavi
id est nasci feci eum ad iustitiam
faciendam. sicut et alibi dicit
quia suscitabo David germen
iustum et fuit indutum et in
iustitia mea. Et omnes vias eius
dirigam. quia voluntas domini
in manu eius dirigetur. Et omnia
quecumque faciet prosperabuntur
sequitur. Ipse edificabit civita
tem meam et captivitatem meam
dimittet non in precio neque in
muneribus dicit dominus deus
exercituum. Supernam ierusalem vi
vis lapidibus edificabit. Et
nos de babilonis huius id est con
fusi seculi captivitate gratis
liberabit. Peccante enim pro
thoparente nostro captivatus est
a diabolo et in peregrinationis

huius ejectus exilium a patria
sua. Unde fit ut omnes eius filii
nisi per Christum velut in babilone
captivi teneantur donec per eum
liberentur qui ait Si vos filius
liberavit vere liberi eritis.
Hanc ergo captivitatem ipse
dimittit. dum nos ad antique
felicitatis patriam reducit.
non in precio quod a nobis accipiat
neque in muneribus sed gratuita
miseratione. Gratia enim estis sal
vati ait apostolus. Ad quem scilicet
liberatorem nostrum. patria pro
missione consequitur dicit. Hec
dicit dominus. Labor egypti et
negociatio ethiopie et sabaim
viri sublimes ad te transibunt
et tui erunt post te ambula
bunt vincti manicis pergent
et adorabunt te que depreca
buntur. Tantum in te est deus
et non est absque te deus. Vere
tu es absconditus deus israel
salvator. Confusi sunt et eru
buerunt omnes simul. abie
runt in captivitatem fabrica
tores errorum. Israel salvatus
est in domino salute eterna.
Egyptus ut supra dictum est in
terpretatur tenebre. ethiopia ca
ligo. Sabaym non dicuntur cap
tivi et quid per egyptum et ethi
opiam nisi gentes exprimuntur te
nebris obscuratum habentes
intellectum. alienati a via dei
per ignorantiam que est in illis
propter cecitatem cordis illorum
Et qui sunt sabaym viri sub
limes id est captivi viri superbi in
de quibus optamus ut det illis
penitentiam deus ad cognoscendam ve
ritatem et resipiscant a diaboli
laqueis a quo captivi tenentur
eiuspnus voluntate. Labor habet

autem egiptus et ethiopia ne
gotiabatur. Iamqua tota genti
les. labori terreno incumbe
bant. et negotijs secularibus
implicabant. Sed labor egipti
et negotiatio ethiopie transibit
ad te. o qui captiuitate. non
in precio dimittis ut gentiles
qui intenebris infidelitatis
pro temporali uita laborabat
in tua fide laborent. p sempi
terna. et qui carnalia. secta
bant negotia. spirituales fiant
negotiatores. interiores diuiti
as acquirentes. hinc enim simile
est regnum celorum homini nego
tiatori. querenti bonas mar
garitas qui inuenta una p
ciosa. margarita abijt et ue
dit omnia. que habuit et e
mit eam. Captiui quoque uiri
sublimes i. heretici. uel poten
tes seculi. aut quilibet per
uersi contumaces. mox fide
les ad te transibunt. materi
am peccati. que inter te et illos
erat tollentes. uel antiqui
hostis castra deserentes. et i
tua partem transeuntes. et tu
erunt et post te ambulabunt
uestigia tua sequentes. Nam
cum dixit in christo se manere
debet sicut ille ambulauit
et ipse ambulare. Vincti ma
nicis pergent. quia sit in a
iustitie sequentur. ut manus
eorum. uinculis preceptorum tuorum
ab opere malo restringantur. et
te supplicatione adorabunt. teque
deprecabuntur. dicentes quia
tantum inte est deus. et non est
absque te deus. Ecce uera catho
lice fidei confessio. que dicit
christo. Iamqua tantum inte est deus

non enim deus in adusse atque a
liene alse nature habitator
est. Sed in suo atque a se geni
to. manet deus in deo pater
in filio. Ait enim. quia ego in
patre. et pater in me est. et
non est inquit absque te deus
excepto quoniam et enim filio dici
ne absque deo. eo deus quisque
sit pater enim non est absque filio
qui ait. Ego et pater unum
sumus. et quia in me est pater
et ego in patre. Non enim sunt
duo dij pater et filius sed unus
deus. Eodem modo sentiendum est
de spiritu sancto. Deinde uiri sublimes
uere inquiunt. tu es deus ab
sconditus. quem mi(sericordie) iste mundus
ignorauit. deus qui saluas
israel. qui solus saluare po
tes. Neque enim dij gentium suos
cultores saluare ualent.
Vel tu es deus absconditus
quia uerbum erat apud deum
et deus erat uerbum. Recte
enim deus absconditus dicitur
unigenitus filius qui est in
sinu patris. Sunt propter corporis
assumpta sacramenti. uocatur
deus absconditus. Ubi autem
iste deus absconditus in mo
tuit mundo. Confusi sunt fa
bricatores eorum gentiles ac
heretici. et abierunt omnes
simul. opprobrium insipientie
sue portantes. et abierunt
in captiuitate sempiterne dam
pnationis. ubi cum dya
bolo perpetualiter manent cruciando
dicentes in infernali carcere. Is
rael uero i. electorum populus sal
uatus est in domino salute e
terna. Sciamus quod terrestris do
mus nostra huius habitationis

dissoluatur · quo edificationem
oculo habetis domum non manu
factam eternam in celis · Sed quia
pii solent ab iniuriis rideri · Ideo
ad eos consolatoria promissione
subdit · Quia non confundemini
et non erubescetis · in seculum seculi
Non confundemini propter blasphe
mias infidelium in presenti seculo
donec seculum seculi ueniat · id est se
culum illud quod hinc succedet
in quo perpetualiter gaudebimini
Et tunc confusi et erubescentes non
habebitis · Sequitur · Quia hec dicit
dominus creans celos · ipse deus
formans terram et faciens eam
ipse plastes eius · Non in uanum
creauit eam · ut habitaretur
formauit eam · Ego dominus
et non est alius · Ideo inquit non
erubescetis · quia dominus ihesus
qui creauit potentia sue diui
nitatis celos · et fecit et forma
uit terram · ut habitaretur ab
hominibus · ipse in multis pre
dicationibus clamat se solum esse
dominum · et preter se nullum esse
dominum · Sequitur · Non in abscon
dito locutus sum in loco terre
tenebroso · hoc est [illegible] fallax
quod in euangelio dicit · Ego palam
locutus sum mundo · Ego semper
docui in synagoga et in templo
quo omnes iudei conueniunt
et in occulto locutus sum nichil
Nam qui communem salutem
annunciabat cunctis absque ge
neraliter confluentibus · non
in abscondito loquebatur · At
contra heretici in occulto loquuntur
in loco terre tenebroso · quia
dicit in publico · atque furtiue
cultores sunt · et panis ab
sconditus suauior · Vel non
in abscondito locutus est se

solum esse deum · eternum in morte
sua · decretis eius ueritate
clamauit · Non erunt tibi dii
alieni absque me · nec facies
tibi ydolum · Sed melius hec
de apostolica predicatione accipitur
dominus non subdit · Non dixi
semini iacob · frustra querite
me · Et si dicat · Non in cassum
eos aduentum meum expectare
feci · quo ad eos ut promiseram
ueni · et de doctrina sua subiun
git · Ego dominus loquens iu
stitiam · annuncians recta · Et si
dicat · Omne quod ore meo
procedit iustum et rectum est · Et
re uera sic est · Quid enim rec
tius · quam quod in euangelio preci
pit · aut loquitur · Hec enim iu
stitia fideles iustificat · qui
in lege non poterant iustificari
Quoniam sicut ibi ait · Venite ad
me omnes qui laboratis et
onerati estis · ita et hic quoque
subicit dicens · Congregamini
et uenite · et accedite simul
qui saluati estis ex gentibus
Congregamini in unitate caritatis
et in uinculo bone actionis uenite
et accedite simul omnes ad me
qui per me saluati estis ex gentibus
Per me enim salui facti sumus · Et
tunc ad me festinare debetis
accedere · Sequitur · Nescierunt qui
leuant lignum sculpture sue
et rogant deum non saluantem
Quoniam enim sibi sculpserunt ydola
et adorant · nesciunt quid fa
ciunt · quia obscuratum est in
sipiens cor eorum · Deinde pre
conibus euangelii precipitur · Annun
ciate et uenite et consiliamini
simul · Ita enim predicatores
postquam annunciauerunt uenientes

consilium sunt simul. quibusdam
deis asserentibus oportere gen
tiles qui ad fidem veniebant
circumcidi. paulus cum barnaba
ierosolimam ascendit. audire
quid de hac re sentirent seniores
apostoli. Hinc etiam prepositi ecclesiarum
consiliantur simul. in sinodis
et conciliis sepe convenientes
Commissis non gentibus subiungit
dominus. Omnes auditum fecit ab
inicio. Et sibi ipsi respondet. Et
tunc predixi illud. Predixit in
circuitum .i. ab inicio conversione
gentium. premittens abrahe
dicens in semine tuo benedicentur
omnes gentes. Numquid se solum
contestatur esse deum dicens
Numquid non ego dominus et non
est ultra deus absque me. deus
iustus et saluans non est preter
me. Hoc evidens est. Nam qui
dicuntur dii gentium. iniusti sunt
omnes et suos cultores non
servant sed perdunt. Sequitur
Convertimini ad me omnes et salvi
eritis omnes fines terre. quia ego
deus et non est alius. Et hoc ma
nifestum est. Nullus enim deus
preter christum. qui totum orbem
ad se conversum salvat. Sequitur
In memetipso iuravi. Egre
dietur de ore meo iustitie verbum
et non revertetur. quia michi cur
vabitur omne genu et iurabit
omnis lingua. In memetipso in
quit iuravi. Quando neminem
habuit per quem iuraret maio
rem iuravit per semetipsum. Ho
mines enim per maiorem sui iurant
et omnis controversie eorum finis
ad confirmationem est iuramentum
In quo habundantius volens
deus ostendere pollicitationis

heredibus inmobilitatem
consilii sui interposuit iusiu
randum. ut per duas res inmo
biles quibus impossibile est
mentiri deum fortissimum so
latium habeamus. Sed quid
iuravit audiamus. Egredi
etur de ore meo iustitie verbum
.i. sententia iudicanda per quam
omnes qui crediderint et non
revertetur. quia in sempiternum ma
nebit iustitia que presidentem dic
tis [illegible] nec me penitebit hoc
verbum emisisse. Nam michi
curvabitur omne genu. ut
in nomine ihesu omne genu flec
tatur et omnis lingua iurabit
michi. ut omnis lingua confiteatur
quia dominus ihesus christus in gloria
est dei patris. Omnis lingua
iurabit mihi. Quia linguarum
omnium diversitas in hoc concor
dabit ut devotum michi famu
latum inpertet. Vel quod ait quia
michi curvabitur omne genu
et iurabit omnis lingua. sic in
telligamus ut apostolus exposuit
dicens. Omnes stabimus ante
tribunal christi. Scriptum est
enim. Vivo ego dicit dominus
quia michi flectetur omne genu
et confitebitur omnis lingua. Itaque
unusquisque nostrum pro se reddet ra
tionem deo. Nam nunc sponte
sensimus flectere genu coram stare ante
tribunal christi. et confiteri vel
iurare deo rationem ei pro se reddere
Sequitur. Ergo in domino dicet
me sunt iustitie et imperium
Quando egredietur de ore meo iu
stitie verbum. et flectetur genu in
iurabit omnis lingua. ergo omnis
lingua michi iurabit dicet in
domino et imperatore meo. michi est.

iusticie quia per lumen xpi sunt iustificati. et merito in principio quia in xpo regina facti sunt. Nec enim dicit cetera. que in diis gentibus et linguis est eorum et inde sunt. ce dicit in principio quia in toto orbe dominatur de illis uero qui euangelium dei non recipiebant. Sequitur. Ad eum uenient et confundentur omnes qui repugnant ei. Ad dominum enim uenient. uel mit credendo. et confundentur de malis suis penitenciam agendo. uel post modum in ante tribunal eius stent et crimine confessionis obprobrium portent. Ecclesie aut subditur: In domino iustificabitur [et laudabitur] omne semen israel. in domino ihesu xpo iustificabitur. sicut et paulus iudeis ait Notum sit nobis uiri fratres. quia per hunc nobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non potuistis in lege moysi iustificari. In hoc omnis qui credit iustificatur. et laudabitur in eo illo. Ecce laudabuntur omnes qui in tat meo. Iustificabitur in hac uita laudabitur in alia. Omne semen israel. non carnale. sed spirituale. Non enim omnes qui ex israel hii sunt ysrahelite neque qui semen abrahe omnes filii. Sed in ysaac uocabitur tibi semen. id est non filii carnis hii filii dei sed qui filii promissionis sunt estimantur in semine. Iustificantur aut in xpo fidelibus et omnibus linguis ei iurantibus quia subditum.

Confractus est bel contritus est nabo. facta sunt simulacra eorum bestiis et iumentis. Credentes enim omnia conflauerunt et contriuerunt ydola. Bel namque et nabo fuerunt ydola. Interpretatur aut bel uetustus. et nabo sessio. et quis est uetustus nisi antiquus hostis diabolus qui est bel. sessio id est qua uoluit dominum sedem suam ad aquilonem ponere cogitaret Sessio hec regnum in infidelibus est. Bel igitur confractus est et nabo contritus est. quia dyabolus tharthareis incendiis est traditus est. et regnum eius penitentia contritum de corde eorum qui crediderunt. Symulacra eorum id est diaboli et dominationis eius sunt ydola. et hec bestiis et iumentis facta sunt. Ecce enim homines qui bestiali feritate seuiebant et quelibet onera sibi a demonibus imposita non renitentes portabant coluerunt ea quibus deinde dicitur. Honera uestra graui pondere usque ad lassitudinem contabuerunt et contrita sunt simul. Non potuerunt saluare portantem. Ydola enim que graui pondere eos fatigabant qui se portabant postea confracta sunt et computruerunt. nec suos baiulatores saluare ualuerunt. Nam sequitur. Et anima eorum in captiuitate ibit id est eternis uinculis stricta ducetur in carcerem geenne dampnationis. Vel hoc dicendum. quod grauissimi omnibus ingentibus errorem ydolatrie fuerit. qui cultores suos deprimebat in terram. Hii quidem iumenta facti sunt a cultoribus suis. et portantur ab eis. nec eos saluare possunt agibus

portant. Sed deus meus ipse fecit
nos et ipse portat et saluat
nos. Sequitur. Audite me domus
iacob et omne residuum domus
israel. qui portamini meo utero
qui gestamini mea vulva.
usque in senectutem ego ipse. et
usque ad canos ego portabo. Ego
feci et ego feram. et ego porta
bo et saluabo. Nam domus
iacob dicta est fidem patriar
charum tenens quia xpistus regna
bit in domo iacob in eternum. Et
quod est residuum domus israel. nisi
de quo dictum est. quia omnis qui
residuus fuerit in syon et residuus
in ierusalem. sanctus vocabitur. Potest
et hystorialiter accipi domus ia
cob. et residuum domus israel cap
tiuorum de populus. Vtero autem
concipit. pariens quem in lucem in
tantum perficit. Quid ergo uterum
seu vulua dei. nisi eius consilium
debemus accipere. in quo ante
secula per predestinationem concepti
sumus. ut creati per secula produ
ceremur. Ambrosius autem loquens
de unigenito ait. Sicut filius
patris spiritualis intelligitur in
timum quoddam paterne caritatis
natureque secretum. in quo semper
est filius. ita etiam patris est
vulua spiritualis interioris ar
chanum. de quo tamquam de geni
tali aluo processit filius. Nos
non quia de adoptiuis filiis lo
quimur. vuluam vel uterum dei
sicut diximus. consilium eius acci
pimus. a quo stulticie [illegible] porta
mur. quia deus consilio sapien
tie pariet nos portat. cognoscens
qui sunt eius. Vnde est autem eo
senectus vel [illegible] infirmitas usque
ad senectutem. ego ipse est. qui
usque in eternum sine variatione im

mutationis permanet. Cui dictum
est. tu autem idem ipse es. et anni
tui non deficient. Ipse quidem usque
ad senectutem suam que est perpetua
immortalitas et infinitas ma
net. nos illo portat usque ad eam
nos senectutis [illegible] longani
mitatis nos tollerat usque ad
finem uite presentis. et tunc singulis
prout meruere restituet. Vel usque
ad senectutem non suam sed nostram
ipse nos portat tollerans et
perficiens atque iusta misera
tione perpetualiter saluabit. et
in omnibus hiis operibus suis
omnino contrarius est diis gentium
unde conqueritur de ydolatris in te
rra dicens. cui assimilastis me
et adequastis et fecistis similem.
qui confertis aurum de sacculo
et argentum statera ponderatis
conducentes artificem ut faciat
deum. Cum quippe in sua esti
matione similem facerent
ydolo materiali. qui sicut apostolus
ait. mutauerunt gloriam incorrup
tibilis dei in similitudinem yma
ginis corruptibilis hominis. et
uolucrum et quadrupedum et serpe
ntium. De quibus et subditur. Et
procidunt et adorant. Portant
illum in humeris gestantes et
ponentes in loco suo et stabit
et de loco suo non mouebitur. Sed
cum clamauerint ad eum non
exaudiet. de tribulatione non
saluabit eos. Totum hoc ma
nifestum est. Sequitur. Mementote
istud et fundamini. Redite pre
uaricatores ad cor. recordamini
prioris seculi. quoniam ego sum deus
et non est ultra [illegible] deus. nec est
similis mei. Quia [illegible] cultores
ydoli mementote et recogi
tate istud quia deus nescit ua-

fabricatus est et ex quo posuis se
in loco suo non potuit se move
re nec suos cultores audire valet
aut iuvare et sinderesim inmitti
te ne per vanos errores mens
vestra fluctuet. Redite ad cor
vestrum sub ymagine qua foris
cernitis quia sensum recte co
gitacionis in talibus amisistis.
Quid aut vos nitimini e cor
de meo et tam tam pravas
cogitaciones spargit, a quo sic cor
nostrum evagatur. Longius ergo
istos mittit quos ad cor suum
redire precipit quia quo se ex
terius fuderit eo ad se minus po
sunt redire uno inveniunt. Spar
sis enim foris mentibus ad se
metipsas redire difficile est quia
qui terrenis desideriis impli
cantur eos prava itinera semel
captos tanto delectabilius tenent
quanto in eis omne quod libuit licet
quippe nullus disciplinae murus
obviat qui stringat nulla
retribucionis proposita pena que
terreat sed clauso oculis cordis
eo anima precipitatur in infimis
quo obscuratur a summis et tanto
securius mala temporalia per
petrat quanto durius eterna bona
despiciat. Tales erant illi qui
cum cognovissent deum non sicut
deum glorificaverunt aut gracias ege
runt sed evanuerunt in cogitacionibus
suis et obscuratum est insipiens
cor eorum. Dicentes enim se esse
sapientes stulti facti sunt et
in pretium est mutaverunt gloriam
incorruptibilis dei in similitudinem
ymaginis corruptibilis hominis
et volucrum et quadrupedum et ser
pentium. Propter quod tradidit illos
deus in desideria cordis eorum in
immundicia ut contumeliis affi
ciant corpora sua in semetipsis.
Tum ergo bonitati divine
placet respondere tales congrue
dicit eis. Redite prevarica
tores ad cor. Prevaricatores
enim sunt qui cum cognovisset
deum non sicut deum glorificaverunt
Iudei enim quod deum cognoverunt
quod divino lege acceperunt ut
ei gloriam darent. Sed hanc pre
varicati sunt in cultura ydolorum
vel naturale lege prevaricati
sunt inique agendo. Quos
postquam a unitate qua se foris
sparserant in ydolatria redire ad
cor suum precipit. Recordamini
inquit priores seculi quia tunc
nec nominatum fuerat ydolum.
Si enim ydola dii essent nunquam de
fecissent. Ego enim qui nunc ve
ni sum deus et non est ultra deus
sicut nec ultra in duos nec
est quisquam similis mei. Adde
aut quod dixerat quia non est similis
mei bene subiecit annuncians
ab exordio et ab initio que non
dum facta sunt dicens Consilium
meum stabit et omnis volun
tas mea fiet. Annunciabit enim
deus ab exordio novissimum di
cens in adam quia relinquet
homo patrem suum i. xpistus a solio
paterne maiestatis descendet
et matrem i. synagoga deseret
et adherebit uxori sue i. ecclesie
et erunt duo in carne una. Cuius
consilium stabit et omnis volun
tas eius fiet quando eius vo
luntati nec illa obsistent que
contra voluntatem illius fieri videntur
quia ad hoc non inique permittit
fieri et quod non precepit ut per hec
certius impleatur quod iubet. Et pos
tate cum angelis perversa volun
tas est, sed tamen adeo mirabiliter.

ordinat^z ut ipe quoq3 omibus
sidie utilitati bonorum seruiant
quos purgat dum temptant
Sit ergo consiliu eius stat. ut
inde magis uoluntate suam
impleat Unde voluntas eius
consilio quis contra ire nitit^z
Sed dum a concordia et amico
que nec dum facta sunt annunci
at dicens. quia consiliu meu
stabit et omis uoluntas mea
fiet. satis ostendit. se de eo con
silio dice quo disposuit ut pri
cipe mundi termino dyabolus
passione saluatoris suam
genus amittet. Hoc enim annu
ciauit a concordio dicens serpe
ti. quia inimicitias pona int
te et mulierem et semen tuu et sem
illius. et uoluntas eius salus
mundi est. qui omnes homines
uult saluos fieri. et ad agni
tionem ueritatis uenire. Et hanc
uoluntate sua ab inicio denu
ciauit abrahe promittens ei.
quia in semine tuo benedicent^z
omnes gentes. Sed hec no du
erant facta i. uoluntas eius
in saluatione mundi nec dum
erat impleta. dum p prophetam
sic hec loqueretur^z. Cum quo
xpm suscitauit a mortuis et
constituit ad dexteram sua in ce
lestibus. bene post denuncia
tionem consilij passionis illius
de ipso subiungit. Vocans abor
iente auem et de terra longinq uirum
uoluntatis mee. Cum quippe
nuncupat auem. qui corpus car
neum. qd assumpserat. ascende
do ad ethera. librauit et eun
appellat uirum uoluntatis sue
de quo et alibi testatur. Hic e filius
meus dilectus in quo michi
bene complacui. Iam uero

dixim9. quia in decorem pphis qd
eo uocat^z oriens. quia de ear
ne eius i. saluator natus e.
qui sol. iusticie dicit^z. Terra
aut longinqua nominat^z h
terra ma inopia peregrini. et
hospites exulamus. Vocauit
itaq3 deus ab oriente auem et
de terra longinqua. uirum uolu
tatis sue. qn xpm de bethania
leuauit in celum. Vel. genti
tas potest appellari longinqua
terra quia longe erat a deo.
dum seruiret ydolis. qm uoca
uit ab oriente aue. qn xpm p
aplos a iudeis ad gentes misit
Et eundem de terra longinqua
uocabit uirum uoluntatis sue. qn
p eccle predicatorem a gentibus
eum reducet ad hebreos. et i his
omnibus implebit^z qd ait. quia
consiliu meu stabit. et omis uo
luntas mea fiet. De quo etia
subdit. Et locutus sum et ad
ducam illud. et creaui et faciam
illud. Locutus sum p prophas co
siliu meu et adducam illud in
tempe suo. Et creaui illud pre
destinando et faciam illud opando
Unde sequit^z. Audite me duro
corde qui longe estis a iusticia
Prope feci iusticiam mea no elonga
bit^z et salus mea no morabit^z
Dabo in syon salute et in ierlm
gloriam mea Illa duro corde p
fuerit iudei. et longe a iusticia
Ignorantes enim iusticiam dei
et sua uolentes constituere iusti
cie dei no sunt subiecti. Quibus
ait prope feci iusticiam mea. no
elongabit^z et salus mea no
morabit^z. i. iam appropinquabit
tempus ut reueletur propm in
sancta fidei neq3 enim ult^a elonga
bit^z et salus eterna demonda

est per eum credentibus non
morabitur amplius. Salvo in Syon
[salute] eterna his qui credide
runt in nos. et in ierusalem gloriam
meam super his qui fidem gratie
mei receperunt. ut spiritu sancto re
pleti loquantur omnibus linguis
et prophetent. atque signis et vir
tutibus choruscent. Hoc factum
est in illa multitudine creden
cium. quorum erat cor unum. et ani
ma una. Sequitur.

Descende sede in pulvere
virgo filia babilonis
sede in terra. Reprobis
et enim occasio deest peccatorum
operandi. desideriorum cogitacio
nes. eorum cordibus nullatenus
desinunt. Et enim non semper dia
bolum sequantur in opere valde tamen
se ei obligant in cogitacione.
Unde nunc recte dicitur. descende
sede in pulvere virgo filia babi
lonis. sede in terra. Cum enim
semper pulvis sit terra. non
tamen terra semper pulvis.
Quid per pulverem nisi cogitacio
nes debemus accipere. que dum
importune atque silenter in mente
evolant eius oculos excecant.
Et quid per terram nisi terrena actio
designatur. Et quia reproborum
mens prius ad prava cogitan
da ducitur. et postmodum ad facien
da. recte filie babilonis que ab
interne rectitudinis in dito de
scendit. per sapientem sententia
dicitur. ut prius in pulvere. et
post in terra sedeat. quia ubi se
in cogitacioni prosternit in malo
opere non inhesisset. Hoc enim loco
humana mens virgo non incorru
pta ut arbitror dicitur. sed in
secunda. Et quia babilon confu
sio interpretatur. recte in secunda
mens babilonis filia vocatur.
que inde quod nequaquam bona
opera germinat. dum nullo or
dine recte vivendi componitur.
sed confusione malicie generatur.
Cum autem virgo non in secunda dicitur
sed incorrupta. postquam statum
salutis perdidit ad confusionis
sue cumulum appellatur quod fuit.
Cui apte per increpacionem dicitur
descende. In alto quippe stat hu
manus animus. qui supernis
retribucionibus inhiat. Sed ab
hoc statu descendit. cum turpi
nitens se se defluentibus mun
di desideriis subicit. Cui bene mox
additur. Sede in pulvere. descendens
enim in pulverem in pulvere resi
det. qui celestia deserens terrenis
cogitacionibus assensus in infi
mis vilescit. Ubi adhuc inge
minando subiungitur. Sede in
terra. ac si reprobans dicat
anima celesti conversacione te no
luisti erigere sub temet ipso hu
militatis in terrenis actibus
humiliare. Unde et necessario
protinus additur. non est solium fi
lie caldeorum. Chaldei namque fe
roces sunt. quia voluntates per
pravas sequentes. nec suis parcere
moribus sciunt. Efferotes sunt
terrena desideria. que non solum
contra precepta conditoris superbe
et contra percussionum verba durata
atque insensibilem mentem reddunt.
Sed filia ferocium ista habet solium
quia mens que ad amorem mundi
ex pravis desideriis nascitur atque
eisdem desideriis obduratur. eo
quod sese terrenis concupiscenciis
subicit. sedem iudicii amittit.
Nullique caput se solio presi
det. qui examine discrecionis
caret. Et quoniam iudicii sui sede
expellit. qui per viciorum con
cupiscencias vagatur. Sequitur.

Liquet enim quod mens que in
tus consilii sedem perdidit fo
ras se per desideria innumerabi
lia spargit. Et quia ago intellec
ta dissimulat, cecatur. Certe ne
scia nesciat quid agat. Et sepe
iusto iudicio in ipsa sua volunta
te relinquitur, et sub ea que an
xie appetit laboriosa mundi
ministeria relaxat. Unde et apte
subditur: Quia non vocaberis
mollis et tenera. Tolle molam
et mole farinam. Constat ni
mirum quod tenere filie parentes par
cunt ne duris atque servilibus
hanc operibus affligunt. Opus
ergo deus quasi teneram filiam
vocat, quando dilectam unius
cuiusque animam laboriosis huius
mundi servitiis revocat ne du
ctionibus actibus afficitur, ab
intimis desideriis induxit. Sed
chaldeorum filia mollis et tenera
non vocatur, quia mens pluris
desideriis dedita in eo quod anxie
appetit huius seculi labore re
linquitur, ut foris mundo velut
ancilla serviat, que intus deo
ut filia nequaquam amat. Unde
et molam tollere et farinam
molere iubetur. Mola in gyro du
citur et farina profertur. Unaqueque
ergo mundi huius actio mola est
que dum in illa curis congerit
humanas mentes quasi per gyrum
vertit atque ex se velut farina
proicit, quia seducto corde per
minutissimas cogitationes gig
nit. Non numquam vero cum quieto
alicuius esse meriti creditur, posito
in qualibet actione denudatur.
Unde protinus subinfert: Re
vela turpitudinem tuam, discoperi
humerum, revela crura, transi flu
mina. Quia in administratione quippe
operis turpitudo denudatur. Dum

nilis meus abiecta per inopis
ostentatione cognoscitur, que
quieta fore magna puta
batur. Humerum mens discoperit
quando opus suum quod ignorabat
ostendit. Crura revelat quia quibus
desideriorum passibus currens mundi
inhiet manifestat. Flumina etiam
transsit, quia quotquot huius seculi
que cottidie ad ima defluunt
indesinenter appetit dum quas alias
relinquit et alias insequitur
quasi semper de flumine ad flumen
venit. Hec beatus gregorius
ostendens quo vadit mens
a solio sue intentionis excussa
quia si ab hiis que super ipsam
sunt in superiorem cessaverit subse
quente etiam indesinenter omni
mis occulta turpitudo quia
intus per reprobationem quis
sicut dictum est denudatur; a
etiam postmodum in oculis omni
um palam cunctis ostenditur.
Recte subiungitur: Revelabitur
ignominia tua et videbitur
obprobrium tuum. Nam denun
ciata que nullo fiet iudicio
vel in obitu cuilibet reprobi
manifeste subdit: Ultionem ca
piam et non resistet michi homo.
Tunc enim nemo iam resistet
ei. Quondam namque moyses pro
populo resistit ire eius dicens
dimitte eis hanc noxiam
aliquin dele me de libro tuo
quem scripsisti. Sic et aaron
ei restitit quando inter vivos
ac mortuos thuribulum sump
sit et cum adolitionis igne
fumo incensi temperavit. Si
nus etiam ire eius resistit cum
angelus pervicaciam se offerens
placationis graciam et ante te
propositum exegit. Et omnes sa

qui ire eius obuiant ab ipso
accipiunt nec contra impetum
passionis eius opponant atque
ut ita dixerim cum ipso se con
gunt contra ipsum. cumque diui
na ius sibi opponit secum quasi
meo quod aduersum se sentit
iram fortius obtinet. iratus eos
irascentes graciam fouet et famu
lantes in eius lauat quos
qui adulantes cumque tolleratur
Portat ergo contradictionem
deprecantium quia aspirat et
uelut nollenti imponit quod
ab ipso ut impleatur fiat sicut in
uerbis eius apparet cum dicit
moysi. dimitte me ut irascatur
furor meus contra eos et delea
eos. Quid est dicere sermo dei
mitte nisi deprecandi ausum
prebere. Cum uero superna indig
nacio sese ut ita dixerim me
dullitus mouet. Tunc oppo
sitio humana non retinet. nec se
utiliter cuilibet deprecatio obii
cit. Cum semel deus aliquid
ab intimis irascendo disponit
Unde per beatum Job dicitur deus
cuius ire resistere nemo potest
Nullius enim interuentu diui
na ira restringitur. cum implaca
bilitur concitatur. Hac igitur inex
orabili indignatione ad hanc
filiam babilonis commotus
dicit. Ultionem capiam et non
resistet michi homo. Homo
enim resistere omnino non ualet
qui se adulascendo excitat.
et precem que ei fundit non
aspirat. Unde et per salomonem
dicitur Non parcet in die uin
dicte. nec acquiescet cuiusquam
precibus. nec suscipiet pro
redemptione dona plurima
Quam sententiam attendere
debent qui pessimis hominibus

defunctis missas celebrant
uel orationes aut elemosinas
faciunt. Plerumque uero talis anima
potentiam in hoc mundo adepta
dei seruos affligit sicut olim
plebs chaldeorum in babilone
filios iuda. Sed cum huiusmodi
princeps in die mortis sue ad
ultionem diuinam perducitur dei que
seruitute deprimebat redimuntur
de manu eius. Unde mox contra
sequitur nota subditur. Redemptor
noster dominus exercituum nomen
illius sanctus israel. Quoniam omnes
nos de manu oppressoris re
demit. ideo liberator nostri domi
nus exercituum. quia exerci
tus angelorum ei famulantur
ad uindictam malorum. Et nomen
illius sanctus israel. est. Quoniam filie
babilonis in religiositatem ulterius
tollerare noluit. Unde et sub
iungit Sede tacens. intra in tene
bras filia chaldeorum quia non
uocaberis ultra domina regnorum
Sedet enim que stabat cum pro
strata uilescit que curtata sta
bat. tacet cum conuersationis
peruersitatis sue non inuenies
memorie tabescit et intrat
in tenebras cum in noctem
perpetue dampnationis mittitur
dicente domino. Ligatis mani
bus et pedibus mittite eum
in tenebras exteriores. Et iam
uocatur domina regnorum quia
gloriam potentie singularis
amittit cum uita. Sequitur
Iratus sum super populum meum con
taminaui hereditatem meam
et dedi eos in manu tua.
Hoc manifestum est. Sepe enim
dominus populo suo iratus asperum
uel crudelem dat ei principem
confirma sicut scriptum est regnare
facit hominem ypocritam. propter

peccati sui. Sequitur. Non po
suisti eis misericordias super
senem aggravasti iugum
tuum valde. Et dixisti in sempi
ternum ero domina. et hoc peccatum
tuum est inmisericordie. Cum
populum dei princeps malus affli
git. et inhumane tractat. neque
vel senibus ab afflictione ser
vitutis parcit. ac velut in
sempiternum se dicit dominaturum
dum tempore longo se potestatem
exercere putans. de die ulti
ma cogitare negligit. Unde
et subditur. Non posuisti hec su
per cor tuum. neque recordata es
novissimi tui. Non posuisti
super cor tuum id est non cogitasti
quia ego iratus populo meo
dedi eum in manu tua.
neque finis tui recordata es
quia ultione ego de te rapiam
nemine resistente. Sequitur.
Et nunc hec audi delicata
et habitans confidenter. que di
cis in corde tuo ego sum et
non est preter me amplius.
non sedebo vidua et igno
rabo sterilitatem. Venient tibi
duo hec subito in die una
sterilitas et viduitas. Delica
ta est anima. que suis volu
ptatibus in presenti fruitur. deli
ciis affluens. et confidenter
habitat dum nullo metu
mortis cogitur. sed peregrina
tionis presentis exilium velut esti
mationem hereditatem estimat
patrie. Et dum se dectoros
potentia honoris preire co
gnoscit cunctos velut in ...
lum despiciens et se exaltans
in cogitationibus suis dicit. Ego
sum et non est preter me am
plius. Et me et vidua se non
sessuram dicit. quia se semper

intellectualem sapientem estimat
intellectus enim plerumque dicitur
vir anime. Unde domini mu
lieri samaritane verba sua
non intelligenti dicit. Voca
virum tuum id est adhibe intellectum
tuum. et veni huc id est ad ea que
dico attende hic. Nam sicut
vir mulieri sic intellectus animam
regit. Et sicut mulier ex viro
sic anima concipit ex intel
lectu quod in operatione parit. Dicit
ergo. Non sedebo vidua id est non
ero deserta intellectu amisso
quia nunquam illum amittam. sed
prudenter intelligam semper. et
non ignorabo sterilitatem id est non
ero infecunda sed semper dilec
ta michi opera velut filios
pariam. Sed que sic loquitur
audire debet. quid ei divini
tus respondeatur. Venient tibi
duo hec id est sterilitas et viduitas
subito in die una id est in hora mor
tis. ut nequid amplius operari
possis. et intellectum amittas.
et qui iam hec illi acciderint
subiungitur. Universa venerunt super
te propter multitudinem male
ficiorum tuorum. et propter duritiam
incantatorum tuorum vehementer.
Universa que superius commemorata
sunt. venerunt super te. propter multi
tudinem malorum que faciebas.
Quid vero per incantatores acci
pitur. nisi certi potentes
qui hunc mundum per vani
tatem sectantur potentie vel vo
luptatis sue. qui phantasiam
maioris artis in hiis que frau
dulenter operabantur. fallunt
oculos intuentium. ut vel bona
vel honesta putent eorum opera.
Qui vehementem habent du
ritiam. quia ignorantes misera

+ hec sapia qua cofidebas i malicia tua iret te uidi dum putabas decepit te

misericordiis innocentes ledunt
et eorum bona diripiunt. Et ppe
horum ergo diuitiam principes eorum
primitur. quia debuerat impie
tate eorum compescere. Cui ad
huc dicitur. Et fiducia habuisti
in malicia tua. et dixisti. Non
est qui uideat me. In malicia
fiducia habuit. quia per mala
astucia se ceteros superare con
fisus e. et prospere semp agere
In malis etiam que faciebat
non uideri se diuinitus arbi
trabatur. sequitur. Sapientia tua
et sciencia tua hec decepit te
+ quia malis operibus tuis semp
implicabat te. Vel. prius pro
mittet. sapientia tua et sciencia
tua. deinde subiciat. hec dece
pit te. ut non dicta solummodo
sed eciam sapia et sciencia eius
diuitum intelligatur. quo sapia
carnis inimica est deo. Sequitur
aut sapia. et sciencia eius di
citur eam decepisse. Nam pruden
cia carnis mors est. et sciencia
inflat. Vnde et prefatus tumor
illius quo de temporali gloria se ex
tollens ceteros despicit. replicatur
cum subditur. Et dixisti in corde
tuo. Ego sum. et non est preter
me altera. adeo enim singulariter
extollitur. ut se solam esse glorietur
quia neminem sibi parem cer
nit. Cuius elacioni debita mors
inproviso superuentura promitti
tur. mox subiungitur. Veniet
super te malum et nescies ortum
eius. et irruet super te calami
tas. quam non poteris expiare.
Veniet super te repente miseria
quam nescies. Hec enim omnia
tempore mortis fient. Contra
rio adueniunt huic filie ba
bilonis. que de prosperitate singula
ri gloriatur. protinus exprobrando
dicitur. Sta cum incantatoribus
tuis. et cum multitudine ma
leficiorum tuorum in quibus labora
sti ab adolescentia tua. si forte
quid prosit tibi. aut si possis
fieri fortior. Si enim uere potens
est. stet nunc aduersus mortem
et potenter ei resistat. Omnes
etiam suos incantatores. uide
licet subiectos sibi potentes
ac sapientes. qui uanitate
dolose actionis deludunt hu
manos oculos. et artificiosis lo
cucionibus suis. uelut quibusdam
precantacionibus. immutant
sensus hominum. assumat secum
in auxilium. Multitudinem quoque
malorum in quibus ab adolescen
cia se exercuit. opponat diui
ne animaduersioni que super
eam ueniet. quia fiducia ha
buit in malicia sua. Cum igitur
his omnibus stet et resistat ire
celesti si forte quid ei ualu
erit. hoc. aut fortior contra
deum fieri potuit. Et quia
predicti incantatores in ultimo
da consilia dant. sed nichil ua
lent aduersus deum. consilia
eorum recte subditur. Defecisti in mul
titudine consiliorum tuorum. Hu
iusque inpprecando subiungitur.
Stent et saluent te augures
celi. qui contemplabantur sidera
et supputabant menses. ut ex
his annunciarent uentura
tibi. Quid non augures celi
qui contemplabantur sidera et sup
putabant menses. ut ex his
annunciarent uentura. nisi ho
mines superstitiosi designant qui
ex elementis temporum explorare
futura conantur. De qualibus
ait dominus. Cum uideritis nu
bem orientem ab occasu. stati
dicitis. nimbus uenit et ita
fit. Et cum austrum flantem
dicitis. quia estus erit et fit

ypocrite faciem celi et terre nostis
probare. Et paulus dicens obser-
uatis et menses et tempora et
annos timeo ne forte sine causa
laborauerim in uobis. Ergo mago
supradicte babilonis filie et meos
superstitiosi et peruersi principes
in regis in talibus qui in deos
sperauerunt recte iam dicte ciui-
tati per ysaiam dicitur. Stent
et saluent te augures celi qui
contemplabantur sydera et supputa-
bant menses ut ex eis annun-
ciarent uentura tibi. Sed qui per
se ipsis stare non ualent. quomo-
do stabunt pro aliis. Aut quomodo
saluabunt alios qui saluare
se ipsos non possunt. Sequitur enim
Ecce facti sunt quasi stipula et
combussit eos ignis non libe-
rabunt animam suam de manu
flamme. Non sunt prune quibus
calefiant. et focus ut sedeant
ad eum. Facti sunt in morte ani-
me. et in fine uelut stipula
et combussit eos ignis gehe-
nalis. Nec iam poterunt libe-
rare animas suas de manu il-
lius flamme. sed ibi sine fine de-
tinebuntur et ardebunt. Neque
enim prune sunt in illo igne
quibus isti calefiant delecta-
biliter quemadmodum in hiis ubi
ignis. neque ignis ille est focus
ut sedeant ad eum qui ibi sunt.
Sed totam gehennam ignis ille
complet omnesque reprobos in-
tus se continens cruciat. neque
prunas habet quia lignis
non pascitur. sed inextinguibiliter
ardet. Vel in hac uita non sunt
eis prune quibus calefiant
et focus ut sedeant ad eum.
id est nulla habent caloris gratiam
nec illuminantem sensum qui
eorum tenebras excutere posset. et
frigus erroris repellere. Sequitur

Sic facta sunt tibi in quibuscumque
laboraueras. Omnia opera tua
igne illo consumpta sunt. Vnde
ut apostolus loquitur unius cuiusque
opus manifestum erit. dies enim
domini declarabit. quia in igne
reuelabitur. et uniuscuiusque opus
quale sit ignis probabit. Si
cuius opus manserit mercedem
accipiet. Si cuius opus arserit
detrimentum patietur. Sequitur
Negociatores tui ab adolescen-
tia tua. unusquisque in uia sua
errauerunt et non est qui saluet
te. Dicens iste iniquus ab ado-
lescentia sua negociatores et
pecuniarum multiplicatores habere
studuit. Qui omnes in uia ne-
gociacionis sue errauerunt. quia
sicut nemo militans deo im-
plicat se negotiis secularibus
ita qui secularibus negotiis im-
plicatur. militare deo non potest.
Et quia omnes qui habent capi-
tulari nolebant. propriis mer-
catibus astringuntur. non est qui
saluet. eum a morte perpetua hec
contra quemlibet potentem superbum
qui populum dei affligit dicta sunt.
et mox ad eiusdem populi qui pro
peccatis suis traditus est conse-
ter dicitur.

Audite hec domus ia-
cob qui uocamini no-
mine israel et de aquis
iuda existis. qui iura-
tis in nomine domini dei israel. recor-
damini non in ueritate neque in iusti-
cia. Nunc enim ad carnales qui
sunt in ecclesia loquitur sermo di-
uinus. Nam et ipsi sunt domus
iacob quia fidem patriarcharum
secuntur licet mores eorum fugiant
Vos inquit o domus iacob.
audite hoc quod principi qui uos
opprimit locuturus sum. uel que
uobis locutus sum quod uocamini

nomine ipsius .i. qui notabulo fr
aternitatis censemini et de aquis
unde .i. de aquis confessionis que
sunt aque baptizmatis existis
vel de puteis xpianus orti estis
qui vocatis in nomine domini
.i. qui xpianos vos asseritis et
dei ipsius recordamini .i. de xpo recor
gitatis non in veritate. quia cum
non vere diligitis. neque in insti
cia. quia quod precepit non fa
citis. Ad hinc minor xpianos
loquitur dominus. quos ob incredu
giositate eorum impio regi
tradidit castigandos. de quibus
subdit. De civitate enim sancta vo
cati sunt. Et super ipsius deum co
stabiliti sunt. Dominus exercituum
nomen illius. Ideo debent audi
re verba solatii. quia de civita
te sancta vocati sunt dominicus
dominus enim qui in celesti ierusalem
habitat. ipse vocavit eos et
super deum ipsius constabiliti sunt
.i. super xpm fundati. qui vocatur
dominus exercituum. eo quod illi
deserviant exercitus milicie
celorum. Atque incedunt filii xpiana
norum carnalium. consequitur ad
modo dicitur. priora ex tunc anu
ciavi. et ex ore meo exierunt et
audita feci ea. Repente operatus
sum. et venerunt. Que autem sunt
priora. nisi que secundum apocalip
sis iohannis. oportet fieri cito .i. tem
ptaciones et mala que fideles
in hac vita tollerant. Omnes
enim qui pie volunt vivere in xpo
ihesu persecucionem paciuntur. Et que
nos in futuro seculo manent po
steriora sunt. Audi que sunt
priora. fili accedens ad servitu
tem dei. sta in iusticia et timore
et prepara animam tuam ad tempta
cionem. Audi priora. Venientes
sicut animam suam salvare. pre
ceam. Hec ergo priora anunci

avi et audita feci tibi ex tunc
.i. cognoscere de aquis iude exisi
et cognosce supra deum ipsius co
stabilitus es. Et sicut a principio
tibi annunciaverat ita nunc re
pente operatus sum. et venerunt
omnia predixi tibi universa que
passurus eras. ne si te ignaro
in venissent opprimeret et diceres
meo. que facere debueras au
disti. ut excusacionem de ignora
cia non haberes. Sequitur. Sci
vi enim. quia durus es tu. et
nervus ferreus cervix tua.
et frons tua erea. Durus es
quia mollire ad amore dei non
potes. et cervix cordis tui ner
vus ferreus. quia iugo meo
conteri non potest. Et frons tua
erea. quia dum persistis in impu
dencia tua. nolens de malis
actibus tuis erubescere. Insto
te enim sedes e pudoris est vo
durabile. nimis est. Erea enim
ergo habet frontem. qui valde
contra verecundia semper durus
perseverat. Sequitur. Predixi
tibi ex tunc. antequam venirent
indicavi tibi. ne forte diceres
ydola mea fecerunt hec. et sculp
tilia mea. et conflatilia man
davit ista. Que audisti vide
omnia vos autem non annunciastis
ex quo nunc ydola. et conflati
lia. sive sculptilia vel false co
gitaciones designatur. Nam quasi
ydola sibi fabricat animus.
dum sibi cogitaciones errores
format. Et velut sculpit ea
quando que sibi mea videntur
in forma reddit. eamque format
ad libitum suum. et quasi conflat
quia ardentu mentis sue decoqit
intus eam. antequam fabricet
Ex quo igitur in ydolis. et sculpti
libus. et conflatilibus. nisi
opiniones errorum quas sibi

pnt cogitanit mens format
exprimit. dit ergo. quia nec tamen
predixi tibi ex tunc .i. ex quo
super dominum constabilitus
es. et antequam venirent ea in-
dicam tibi. ne forte quidam ve-
nirent dicens. quia probla ma-
.i. false opiniones eius mee fece-
runt hec. sculptilia mea. et co-
flatilia .i. errores quos mihi
formavi mandaverunt ista. multis
enim erroribus plenus est
iste carnalium populus. et multa q
sunt non tam deo quam superstitioni-
bus suis et opinionibus ascribit
Et ideo predixi inquit universa
tibi per prophetas meos. et precepta doc-
tores. et que tunc audisti omnia
vide nunc. quia sicut premissa
auctoritas ita et evenerunt cuncta
Vos autem certe non annunciastis
que annunciavi vobis. quia
de talibus loqui neglexistis
Sequitur. Audita feci tibi nova
ex tunc et conservata que nescis
Nunc creata sunt. et non ex tunc
et ante diem et non audisti ea
ne forte dicas. Ecce ego cogno-
vi ea. Neque audisti neque cog-
novisti. neque ex tunc aperta aur-
is tua. nova quidem nove conversacionis
audita feci tibi. ex quo
de aquis inde exiisti .i. ex quo
renatus es ex aqua et spiritu. et
prima istorum mediis conserva-
ta que nescis. et que dispita
li conversacione vel temptacione
audieras. nunc creata sunt .i.
nunc ante tibi dictum est. ut ea
si volueris facere possis et non ab
inicio vel ante diem sed in tempore
suo. Non enim puer modo ardua
nove conversacionis arripere va-
let. si in etate perfecta sustinere
temptaciones. et spiritalibus de-
sideriis semetipsum exercere
potest. Et dominus singula queque

x suis disponit quid omni tempore generet et

x
temporibus suis generatis iussit
universa subesse. Nobis igitur op-
timo tempore homini bene
conversanti ii pugna fuit. rec-
ti determinat quia nunc creata
sunt nova et non ex tunc. et
ante diem. Sed tamen dixerit
quia audita feci tibi nova ex
tunc. mox contra adiungere
tamen subicit quia non audisti
ea. sed aure corporis audivit. et
aure cordis non audivit. Non
audisti inquit ea .i. non intelle-
xisti. ne forte sapientia inflatus
dicas. quia ecce ego cognovi
ea. Sed neque audisti ea .i. non in-
tellexisti ea. neque cognovisti
neque ex tunc aperta est auris
tua .i. cordis tui. namque audi-
sti quidem bona sed facere negle-
xisti. que audisti non audisti
Et sicut nemo novit quid
sit caritas nisi sit caritas in
eo. ita nemo vere intelligit pre-
cepta celestia nisi qui facit ea.
Bene igitur ea scit qui bona que
audivit operari contempnit
dicitur. quia neque audisti neque
cognovisti. neque ex tunc .i. ex quo
super dominum constabilitus
es aperta est auris tua. Sequitur
Scio enim quia prevaricans
prevaricaberis et transgressorem de
ventre vocavi te. Scio enim quia
nec dum malicia tua deseres
sed adhuc mandata mea prevari-
cando calcabis. Tu es de filiis
adam per quem in hunc mundum pec-
catum intravit et per peccatum mors
et ita in omnes homines transiit
in quo omnes peccaverunt. Unde
et transgressorem de ventre ma-
tris vocavi te. Sunt usque du-
ricia cervicibus cordium eorum dominus
abominatur. quos increpat
alibi dicens. Quid ante me

notitis domine domine et non faciet
que dico. Iam vero secundum illud
quod moysi ait. miserebor cui
misereor et misericordiam prestabo cui
miserebor. Quid et cui voluit
misereri misericordiam agat audi et
subiungens. Propter nomen meum
longe faciam furorem meum. et lau
de mea infrenabo ne intereas.
non propter te inquit sed propter no
men quod invocatum est super te longe
faciam a te furorem meum. quo te per
diderunt filie babilonis affligen
dum. Es enim dignus ad hunc fu
rore meo. sed iam tibi misericordia
parata. Et ne ultra male liber
quo volens eas sequendo con
cupiscentias tuas. infrenabo
te laude mea. ne morte sem
piterna intereas. sed letus de
cantes. Benedicam dominum in omni
tempore. semper laus eius in ore
meo. In domino laudabitur anima
mea. Sequitur. Ecce excoxi te non
sicut argentum elegi te in camino
paupertatis. excoxi te in igne
tribulationis sub manu babi
lonis filie id est cuiuslibet crudelis
persone potentis et tyrannidem
exercentis. Sed non quasi argentum.
quia purgatus non es a sordibus
tuis. Argentum enim purgatur
in igne. Sed tu non es purgatus
in tribulatione. quia nec, ut in
adversis, omisisti peccare. Sed in ca
mino paupertatis decoquens
elegi te. Scilicet sententia. non
necesse habemus aliud
dicere nisi quod in omelia quadam
beatus gregorius admonet dicens
inquit bona in hoc seculo habe
tis quoslibet pauperes. non mu
lta peccare conspicitis. nolite
despicere. nolite desperare. quia for
tasse quos superfluitas tenuis
sime pravitatis inquinat, ca
minus paupertatis purgat. Et

vobis omnino permanebit quod
non nulla etiam male acta per
pera vita secuta est. de illis non
solliciti pensate quia eos ma
gistra paupertas cruciat. Quosque
ad rectitudinem perducat. Et in ista
Cum quoslibet in hoc mundo
abiectos aspicitis etiam si qua
reprehensibilia eorum esse videantur
nolite despicere. quia fortasse
quos morum infirmitas vulne
rat medicina paupertatis curat.
Sequitur. Propter me faciam ut non
blasphemer et gloriam meam
alteri non dabo. propter bonitatem
meam faciam te nunc sic. ut nomen
meum non blasphemetur contra
propter te et gloriam quam mecum gloria
debeo alteri id est sathane non da
bo quia gloria in eis quos ipse
ditioni trahit. post hec ad flora
centie tempora reverti sermo
divinus. Sequitur namque. Au
di me Iacob et israel quem ego vo
co. Ego ipse ego primus. ego
novissimus. Iacob quippe vel
israel quem dominus vocat fideles
ex devotissione sunt quos per in
ternam aspirationem ad se per [illegible] sim
trahit. quibus ait. Ego sum
ipse non alius quia non mutor
Ego sum primus et novissimus
quia sum ante omnia et post
omnia. Nam esse dei totum simul
est et semper est quod neque cepit
umquam neque aliquando cessa
bit inseparabile quoddam et sine
fine consistente pellagus nullis
terminis limitibusque circundatum
omne semper excedens sensum et ex
tempus atque naturam. Eam de
inde potentia attonis demon
strat sic dicens. Manus quoque
mea fundavit terram et dextera
mea mensa est celos. Ego vo
cabo eos et stabunt simul. Ipse

em terram et celos fecit. et omnes
celi obtemperant nutui eius po
test non ut sepe iam diximus per
terram eccl(es)ia designari. que se
men predicationis suscipiens fru
ctum boni operis facit. et per celos
s(an)c(t)i predicatores. qui tamquam
ymbres mittunt eloquia sapie(n)
tie. Agamus ergo deum fundat
terram. quia sup(er) fundamentum q(uo)d
e(st) xp(istu)s posuit eccl(es)iam. et dextra
eius mensa e(st) celos. i(d est) predicato
res. sicut discipulus p(er) ap(osto)l(u)m d(icit)
Non in immensum gl(ori)amur sed
s(ecundu)m mensuram ~~q(ua)~~ regule. qua
mensus est deus. mensura p(er)
tingendi usque ad nos. Et iam
sunt unicuique n(ost)r(u)m data e(st) gr(ati)a
s(ecundu)m mensuram donationis xp(ist)i
Cum aut(em) dicit ego notabo
eos. et stabunt simul. ostendit
omnes illos ad obsequium esse pa
ratos. Cum eni(m) notati stant pa
ti stant. parati sunt facere quod
sibi iussum fuit. premisso aut(em)
exemplo fundationis eccl(es)ie. et
obedientie s(an)c(t)orum. dicit ad istis.
cui loquebat(ur). Congregamini
o(mn)es vos et audite. Congregami
ni o(mn)es vos in una et eadem volunta
te. ut sit omnibus vobis cor
unum. et anima una et audite
me. sicut celi me audiunt. Dominus
eorum dilexit eum hec et di
lexit dominus eum. faciet volu(n)
tatem suam in Babilone et brachi
um suum in Chaldeis. Omnis ex
celsis i(d est) expeditoribus annu(n)
tiavit hec que dicta sunt de
obedientia eorum. et certa nunc pre
missa subaudi xp(istu)s. Ipse enim
signatus est unus et ille fieri
dominus dilexit eum dicens
Hic e(st) filius meus dilectus et
ipse voluntate sua replebit in
Babilone i(d est) in huius confuso seculo
vel in gentilitate. qui o(mn)es ho

mines vult salvos fieri et ad ag
nitionem veritatis pervenire. Et bra
chium virtutis sue. faciet in Chal
deis quia expolians principa
tus et potestates. traducet confide(n)
ter palam triumphans illos
in semetipso. Chaldei enim ma
ligni sp(iritu)s sunt. Sequitur. Ego
locutus sum. et vocavi eum
et adduxi eum et directa est
via eius. Ego pater locutus
sum deo per prophetas et vocavi
eum in mundum adduxi
q(uo)d eum et directa e(st) via conu(er)
sationis eius. eo q(uo)d iniquitatem
non fecerit nec inventus sit do
lus in ore eius. Cui(us) vox prime
submittedicit(ur). dicentis. Accedi
te ad me et audite hoc. Non a pri(n)
cipio in abscondito locutus
sum. Ex tempore antequam fieret
ibi eram. et nunc deus misit
me et sp(iritu)s eius. Accedite ad
inquit. sive ad me ipse meus
et nolite me filium Joseph esti
mare. vel aconceptu virginis in
ceptu suspicio. sed potius audite
q(uo)d dico. Non enim in occulto lo
cutus sum a principio. s(ed) in ma
nifesto est. me nominatissimus
quibusque patribus in origine
mundi locutum fuisse. Ita et ipse
a ab initio temporis eram ibi vi
delicet. apud patrem. quia in princip(i)o
erat verbum. et verbum erat apud
deum et ne me putetis tunc
tempore cepisse. antequam eram
fierent ibi eram. Et nunc quidem
ibi eram. apud deum. et nunc
ipse misit me. et sp(iritu)s eius
ut verbum caro fieret et habita
ret in nobis. pater enim filium
misit quia incarnari eum co(n)
stituit. Et et sp(iritu)s s(an)c(tu)s eum
misit quia incarnationis eius
auctor fuit. Nam superveniente
sp(irit)u s(an)c(t)o. concepit eum virgo. Ipse.

enim misit ut enim legis quia
idem filius spm mittet nom
credas spm inferioris esse pote
ne. Nam et filius eum mittit
qui ait: Omnia venit patris
que ego mitto vobis a patre.
Si ergo sic mittit filius et sps
mittunt non subiectionis minori
sed communitas est ptatis. Secundo
hec dicit dominus deus redemptor
tuus scus israel. Ego dominus
deus tuus docens te utilia et
gubernans te in via qua ambu
las. Redemptor ipso suo dicit.
quia ego sum dominus deus
tuus. Nam et ipse est dominus et
deus. quemadmodum et pater.
ait enim: Ego et pater unum su
mus. et omnia que habet pater
mea sunt. Sic ergo et dominum et
deum esse testatur ut omnes hono
rificent filium sicut honorificant
patrem. Quem nos et in veteri
et in novo testamento. Satis utilia
semper mandata docet. et in
via iusticie. quia gradatim nos
gubernat et dirigit. Quem quanta
utilia nos docuerit. et quantum
salutem nram optavit indicat
cum subiungit. Utinam attendi
sses mandata mea: facta fui
sset. sicut flumen pax tua. et
iusticia tua sicut gurgites ma
ris. et fuisset quasi arena semen
tuum. et stirps uteri tui ut la
pilli eius. Non interisset. Et
non fuisset attritum nomen eius
a facie mea. Egredimini de ba
bilone fugite a chaldeis. Uti
nam inquit attendisses o homo
precepta vite. que in paradiso
tibi dederam. Nam sicut aqua
fluminis indeficienti habunda
tia semper fluit. sic pax tua
super veniens perseverans semper
affluere. Et sicut multiplicia
undarum volumine gurgites
maris habundant. sic iusticia
tua in multiplicibus virtutum cu
mulis in immensum excrevisset.
Et sicut arena que innumerabilis
sit multitudo filiorum tuorum quos
in paradiso genuisses. Non interi
sset semen tuum. quia nullus
ex filiis tuis moreretur. et non
fuisset attritum nomen eius a fa
cie mea. quia non fuerat per inob
ediencia oblivione proiectus
a conspectu meo. Nam si primus
homo non peccasset numquam ge
hennne filios generaret. Sed
tot solummodo filios in paradiso
generaturus erat quot electi
ponentur in die resurreccionis ad
dexteram iudicis. Quorum comple
ta multitudine sine ulla mor
te vel afflictione ad perpetuam
vitam angelorum et societate erat
perventurus. Hec inquit omnia
sic fuissent si voluisses atten
dere mandata mea. Sed quomodo vos
montanarum lapsu cum vivit salute
filii adam egredimini de ba
bilone id est de confusione crapulen
ta in qua detenti estis hucusque
captivi ut ad patriam
celestis hereditatis redire libe
possitis. et fugite a chaldeis
id est cum omni velocitate recedite
longius a malignis spiritibus
nos in hac passionis confusione
nostrorum captivantibus. Chaldei
quippe captivantes interpretantur.
Venit enim salvator ab excelsio
nos ad patriam revocare a seculo
ad paradisum. a captivitate ad
regnum. Unde cum a prioribus
suis precipiens subiungit. In
voce exultacionis annunciate

auditum facite hoc et ferte id
usque ad extrema terre. In uoce
exultacionis annunciate. omnibus
egressionem de babilone et cunctis
qui in orbe sunt. auditum facite
te hoc quod mundi precium meum
data est eis facultas reuertendi
ad paradisum. et ferte illud eciam
usque ad extrema terre. ut ne
mo sit in mundo qui hoc non
audiat. Sequitur. Dicite. Redemit
dominus seruum suum Iacob. quod si
cierunt in deserto. cum educeret
eos. aquam de petra produxit eis
et scidit petram: et fluxerunt
aque. Dicite quia dominus san
guine filij sui redemit seruum
suum iacob. Et fideles eius non
sicierunt in deserto huius seculi.
cum educeret eos de tenebris
ignorancie. et infidelitatis
quasi de egipto. Nam de petra
que xpistus est. produxit eis
aquam sapiencie salutaris que
potaret eos et scidit petram
id est vulneravit xpistum in cruce. et
fluxerunt aque uitalis poto
huius dictis propheta subiunget
Non est pax impijs dicit dominus
id est xpistus dominus meus. Inpre
dictum est homini. quia si autem
dixisses mandata mea. facta fuis
set sicut flumine pax tua. Et
mundi contrario negatur pax
impijs. qui mandata dei at
tendere nolunt. Nam sicut
saluatore nato pax annuncia
ta est hominibus bone uoluntatis
ita mundi eo ueniente. sicut
consequens est denegatur pax im
pijs. quo iusticia et pax oscu
late sunt. Impij enim neque cum
deo neque cum angelis. neque cum
homine. neque secum pacem habent

possunt. Est enim pax uirtus
sibi copulans omnes. et sibi
metipsis. et inuicem. que omnia
ad se contemperat per inconfusa
eorum unitatem. per quam una
et insolubilis omnium complicacio
secundum diuinam eius armoni
am subsistunt. et compaginat
consonancia perfecta. Abhorreat
tamen longe est mens impiorum
que semper certat secum rixatur
Sed iam libello huius termi
nantes paululum respiremus
ut ad sequencia ualidius at
tingam.

Audite insule et atten
dite populi de longe.
dominus ab utero uoca
uit me. de uentre
matris mee. recordatus est
nominis mei. Et posuit os
meum quasi gladium acutum. Ista
nunc loquitur xpistus. qui ab utero
uirginis matris. a domino solo
dignius uocatus fuit. Nam sicut
eo nato angelus apparens
pastoribus ait Ecce euangelizo
uobis gaudium magnum quod
erit omni populo. quia natus
est hodie saluator. qui est xpistus
dominus. Ita nunc ille saluator
omnibus qui longe sunt populis
annunciat. quia ipse sit a do
mino uocatus ab utero matris
Non enim a baptizmo uocatur
dominus. quia tunc primum filij
dei nominamur. et xpistianitatis
uocabulum quod ipse nominare
dignetur accipimus. Sed at
ab utero uocauit. quia et iste
et filius dei natus est. sicut
matri eius dixerat angelus
quod nascetur ex te sanctum. uocabitur

filius dei. Hoc ergo omnes populi
iubentur attendere ut sciant quia
iste solus sine peccato natus est
ut omnia peccata deleret. Solus
venit iustus ut omnes qui cre
diderunt iustificaret. Audite in
quit o insule gentium attendi
te omnes qui procul moramini
vel qui longe adeo recessistis
cognoscite omnes qui iniqui
tatibus concepti estis. Quia
dominus ab utero vocavit me no
mine meo ut pote natum ex vir
gine mox enim ut natus est
vocavit eum proprio nomine per
angelum dicens pastoribus quia
natus est nobis hodie salva
tor qui est christus dominus. Et sic
de ventre matris illius recor
datus est nominis illius quia
nomine eius salvatoris id est ihesum
appellavit quod vocatum est ab
angelo prius quam in utero con
ciperetur. Ideo ante hunc ita
nasci fecit ut liber aperto
libere peccatores increparet quate
nus ad penitenciam eos con
verteret unde et posuit os eius
quasi gladium acutum ut verbis
suis quasi gladio fortiter feri
ret delinquentes dicens Serpen
tes genimina viperarum quomodo
fugietis a iudicio gehenne
Et omnis arbor que non fa
cit fructum bonum excidetur et in
ignem mittetur. Quia non inde
quos sic feriebat. Frequenter
enim apprehendere voluerunt et
interficere sed nunquam potuerunt ni
hora qua pater disposuerat
recte subiungit. In umbra ma
nus sue protexit me. Et quia
manu domini percussus corda
eorum verbo suo vehementissime
transfigebat addit. Et po
suit me sicut sagittam electam
penetrat enim sicut acutissima

sagitta mentes eorum verbum
est enim sermo dei et efficax et
penetrabilior omni gladio an
cipiti pertingens usque ad divi
sionem anime et spiritus compa
gum quoque et medullarum. Et ideo
dicit sagitta electa. Ostendit
hic dominum sagittas plurimas
sed non electas. Que sagitte sunt
prophete et apostoli qui in toto orbe
discurrerunt de quibus alias dicitur
Sagitte tue acute. Christus autem
de multis sagittis et filiis plu
rimis una sagitta electa et fi
lius unigenitus est. Sequitur
In pharetra sua abscondit me
et dixit michi. Servus meus
es tu israel. quia inter gla bor
per pharetram dei occultum eius
iudicium designatur. Salvator igitur
in pharetra dei absconditus est
Et nomen occulti consilii dispositione
in primo adventu venit occul
tus. Vel dominus puer erat in pha
retra dei absconditus quia
in profundo eius consilio tectus
latuit sicut in pharetra sagit
ta. Et sicut sagitta de pharetra
sic ipse de occultatione sua subi
to prosiliit ut hominum vitas
predicando transfigeret quem dominus ad
huc puerum in pharetra latere
audivit a patre. Servus meus
es tu israel. quia inter glabor
Servus appellatus est quia
formam servi accipiens humili
avit semetipsum factus obe
diens usque ad mortem. In quo
pater glorificatus est dicens Hic est
filius meus dilectus in quo
michi bene complacui. Israel
quoque vocatur id est princeps cum deo
quia semper cum patre regit
Israel enim princeps cum deo interpre
tatur. Vel ideo vocatus est israel
quia natus est de semine iudeorum.
Sequitur. Et ego dixi in vacuum
laboravi sine causa et vane

fortitudinem meam consumpsi. Er-
go iudicium meum cum domino
et opus meum cum deo meo. Pro-
funda est valde mi rector ista senten-
tia. Et quia quod nobis nimium
sit ita loquemur ut si quis ea
melius ratione valuit nos
libentius sensum eius sequi pa-
rati simus. Ait ergo redemptor
noster meus corporaliter consumans
In vanum laboravi. Solent enim
homines propter temporalia commo-
da exerceri. ipse autem et labores (laboribus)
interne sustinuit et laborum
premia in hoc seculo nulla per-
cepit. Quia igitur per actiones suas
transitoria lucra non quesivit
mundi compendiis vacuum labo-
rem duxit. Quam et fortitudinem
suam sine causa et vane se con-
sumpsisse dicit. Nam propter prime trans-
gressionis culpam omnis homo
additus mortalitati tot dolo-
ribus instat vite fatigetur ut in
malis que patitur non deum subsis-
tens deserat et moram. Hic autem
licet veram carnem adam carne a-
sumpserit vicium tamen veternę
non traxit. Sed neque hic unquam
peccatum fecit et ideo quantum in se
est sine causa penas nostre mor-
talitatis sustinens fortitudinem
suam consumpsit. Sed non forti-
tudinem consumpserat quando fati-
gatus ex itinere sedebat super
fontem. quia et vane meo consumpsit
vero missus ad oves que perie-
runt domus israel. eundem populum conu-
ertere non potuit. Quantum igitur
spectat ad eos qui doctrinam
eius audientes et miracula
videntes non crediderunt vane
et inaniter consumpsit fortitudi-
nem suam. quando remedium salu-
tis viam suam non receperunt
pro quibus ipse corporaliter infirma-
tus usque ad mortem laboravit
Unde et congrue subiungit. Ergo

^ appellatus est in persona populi israel ✗

inquit iudicium meum cum domino.
Ergo enim gloriam meam non quero
est qui querat et iudicet. Et
opus meum cum deo meo. Quia
non potest filius a se ipso facere
quicquam nisi quod viderit patrem
facientem. Quecumque enim ille fe-
cerit hec et filius similiter
facit. Aliter tamen intelligi pos-
sunt. Cum enim dominus noster au-
disset a patre. servus meus es tu
israel quia in te glorificabor. ait In-
vanum laboravi sine causa
et vane fortitudinem meam con-
sumpsi. Fortasse ergo quia non
nunc israel quod mox adiungit lo-
quens populus utique universi
omnes tandem intelligens quia
non iustificatur homo ex operibus
legis nisi per fidem ihesu christi loquitur
in christo nunc dicens. In vanum
laboravi sine causa et vane
fortitudinem meam consumpsi. Israel
enim ait apostolus sectans legem
iusticie in legem iusticie non per-
venit. Quare. Quia non ex fide
sed quasi ex operibus. Inaniter ergo
laboravit atque sine causa et va-
ne fortitudinem suam consumpsit
qui se suis viribus per externam
legis observantiam iustifi-
cari posse putavit. Quoniam autem
in lege nemo iustificatur apud
deum manifestum est quia iustus
ex fide vivit. Lex autem ex fide
non est. Sed qui fecerit ea vivet
in illis. Inaniter ergo et sine
causa laborasse populus iste ge-
mit qui in legis operibus iu-
stificari sine fide laboravit
sicut et apostolus de eadem
sua ex genere israel. de tribu ben-
iamin hebreus ex hebreis
secundum legem phariseus. secundum
emulationem persequens ecclesiam dei
secundum iusticiam que in lege est.

conversatus sine querela omnia
que sibi fuerunt lucra hec arbi
tratus est propter Christum detrimen
ta, propter quem omnia detrimentum
fecit et arbitratus est velut
stercora ut Christum lucrifaceret
et inveniretur in illo non habens
suam iustitiam que ex lege est
sed eam que ex fide est Ihesu Christi.
Inventa hinc itaque sensim illa
pars eorum que fidem suscepit
loquitur voce capitis sui: In
vacuum laboravi, sine causa
et vane fortitudinem meam con
sumpsi. Et addit: Ergo iudicium
meum cum domino et ita ita in
dicabo ut dominus iudicat ni
chil optimum esse ut non in
lege iustificari sed per fidem premium
iustitie exspectemus. Et opus
meum cum deo meo. Quia coopera
te deo opus meum faciam et
adiuvante gratia legem implebo.
Adhuc tamen et aliomodo prefatum
hoc ni fallor intelligi. Nam quia
dixerat homini dicenti: Servus
meus es tu Israel, ideo forte
voce servi et voce humani ge
neris more locutus est: In
vacuum laboravi. Nam propter
mysterium assumpte humanitatis
assumit in se vocem aliorum hominum
sed iam penitentium. Forte enim
in hoc loco ex eorum persona vox
humani generis accipitur qui post
ignorantie sue caliginem ad
amorem iustitie convertuntur et
veritatis radiis illustrantur, fle
tibus lugent quod erraverunt. Il
luminatus enim quisque respicit
quam turpe fuit quod prius vite
amore laboravit. Quia ergo
genus humanum in gentibus ad
unitatem revertitur, preteritum labo
rem suum penitendo dicens ait:
In vacuum laboravi. Consi
ciat enim quam vane pristina vi
ta laboraverit. Amore enim stu

adversa aliqua perpeti et va
cuum simul et laboriosum est
quia et adversitate mens affi
citur et remuneracionis premio
non repletur. Qui in igitur mala
mundi perpetiendo tolleravit, in va
cuum laboravit, quia vite sue
tempora sine remuneratione per
perdidit. Sed et fortitudinem
suam in huiusmodi laboribus
sine causa et vane consumit
quia eius vita rebus sub
solis nulla remuneratur et
presens tribulatio fatigat ad
omnia hec donec confirma
ta Salomonis testimonium in
sistit dicentis: Vidi cuncta que
fiunt sub sole et ecce universa
vanitas et afflictio spiritus.
Et item: Cumque me convertissem
ad universa opera que fecerant
manus mee et ad labores
in quibus frustra sudaveram
vidi in omnibus vanitatem
et afflictionem animi et nichil
permanere sub sole. Itaque post
ignorantie tenebras anima
lumine veritatis illustrata dolet
se sine causa laborasse pro
commodis temporalibus et terrore
futuri examinis attonita
subiungit: Ergo iudicium meum
cum domino. Et si dicat: Hunc
usque futurum iudicium ignorabam
sed nunc scio quia iudicium meum
erit cum domino, quo meritis
meis cum illo iudicabor qui
de singulis actibus meis et
commissis beneficiis mihi collatis
in illo tremendo examine fiet
discussio. Et opus meum cum deo
meo, quia quicquid hic operor
apud eum servatur in die
novissimo iudicandum, sicut
ait: Ecce scriptum est coram me.
Et ut Malachias loquitur:
attendit dominus et audivit

et scriptus est liber monimenti
torum eo vel opus meum cu
do meo quia iam operabor cu
tum deo meo. que scia et iusticia
sunt faciens. cum ipius adiu
torio. nec quem melius potuerit
interpretet. nos vero sequencia
videamus. Subiungit enim re
demptor noster dicens. Et nunc
dicit dominus formans me ex u
tero servum sibi ut reducam ia
cob ad eum. et israel non congrega
bitur. Bene ait dominus. Ex utero
enim virginali formatus est eo
operante spiritu sancto. non ex contactu u
triusque parentis genitus et
formatus est servus. quia
secundum forma servi quam virgi
ne suscepit creatus est. Ob hoc
etiam dicit. eum dominus ex
utero servum sibi formasse quia
ad hoc venit ut faceret volunta
tem dei. et natus est servus dei.
cum nos econtrario nascamur
servi dyaboli. In baptismo na
sci per eius officium servi dei. Dominus
incipit formans me ex utero
servum sibi. dicit nunc ut redu
cam iacob ad eum. Et sic di
cat. Non sum missus nisi ad
oves que perierunt domus
israel. Sed quia non omnes cre
diturus sunt. israel totus non co
gregabitur in ecclesiam. sed magis
per totum orbem captivus disper
getur. Sequitur. Et glorificatus
sum in oculis domini. tunc cum dixisse
pater clarifica filium tuum. respo
dit de celo dicens. Et clarifica
vi. et iterum clarificabo. Et deus
meus in passione factus est for
titudo mea. quia pater meus
est. Et quia oportebat christum pa
ti. et resurgere a mortuis
die tercia. et predicari in nomine
eius penitencia. et remissi
one peccatorum in omnes gentes

incipientibus ab iherusalem. Re
subiungit. Et dixit parum est
ut sis michi servus. ad su
scitandas tribus iacob. et
feces israel convertendas. Dedi
te in lucem gentibus. ut sis
salus mea usque ad extremum
terre. Parum quippe fuit. ut
filius dei forma servi acci
peret. propter tribus iacob ad
fidem convertendas. et feces
israel id est carnales iudeos ritum
religionis convertendas. nisi et
multitudines per orbem gentes il
luminaret atque omnes. qui sunt
in tota mundi latitudine. si
crediderint. salvaret. paulo
vero et barnabas a iudeis
repudiati. dixerunt. Ecce co
nvertimur ad gentes. Sic enim pre
cepit nobis dominus. Posui te
in lucem gentibus. ut sis in
salutem usque ad extremum ter
re. Quod quidem christo domino specialiter
dictum esse manifestum est. Sed
tamen hoc iam sibi dictum
arbitrantur apostoli membra illius
se esse recolentes. sicut etiam
ipse propter eiusdem corporis uni
onem dixit Saule saule quid
me persequeris. Ob hoc ergo in
terpretati sunt apostoli dictum
esse sibi quod christo dictum est
quia non persequentem sed per apostolos
christus predicavit gentibus
Sequitur. Hec dicit dominus re
demptor israel sanctus eius ad
contemptibile animam ad abho
minatam gentem. ad servum do
minorum. Reges videbunt et
consurgent principes et adorabunt
propter dominum. quia fidelis est. et
sanctum israel qui elegit te. ad co
temptibilem animam gentilium.
ad abhominatam gentem pa
ganorum. ad populum gentilem mul
torum servum dominorum id est ydolorum

dixit mihi redemptor et sanctus
israel. quia reges videbunt et re
(margin: salu-) tem meam usque ad extremum
terre. et principes consurgent
assumpcione pristine in fidelitatis
et adorabunt deum verum non propter
te sed propter dominum quia fi
delis est in promissione quam
dixit abrahe quo benedicentur
in semine tuo omnes gentes
et propter sanctum israel. qui pro im
mensitatem pietatis sua me
elegit te. Ideo enim tandem
credidimus reges et principes
quia viderunt ubique gentes
fidem suscepisse. Sequitur haec
dicit dominus in tempore pla
cito exaudivi te. et in die
salutis auxiliatus sum tui
Tempus placitum est aresur
rectionis salvatoris nostri in
fine seculi in quo deus con
temptibilem animam exaudit
sicut corneliū. Sed et dies
salutis abeadem resurrectione
est cottidie. quia salutem omnis
qui non petit accipit et qui
non querit invenit. Cottidie
enim de ista die dicitur. vos hodie
die si vocem audieritis nolite
obdurare corda vestra. Sed et ita
te paulus ostendit dicens
chorinthijs. Hortamur nos
ne in vacuum gratiam dei reci
piatis. Ait enim. Tempore acce
pto exaudivi te. Ecce nunc
tempus acceptabile. ecce nunc
dies salutis. petrus quoque
dixit. quia omnes prophete a sa
muele et deinceps annuncia
verunt dies istos. In hoc igitur
tempore placito et in isto tempore re
conciliacionis. in hac die sa
lutis exaudit deus gentili
tatem et adiuvat quia omnis
qui cumque invocaverit nomen
domini salvus erit. Sequitur

Et servavi te et dedi te in fedus
populi ut suscitares terram et po
sideres hereditates dissipatas
ut diceres hijs qui vincti sunt
exite. et hijs qui in tenebris
revelamini. Servavi te a malo
et celera de gentibus et dedi
te in fedus populi. ut suscitares
terram et omnem populum ita co
federares ut omnes unum essent
in christo. induta novum hominem
qui renovatur in agnitione dei
secundum ymaginem eius qui cre
avit eum. Ubi non est iudeus et
gentilis. circumcisio et preputium
Barbarus et scita. servus
et liber. Sed omnia in omnibus
christus. Ut suscitares inquit
terram a terrenorum hominum mentes
assumpcione pristini corporis
ad bene agendum exurgens
pervigilem redderis. vel a bin
terna morte iam suscitatos
et hereditates dissipatas id est gen
tes. quas per diversos errores
malignus spiritus dissipaverat
possideres in christo. ut diceres hijs
qui in sua cordis carcere vincti
sunt peccatorum funibus. exite fo
ras confitendo mala. que in
tus occultatis et hijs qui sunt
in tenebris obscuratum habentes
intellectum. alienati a via dei
per ignoranciam que est in illis propter
cecitatem cordis ipsorum dices re
velamini id est velamine ignoran
cie quo mens vestra tegitur abi
cite ut abiecto velamine luce
veritatis illustrari possitis
Sequitur. Super vias pascentur
et in omnibus planis pascua
eorum. Quod per vias vel apostolos
designatur qui nos recto itinere
deducunt ad patriam mansi
onis enim cum singulariter legi
solet christus intelligi. cum autem
vie pluraliter numero ponitur. apostolos
plerosque significat. Super vias

igit͛ .i. sup aplos. uidelicet i
doctina eo͛ pascent͛ fideles et
in omnibus planis pascua eo͛
qma in aptis & latis exposito͛
dictis mens eo͛ spirituali abo
refitit͛. Olim uo no in planis
et latis expositor͛ sermonibus
s͛ m preceptis. et motuosis &
aspis erant pascue fidelium.
qn rigida et involuta legis
doctina pascebant͛. Sed nunc i
planis & latis doctor͛ sermo
nibus alimonia dulci refici
tur͛. Sequit͛ Non esurient
neqꝫ sitient. et no percutiet eos
estus et sol. qma miserator
eo͛ reget eos et ad fontes
aquar͛ potabit eos. No esui
ent neqꝫ sitient. sicut ait do
mi9 Ego sum panis uite
qui uenit ad me no esuriet &
qui credit in me no sitiet um
qm. Et no percutiet eos estus
et sol .i. tribulacionis ardor no
fatigabit aut ledet mete eo͛
qma diuinitus protegent͛ sic
sciptum est Obumbrasti sup ca
put meu in die belli. Et ite͛ sb
umbra illius que desiderabam
sedi. Qma miserator eo͛ reget
eos. ut dicitur Dns regit me
et nichil michi deerit in loco
pascue ibi me collocauit. Et ad
fontes aquar͛ ~~uite~~ potabit eos
de quibus dictum est Haurietis
aquas in gaudio de fontibus
saluatoris. Fontes enim aqu͛
sunt apli. de quibus flucta
uitat͛ emanat. Sequit͛ Et
ponam omes montes meos i uia
et semite mee exaltabunt͛.
Quia in pruias & fontes signati
sunt. ipi et pmotes exprimit͛
.i. apli. pmitu uite celestibus
propinquantes. quibus dictu
est Montes Israel [in margin: mnabilet] uel montes eternis. qui ponit͛ omes in
uiam. qui ad predicandu mit
tunt͛ ut toti orbe ad celeste

regnu pducant. Et notandu
qma no in uias. sz in uiam
ponit͛. qma omes ipi sunt
una uia. qd est xpus et os
unu eligiu concordit͛ pdicat͛
Semite uo sunt pphe. qui eo
altam͛ qm, ad spiritale in
telligentia dicta eo͛ olenat͛
uel precepta diuina psemi
tas designari possunt. que
in nouo testamento exaltat͛
sicut ait domi9 Audistis qa
dictum e antiquis. no me
chaberis. occides. qui aut oc
ciderit reus erit iudicio. Et ite͛
audistis. qma dictu e anti
quis no mechaberis. Ego
aut dico uos. qma omis
qui uiderit mulierem ad con
cupiscendu eam. ia mecha
tus e eam in corde suo. Rur
susqꝫ audistis qma dictu e
oculum pro oculo dentem p dente.
Ego aut dico uob no resis
tere malo. Sed si quis te p
cusserit in una maxilla pbe
illi et alteram. Et item audi
stis. qma dictu e antiquis
diliges pximu tuu. et odio
habebis inimicu tuu. Ego aut
dico nobis. diligite inimicos
uestros. benefacite hijs qui o
derunt uos. et orate pro perse
quentibus & calupniantibus uos
Sic exaltate et ad celestem
conuersationem sublimate sunt
semite dei .i. precepta eius. q
prius in infimis iacebat. Vel.
montes in uia ponit & semi
tas exaltat. quo omia of
fendicula que credentium pote
rant impedire gressus uertit
eo in planum excelsa humilias
et humilia sublimans. ut uer
planum fiant. atqꝫ campestre
Quia uero p has uias et
semitas ad eu totus mundus

dat nemiremus congrue subiciat.
Ecce isti de longe venient et
ecce illi ab aquilone et mari
et isti de terra australi. Ad xpm
namque pscatem venerunt alii a
septentrionali alii a meridi
ciana parte et alii arctis lo
ginquis regionibus que ta
men locali et spiritualiter intelligi
possunt. Ecce inquit isti ve
nient de longe .i. a criminosa
conuersatione et illi ab aquilone
et mari .i. a frigida et amara
turbulentaque gentilitate et i
sti de terra australi .i. de plebe
iudayca que feruore seculi
quasi meridiano soli quodam
incaluit et aura spiritus velut
calido vento perflata est. Quia pertur
bant omnium hominum commocationem
que resuscitato xpo facta est
gaudere fecit omnem creaturam
cum subdit. Laudate celi et ex
ultet terra iubilate montes lau
dem quia consolatus est dominus
populum suum et pauperum suorum mi
serebitur. Possunt autem per celos
virtutes angelice designari
et per terram terra per montes uo
sancti predicatores. Celi igitur .i. ha
bitatores celorum angeli laudare
iubentur atque terra .i. terreni
exultare montesque laude iubi
lare .i. apostoli gloriam dei predicare
quia ipse dominus ihesus conso
latus est .i. per se ipsum visitat
et redemit populum suum et post
mitte huius tribulacionem misere
bitur pauperum suorum qui pro eius
amore spontanea mente pau
pertate colluerunt dicentes. Quia
propter verba labiorum tuorum ego
custodivi vias duras. Tales
enim pauperes plenariam consequentur
misericordiam cum venerint tempora refri
gerii. Quia vero diversis inter
im afflictionibus premuntur

et non nulli eorum inter adversa
pusillanimes fiunt. Apte
subiungit et dixit syon dere
liquit me dominus et dominus
oblitus est mei. Putat enim syon
.i. anima xpiana minus adhuc
perfecta vel etiam certa in suis
membris infirmantibus se tempore
adversa relicta a domino. Quia
mox a tribulacionibus non eri
pitur et oblivioni se abscon
ditam quia diuturnis malis
pressuribus atteri permittitur. Deus
autem memoria nec oblivi
one incipit nec recordacione
cessat. Sed tamen aliqua de
fectus pretermittit more ne
tu oblivisti dicitur et tu post
longum tempus quem volunt
visitat more mutabilitatis
consuetudine recordatus
nosti. Syon semper igitur persecutoris
aliquotiens estimavit certa
se diminutus oblivioni tra
ditam. Quia tot et tanta
mala per multos annos pa
ssa est ab adversariis ut semet
ipsum derelictam cogeret. Sed
quid eius estimacioni deus
respondet. Vnquid oblivi
sci potest mulier infantem
suum ut non misereatur filio ven
tris sui et si illa oblita fuerit
ego tamen non obliviscar tui.
Michi in hoc modo inveniri
potest quod tanto affectu quis
diligeret quanto mater filium di
ligit. Et tamen vberioribus cari
tatis visceribus et perfecta
tiori affectu diligit deus filios
suos. Nemo ergo cum aliquid
patitur molesta estimet se a
deo derelictum aut oblivioni
traditum quoniam quem diligit
dominus corripit flagellat autem
omnem filium quem recipit et
et subiungit dicens ad syon

Ecce in manibus meis descrip
si te · muri tui coram oculis me
is semper · venerunt structores
tui · destruentes et dissipatores
ate exibunt · In manibus me
is descripsi te qualis eras co
struenda · sicut ezechieli mo
stratum est · in ultima parte sue
visionis · quia diligenter ibi de
terminavit mensuras omnium
cubitorum civitatis omnes eius descrip
tiones · et mensure domus illius
edificium ecclesie moresque in statu
depingunt · Unde et ibidem propheta
dictum est · Fili hominis ostende
domui israel templum · ut con
fundantur ab iniquitatibus
suis · et metiantur fabricam
et erubescant ex omnibus
que fecerunt figuram domus
et fabrice eius exitus et
introitus et omnem descriptio(nem)
eius et universa precepta eius
cunctumque ordinem eius et omnes
leges eius · ut custodiant des
criptiones eius et precepta
illius · et faciant ea · Dicit ergo
in manibus meis descripsi
et pulchra varietate depinxi
et te semper in manibus me
is teneo · sicut de meis ovibus
dixi · quia non rapiet eas
quisquam de manibus meis
Et et muri civitatis tue semper
sunt coram oculis meis · quia
sine intermissione eos in tuendo
custodio · ne qualibet ex parte
frangantur · et adversitatem suam
inimicos admittant · Non igitur
ut estimaveras te dereliqui
aut oblitus sum · tui semper
tamquam terra fuisti · Ego quidem
sicut eras construenda descripsi
te · et nunc venerunt structores
tui · qui te sicut eras descripsi

edificent · id est predicatores de
quibus unus ait · ut sapiens
architectus · fundamentum po
sui · Qui enim non te destruebat
et dissipabat · id est gentiles qui
filios tuos ydolis ymolare
compellebant · vel heretici qui
eos seducebant · nunc exibunt
ate · quia penitus expellentur de finibus
tuis · Sequitur · Leva in circui
tu oculos tuos et vide · omnes
isti congregati sunt · venerunt
tibi · Vivo ego dicit dominus
quia omnibus hiis velut
ornamento vestieris · et cir
cumdabis tibi eos quasi sponsa · le
va oculos mentium · id est animum
per totam orbis circumspice · quia
omnes qui sunt in circuitu tuo
id est in oriente et occidente · in
septentrione et meridie · congregati
sunt in una voluntate ecclesie
dei · et passibus cordis venerunt
tibi spiritualiter · vere non dicitur
Vivo ego dicit dominus · iura
mentum dei est · Iurat ergo do
minus · quia omnibus hiis qui
congregati sunt · velut orna
mento vestieris precioso · et cir
cumdabis tibi eos · quasi sponsa de
core magno · Fuit enim in du
mentum christi tota ecclesia generaliter
dicitur · sit indumentum sunt ecclesie
singulorum · anime que ab errore
conversi · eandem ecclesiam · circu
dant · eiusque fidelius inherendo · circuidant
felix qui tantis multitudinibus cum tanto
quibus virtutis ut ornamentum circumdat
ecclesie · Sequitur · Quia deserta
tua et solitudines tue · et ter
ra ruine tue · nunc angusta erit
pre habitatoribus · et longe fugabuntur
qui absorbebant te · De
serta tua et solitudines tue
id est loca tua in quibus raro ·

quisquam fidelium habitabat et
terra ruine tue .i. ubi filii tui
corruerant in ydolatriam timo
re penarum. nunc omnia hec
loca erunt angusta fidelibus
qui in eis habitabunt. et ge
tiles qui filios tuos absorbe
bant in uoraginem ydolatrie
vel heretici qui eosdem natos
tuos vel absorbendo sibi in
corporabant longe fugabuntur
de regionibus tuis. Sequitur
Adhuc dicent in auribus tuis
filii sterilitatis tue. Angustus
michi est locus fac michi spa
cium ut habitem. Dum quidem
quasi sterilis fuisti in temporibus
mem. quia uix quemquam ge
nerare per euangelium poteras.
Sed nunc tot filios habitu
ros ut amplissimas basilicas
fabricare tibi necesse sit. Vel
ita dicent filii tui. Angustus
michi locus est in synagogis
fac michi spacium ut habitem
in ecclesiis. ut habitem latius.
ut non comprimar blasphemiis
iudeorum. ut totum orbem tua
mecum capiat latitudo. Sequitur
Et dices in corde tuo. Quis ge
nuit michi istos. ego sterilis
et non pariens transmigrata
et captiuata et istos quis
enutriuit. Ego destituta et
desolata. et isti ubi hic erant.
Pace tandem ecclesie data. cum
totus orbis ad fidem conuolaret.
mirata est ipsa filiorum suorum
multitudinem. quod tanta fecun
ditate donaretur. que prius quasi
sterilis fuerat et de loco ad locum
propter aduersarios migrare consue
rat secundum illud. Cum uos per
secuti fuerint in ciuitate ista.
fugite in aliam. et multa iniu
riarum suorum ueluti in chaldea te

nebatur captiua et seruilibus
foris per cupiditates seculi. Ita
qui sic mentis interiora deserit
et exteriora sectatur i. insibilia co-
gitat non manet in domo sui
pectoris. Et plantabunt vine-
as i. statuent sibi actiones bo-
nas in quibus cottidiano la-
bore exercentur et comedent fructus
earum i. satiabuntur in futuro retribu-
tione bonorum operum suorum. Non
edificabunt et alius habitabit
quia hostis antiquus domum
conscientie eorum quam celestibus
disciplinis et virtutum lapidibus
construxit habitare non poterit
sicut in ceteris negligentibus. De qua
dicit revertar in domum meam
unde exivi. Non plantabunt
et alius comedet quia dyabo-
lus fructus actionis eorum non
devorabit. Alius enim comedit
fructum vinearum eorum qui suis
actibus fructum bone retribu-
tionis que expectabat non co-
sequitur sed magis sathanas
pena eorum pascitur. Sed hoc electis
contingere nequit. Sed domus
iste sunt diverse mansiones apud
patrem quas ingressi possidebunt
qui eas edificavit et vinee
sunt plures virtutes quarum fructus

comedunt et bibunt et le-
tificant cor hominis et inebriant
amicos sponsi atque in regno
bibunt cottidie. Et etiam cet
habitatio atque plantatio iusto-
rum nec dyaboli et satellitum eius
fraudibus supplantabitur. Sequitur
Sequitur. Secundum enim dies ligni
erunt dies populi mei et opera ma-
nuum eorum inveterabunt electis
meis. Secundum dies ligni erunt
dies populi mei quia sicut lignum
in diebus suis gignit fructum
suum ita populus electorum dum sibi
status presentis vite duraverit
fructum boni operis facere non desistat
et opera manuum eorum inveterabunt
electis meis quia usque in finem
tenebunt et perficient opera bona
que ceperunt. Qui enim perseve-
raverit usque in finem hic salvus
erit. Sequitur. Non laborabunt frus-
tra nec generabunt in conturbatione quia
semen benedictorum domini est et ne-
potes eorum cum eis. Non laborabunt
frustra quia quicquid boni agere
laboraverint adiuvante gratia in ea
perficient et labores manuum su-
arum manducabunt. Neque in conturba-
tione generabunt quia verbo in-
tentis spirituales multos filios quia
re possint omnes vitiorum perturbatio-
nes et cupiditatum secularium tu-
multus eliminabunt a cordibus
suis quatinus purificato mentis
oculo quod iustum est videre et loqui
libere valeant quia semen be-
nedictorum domini est i. filii apostolorum et
sunt ista et nepotes eorum i. filii
filiorum eorum cum eis sunt. Filii
enim sunt filii nostri quos spiritua-
liter genuimus nepotes vero nostri
sunt quos iam nostri spirituales
filii spiritualiter genuerunt. Ecclesia ergo
talis propagatione multiplicatur sit
in celo. apte dicitur de sanctis patri-
bus quia nepotes eorum cum
eis sunt. Sequitur. Eritque antequam

ego exaudiam · sicut scriptum est
desiderium pauperum exaudiuit dominus
mi9 · preparationem cordis eorum audi
uit auris tua · Et item · Sicut
enim pater noster quid nobis ne
cesse sit · antequam petatis eum ·
Adhuc illis in oratione loquen
tibus · ego audiam · Audiam eos
semper ad eorum salutem · non tamen
~~semper ad eorum voluntatem salute~~
non tamen semper ad eorum voluntatem
te · Sicut audiuimus paulum · ut tem
ptatio mea maneret in eo · non ut
stimulus carnis sicut sibi
contraheret discedent ab eo ·
Hac promissione dominus quam
electos noui testamenti dili
gat ostendit · quorum petitores
tam libenter et tam cito fa
cere semper se manifestat · Se·
Lupus et agnus pascentur
simul · et leo et bos comedent
paleas · et serpenti pulvis
panis eius · Non nocebunt
et non occident in omni monte
sancto meo dixit dominus · lupus id est
ille qui in sancto fuit · et agno
id est qui semper fuit mitis et in
nocens · pascentur simul · in ec
clesia · uno celestis doctrine pa
bulo · Et leo et bos comedent
paleas · quia secularis prin
ceps et popularis homo pascitur
eloquiis diuinis · palee vero
simplicia verba scripture se
cundum aut sensus interior
et frequenter euenit · ut homines
seculi mistica nescientes
simplici litterali lectione
pascuntur · Alio autem sensu
leo sathanas est · quia aduer
sarius vester dyabolus tamquam
leo rugiens · circuit querens
quem deuoret · Bos vero predi
catorem designat · sicut scriptum
est · Non alligabis os bovi
trituranti · Palee sunt pec
catores de quibus johannes
ait · Paleas autem comburet igni
inextinguibili · Et leo igitur et bos
comedent paleas · quia peccatorum
alios hostis antiquus deuorat
alios predicator quilibet ymitat
et sibi incorporat mittens in
misterium ecclesie · Serpens quoque
id est hostis est · sicut legitur · Serpens
antiquus qui vocatur dyabo
lus et sathanas · pulvis caro
peccatoris est · quia primus homo post
peccatum audiuit pulvis es
es et in pulverem reverteris · Serpen
ti ergo pulvis est panis eius
quo dyabolus deuoratione
peccatorum pascitur · Sed in monte
sancto dei id est in excelsa in sanctorum con
uersatione · non nocebunt huiusmodi
leones et serpentes eisdem in
iustis licet affligant eos et
non occidet quempiam eorum id est venene
nu sue malicie non spargent
in eo dampna que peccauit
ipsa morietur · Et ab hac morte
immunis est electorum anima et
ne eis noceret huiusmodi be
stie · audierunt a domino · Ecce
dedi nobis potestatem calcandi
super bestias scilicet serpentes vel scor
piones et super omnem virtutem
inimici · et nichil vobis nocebit ·
Exinia non monte nominamus
ne indarco sensu intelliges
montem in quo fuit templum
iudeorum ostendit altiori ratione
se non in parte vestra locatum esse
qui omnia replet · nec in edifi
ciis materialibus sed in corde fide
lium habitare · Sequitur enim ·
Hec dicit dominus celum
mihi sedes est et terra scabel
lum pedum meorum · Que
est ista domus · quam edificabitis
michi et quis est iste locus re
quies mee · Omnia hec manus mea
fecit et facta sunt vniuersa ista
dicit dominus · Ad quem autem respici
am · nisi ad pauperculum et contritum
spiritu et trementem sermones meos

predicatores (margin note)
paupercula (margin note)

Nam tertio dicit sede sua celu
tiam no scabellu pedu suoru o
stendit se omnibus meliore et su
piore ee quia vbiqz e a summis
usqz ad nouissima et infima
celum quippe excellit in materi
alia tm sub e aer vbi ignis
et aqua vltima no terra est
nam quecat pars distinctoru
membroru huius mundi et ea no
uissima inuenit terra ut a celo
incipiens aerem inueniet scdm
aqua terra quartum terra eu go
dicit quia celum in sedes est
terra no scabellu pedum meoru
declarauit se in omnibus eleme
esse in eo qd ꝛ p icarmia loquitur
nomine celum ꝛ terram ego imple
bo. Et quia nichil vniuerso mi
corpe in quemcu spem celu hec
et terra minima tanqm p
sentor sit excellenti pulchritu
dini mis diuina minima deo
ordinet in extremis atqz infimis
congrue deus in celo sede dici
terram quo calcare quia celu
supremu et terram deorsu ut scp
tura loquitur. Quia no tante
magnitudinis e deus ut omia
impleat et excedat apte in de
os increpat dicens que e ista
domus quam edificabitis michi
no enim in domo manufacta
habitabo. Et quis e iste locus
quietis mee. Non enim alicubi
localiter quiescere possu ut vos
in templo salomonis me putetis
habitare vel quiescere. Na omia
hec que videtis manus mee
fecerunt et facta sunt vniuersa i
sta. Sz ego inmanufactus et mat
alibus habitaculu no habeo
quia cum sim spiritus spiritale
domum quero. Ad que eni respi
ciam nisi ad eum diuitum et i
eo maneam nisi ad pauperculu
i. ad humilem et contritu spu i.
qui flendo contriuit spiritum
i. duricia cordis sui et no corp

nente sz trementem sermones
meos. Omnis qs talis e. Adhuc
sereno vultu respiciam ꝛ ad eu
veniemus et mansione apud
eum faciemus in templo non
manufacto Reprobato itaqz ma
teriali templo consequns fuit
ut et hostie carnales in eo que
offerebant respuerunt. Vnde
et subdit. Qui ymolat bou
qsi qui interficiat viru. qui ma
ctat pecus qsi qui excerebret
cane qui offert oblatom qsi q
sanguine suillu offerat qui re
cordatur thuris qsi qui benedi
cat ydolo. Postqm enim verus
dei agnus e immolatus et
mysterium ppheticu huius hostijs
defuit. no placatur pecas deus
sz grauius offenditur. precatum de
structo templo. in solummo lice
bat eas offerri. Apte ergo dicitur
qui ymolat bouem qsi qui in
terficiat viru. Nam moyses de
cerat homo quilibet de domo
israel si occiderit bouem aut oue
vel capra in castris vel extra ca
stra et no obtulerit oblatom dno
ad hostium tabernaculi sanguinis
reus erit. qsi sanguine hominis
fuderit sic peribit de medio popli
sui. Cum ergo tabernaculum iam vel
templum nusqm sit. vbi talis
oblacio offerri debeat. nullo qui
bouem adhuc immolat compatur
ei qui viru interficit. cu iam
ad hostium tabernaculi oblatom
eius offerre no possit. Simili
enim pena vterqz dignus e ꝛ bo
ue immolans et viru pimens
Sed et qui pecus i. capra vel
oue mactat equale facit ab
hominatom ac si sup altare
dei cerebru canis effunderet. Et
qui oblatom quilibet huiusmoi
offert tale crimen perpetrat ac sag
uine porcoru. Que nephas e
offerret. Qui thuris adhuc re

ceciderit adponendo in sacrificio
pax committit sacrilegium at si bu
dicet ydolo paria enim sunt hec
sacrificia sacrificijs ydolorum ta
tum enim perdicionis est cerimo car
nalibus obseruacionibus et salu
te peccatis querere quam ydola cole
re nam ponere spem salutis
et iustificacionis ubi non est ydo
latria est Si quis igitur in hijs sa
lutem et iusticiam putet esse
ydolatra est querens salutem ubi
non est et umbra adhuc ser
uare negare est veritatem aduc
nisse nam si adhuc seruatur
aut significatur non fuisse pro
missus xpistus aut adhuc pro
mittitur uenturus et negatur
uenisse Manifestumque est ia
cerimonias huiusmodi et perni
ciosas esse et mortiferas ut qui
cumque eas obseruauerit non du
bium sit in baratrum dyaboli esse
deuolutum Septimum est enim lex
et prophete usque ad iohannem non
igitur iam deo sed dyabolo ser
uit quisquis legem vult com
que deus ei posuit producere
querit/ ffinis enim legis xpistus
ad iusticiam omni credenti Sed
iudeis qui adhuc ea tenere uo
lunt perfidis iudeis subiungitur
hec via in vijs suis elegerunt
et in abhominacionibus suis anima
eorum delectata est Respuentes
enim precepta uite que audie
bant a saluatore elegerunt
in vijs id est in tradicionibus suis anima
hec execranda que non dicta sunt
et huiusmodi de hec abhominacionibus
delectata sunt non magna noui
testamenti que eis offerebantur
hinc namque ei qui cecus fuerat
dicebant Tu discipulus eius sis
nos autem moysi discipuli su
mus Sequitur Unde ego eligam

illusiones eorum et que timebat
adducam eis Quia cogitauerunt ex
dominum dicentes Si dimittimus
eum sic omnes credent in eum et
uenient romani et tollent no
strum locum et gentem Et ex hoc quod
callide cogitauerunt aduersus dominum
illusit eis dominus ex eo quod non
dimiserunt eum sic factum est ut
omnes crederent in eum et que time
bat adduxit eis quia fecit ut
uenirent romani et tollerent
locum eorum et gentem et hoc factum
est propter abhominandas carna
les obseruancias quas ele
gerat quia idcirco a romanis sit
exterminata quia eis tributum pendere
nolebat dicentes iniustum esse ut
populus qui decimas ac primicias et sa
crificia deo reddebat hominibus
quoque tributa solueret cum salua
tor eis iussisset ut redderent que
sunt cesaris cesari et que sunt
dei deo Sequitur Quia uoca
ui et non erat qui respon
deret locutus sum et non audie
runt feceruntque malum in oculis
meis et que nolui elegerunt
dominus qui diuersis temporibus per apostolos
uocauit nos ipse primum uoca
uit iudeos Sed illi non responde
runt uocanti ex bonis sermo
nibus esse abeo audierunt et
opera bona non reddiderunt nec
per fidem accesserunt ad eum Locutus
est illis ea que in euuangelio scrip
ta sunt Sed ipsi non audierunt id est
non obedierunt Sed incessanter
mala fecerunt in oculis eius et
carnalia littere precepta que
ei displicebat elegerunt Ceterisque
uanas plurimorum tradiciones
deinde in multitudine sectorum qui
tunc in iudea et ierusalem erant Sal
uator alloquitur dicens Au
dite uerbum domini qui tremitis

adulterii eius invenit fratres
vestri odientes vos et abiicien
tes vos propter nomen meum glo
rificetur dominus et videbimus
in leticia vestra. Ipsi autem confun
dentur. Unanimis enim illa mul
titudo perfidorum credentium non
duro et insensibili corde fu
it nos audiebat verbum
divine predicationis. Sed in tre
more et reverentia excipie
bant. Verorum pessimi fratres
fuerunt ceteri iudei qui in perfidia
manserunt. Quem oderunt cre
dentes et de synagoga vel fini
bus suis abiecerunt propter nomen
Christi et dixerunt eis. glorificetur
dominus ut videamus et nos
leticiam quam vos habetis
introducitis. Deum quid cantis
Christi volumus enim ut dicitis
in sua maiestate corporaliter reg
nante ut et nos gaudeat
in conspectu eius. Hec infideliter
deridendo loquebatur. Putantes
hoc frustra sperare in Christo. Ipsi
autem cum viderint gloriam in
torum confundentur dicentes. hii
sunt quos aliquando habui
mus in derisum et in similitu
dine improperii. Nos insensati
vitam illorum estimabamus insa
niam et finem illorum sine hono
re. Quomodo ergo computati sunt
inter filios dei et inter sanctos sors
illorum. Ergo erravimus a via
veritatis et iusticie lumen non
luxit nobis et sol intelligencie
non est ortus nobis. Sic loquentur
dolentes atque confusi. Tunc glo
rificatus fuit dominus in leticia
iustorum quos odientes abie
cerunt propter nomen eius. Hii et
in presenti vita confusi sunt
cum viderent omnes ad fidem
eius que tunc fiebat confluere

et omnem linguam confiteri quia
Christus est in gloria dei patris sibi[illegible]
neras eius cuncte domini[illegible]
obiici. Unde et sequitur. Vox
populi de civitate vox de templo
vox domini reddentis retributionem
inimicis suis. Vox enim populi
de civitate resonabit laudes
dei et vox de templo quia
sicut legitur multa signa et
prodigia per apostolos fiebant in
ierusalem et metus erat mag
nus in universis. Cottidie quoque
perdurantes unanimiter in templo et
frangentes circa domos panem
sumebant cibum cum exultatione
et simplicitate cordis collauda
tes deum. Et post sequitur cum vox
domini per romanos reddentis re
tributionem inimicis suis iudeis.
Unde prescriptum antea loquens
erit enim pressura magna super
terram et ira populo huic et ca
dent in ore gladii et captivi
ducentur in omnes gentes. Audi
rete vox clamoris et sedicio
nis atque ploratus resonabat
de templo civitate romano
exercitu circumdata et interius p
tes intus sedicionibus divi
sa quia unus templum obtinuit
et omnia sancta possedit. Ex
forinsecus contra hostes intus
contra cives dimicatur in valle
atque in templo tam sacerdotum et
levitarum. Quia multarum ignobi
lis mulierumque ac puerorum
ululatus auditus est. Reddere
illis domino iusta retributionem
[illegible] non tunc usque populum
ad fidem vocata facile genera
bat. Ante subiungit. Antequam
parturiret peperit antequam ve
niret partus eius peperit

ne(ces)saliu parturit eni est an
partu dolere pare nō. parturi
ffinide. et ecc(lesi)a antequa p
turret pepit quia antequa
p(er)secucionis angustias pateret
multiplice (s)piritualia filioz so
bolem edidit. Antequa venir(e)
t partus eius pepit ma
sculu(m) i(d est) robustu(m). et virile p(o)p(u)l(u)m
quia accepto sp(irit)u s(an)c(t)o in die
penthecostes mox adueniente
p(rae)d(i)c(ati)o(n)e petri tria milia et
alia die quinq(ue) milia crediderunt
Antequa parturiret pepit q(uia)
sicut ecclesiastica narrat histo
ria: absq(ue) ullo obstaculo. i(n) p(ri)m(or)dijs
initiis euuangelicus sermo. usq(ue)
quaq(ue) p(er)currebat. Unde et factu(m)
e(st) ut repente q(ua)si celitus lum(en)
ostensum aut radius quida(m)
solis erumpens totu(m) orbe(m) cla
ritate sup(er)ni luminis illustrare(t)
ex quo et p(er) omnes civitates at
(et) vicos in messe multitudines
vel messium tempore frumenta
ad areas ita ad eccl(es)ias con
gregabat. Unde et sermo p(ro)
ph(et)icus admirando subiung(it)
Quis audivit unqua(m) tale
aut quis vidit huic simile.
Unqua(m) eni(m) tale quid sup(er)
terram accedit. Nunqua(m) huic
rei simile quidq(ue) auditu(m) e(st)
aut visum ut omnes in brevi
tempore crederent naciones et
de univ(er)sis gentibus gens v
na fieret x(christ)ianoru(m). et reple
ret(ur) dictu(m) ap(osto)li vera tu(m) fieret
et ecce omnia facta sunt no
va Ubi et addit. Nunquid
parturiet terra in die una
aut pariet gens simul q(uia)
parturiuit et pepit Syo(n) filios
suos. Oriendo eni(m) p(rae)dicatione pe
tro sicut dictu(m) e(st). crediderunt
una die tria milia et p(ost)modu(m)
addita sunt multa milia. Et

sunt ecc(lesi)e gentiu(m) et simul nata
sermone dei uno die qui illust(ra)
vit sol iusticie. et sterilem repe
te pariente(m) cui dictum e(st) leta
re sterilis que no(n) paris decanta
laudem et hymni que no(n) pa(rtu)ri
bas. quia multi filii deserte ma
gis q(uam) eius que habet viru(m)
Ecc(lesi)a eni(m) deserta erat a domino
habens aut viru(m) synagoga
lege habebat. et deum. Sed
postmodu(m) sterilis et deserta mul
to fecundior effecta e(st) qua(m) ea
que viro iuncta fuerat. par
turiuit eni(m) et pepit filios suos
parturiuit eos exhortando. et pepit q(ui)tendo
vel. que in exordio antequa p(ar)
turiret pepit. postea ut pa
ret p(ro)tulit quia ut filios
dei generare posset multis tri
bulationibus exercita est. et multis
doloribus cruciata verbu(m) dei
predicans eos quos in utero
veritatis portabat i(d est) fide
vel in bona conv(er)satione genuit
Quia ipse d(omi)n(u)s p(ri)ncipium i(n) verbo
predicaturus erat et h(uius)modi
filios generaturus p(re)ulerit sub
iuctu(m) est Nunquid ego qui a
lios parere facio ipse no(n) pa(r)ia(m)
dicit dominus Si ego qui gene
rationem ceteris tribuo sterilis ero ait
dominus deus tuus Ipse eni(m) pa
rere facit alios sicut illu(m) qui
ait filioli mei quos iteru(m) parturio
Qui et ipse pepit. qui ad fide(m) ap(osto)los
predicando generavit. Unde et
filios suos vocat eos cu(m) dicit Nu(n)
quid possunt filii sponsi lu(g)e(re)
nare q(ua)mdiu cu(m) illis est sponsus
Generationem ipse tribuit ceteris
sicut ei qui dicit In x(christ)o ih(es)u
p(er) euuangeliu(m) ego vos genui Sed
nec ipse e(st) sterilis. quia volunta
rie genuit nos verbo veritatis
Prima no(n) post hec crescente.

sugatis

sit et religiose per totum orbem ecclesia perpetuitate et gloriam erat habitura congrue subdit: Letamini cum ierusalem et exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio universi qui lugetis super eam, ut sugatis et repleamini ab uberibus consolationis eius, ut mulgeatis et deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Vos inquit omnes qui diligitis ierusalem, id est ecclesiam, letamini cum ea de bonis que interpositura sicut scriptura est: exultate in ea. Et vos lugetis super ea propter tribulationes et mala que patitur, gaudete inquit gaudio multo cum ea in bonis quibus iam replebitur, ut et vos effecti participes bonorum eius sugatis delectabiliter et bibatis ac repleamini ab ubere consolationis eius, id est ex poculo misericordie et dulcedinis ac beneficii quo deus eam consolabitur. Quo sicut socii passionum fuistis sic eritis et consolationis atque mulgeatis ab omnimoda gloria eius, qui ubique iam est scriptura et deliciis inde tam corporalibus quam spiritualibus affluatis. Hec enim quia hec dicit dominus: Ecce declinabo super eam ut flumen pacis et quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis. Declinabo inquit, id est descendere faciam super eam quasi flumen pacis, id est plena et perseverante pacis affluentia, et quasi magnificentia in nos torrente deducam qui inundanter afferet gloriam universarum gentium ut sugatis, id est velut lac bibatis eam, quia pace data confluent ad fidem omnes religionem gentium. Vel aptius vel aptatus viris lugentibus ierusalem que in iudeis cecidit et nova ierusalem que surrectura erat prestolantibus in hoc. Ut mea et tu ea gaudeat quia mater consolanda sit nimis lapidibus qui non parvuli sunt meus, et lacte consolationis indiget. Sugatis ab ubere consolationis predicationis eius quasi aut pastus lac consolationis. Ad consolandum tibi proficient deliciis affluant veritatis et scientia divine glorie. Et tunc dominus declinat super ea quasi flumen pacis de quo dictum est: Fluminis impetus letificat civitatem dei, ut pacem eam possideat et nationum bellis cessantibus torrentis doctrinas dei riget eam credentium. Sequitur: Ad ubera portabimini et super genua blandientur vobis. Ad ubera portavit apostolos illos quibus ait: Tamquam parvulis in christo lac vobis potum dedi non escam. Et super genua, id est super exempla bonorum operum suorum blandiebatur quibus dicebat: Quecumque vera sunt, quecumque pudica, quecumque iusta, quecumque amabilia, quecumque bone fame, si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitate, que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me. Hec agite et deus pacis erit vobiscum. Similiter et ceteri sancti doctores portabant et portant more matrum ad ubera doctrine parvulos filios suos et in exemplis bonorum operum suorum velut in genibus fovendo sustentant eos et blandiuntur eis ut proficiant. Ita quod in genibus opera designentur ex historia gedeonis agnoscimus. Ubi trecenti viri qui flexo genu aquam biberant vasse in prelio restiterunt. Aqua enim scientia sacra est.

Quomodo si cui mater blandi
atur ita ego consolabor vos
et in ierusalem consolabimini videbi
tis et gaudebit cor vestrum et
ossa vestra sicut herba ger
minabunt Sicut parvulo suo sic
mater blanditur ut a plora
tu quiescat ita ego vobis
faciam quia dum adhuc estis
pusillanimes de malis que
propter correptionem patimini vere
querele emiseritis multimoda
consolatione blandiar vobis
et dulciter vos placabo Sed et
post transitum mortis prioris multo
dulciorem invenietis consolationem
quia mox in superna ierusalem Ubi
perpetualiter gaudeatis dulcem
nec in infernum sicut antiqui
patres descendistis et in illa
ierusalem que non frustra visio pacis
interpretatur videbitis sicut est
gloriam creatoris et cum medullis
suis gaudebit cor vestrum in
eius aspectu Cumque dies resurrec
tionis advenerit tunc ossa ma
de pulvere germinabunt sicut
herba quia reviviscet atque
virescet et in incorruptibili gloria
vernabunt Nam hec ita
debere intelligi sequentia decla
rant cum propheta subditur Et cog
noscetur manus domini servis
eius et indignabitur inimicis suis
quia ecce dominus in igne veniet
et quasi turbo quadrige eius red
dere in indignatione furorem suum et
increpationem suam in flamma ignis
quia in igne dominus diiudicabit
et in gladio suo ad omnem
carnem Tunc enim valida ma
nus domini cognoscetur in ser
vis eius quia in brachio virtutis
sue liberabit eos et indigna
bitur inimicis suis et omnibus
qui ex corde eum non amaverunt

Ipse quoque veniet igne candi
tus et quadrige eius id est virtutes
angelice in quibus sedet Ve
nient sicut turbo ut reprobos
omnes subruant et quasi paleas
de mundo tormentis cruciatibus
rapiant Veniet magnum dominus
ut impiis furorem suum cum in
imia indignatione reddat et
eos qui in comparatione digni fuerint
in flamma ignis increpet Nam
uniuscuiusque quale sit ignis
probabit Si cuius opus manserit
mercedem accipiet Si cuius opus
arserit detrimentum patietur Et pre
cipue reprobi tunc in igne cer
nent increpent quia si mox ra
pient in nubibus obviam christo
in aera et videntes eius statu
enim peccatores non relinquentur in
terra et in sinistris ponentur
ut igne cruciati quod in scriptura huius
aeris omnia cremabit Sente
ntia iudicis expectantes asperi
tate gehennalium tormentorum
pregustet Nam ignis ille ta
ntum spatium istius aeris occu
pabit quantum occupavit a
qua diluvii quando quindecim
cubitis altior fuit super montes
quos operuerat sub immenso celo
Iustis itaque in altum sublevatis
et peccatoribus in medio ignis
illius in imo derelictis reddet
dominus eisdem peccatoribus in flamma po
sitis increpationem suam dicens
Esurivi et non dedistis mihi
manducare nudus fui et
non operuistis me Ita in illo
igne atque in gladio oris sui
diiudicabitur ad omnem carnem
id est adversus omnes carnales qua
tenus comprobabitur quam iniuste
erga eos in omnibus semper
egerit immo quam pie et clementius
quam iniuste erga eum illi se
egerint ideoque ferient gladio

cuius tunc audierit: Discedite a
me maledicti in ignem eternum.
Omnem cum carne vocat omnes
quam gloriam incorrupcionis per
illa que sanctis dabitur immuta
cionem adepti non fuerint. Que in
debitur carne. Et apostolus: quoniam caro
et sanguis regnum dei possidere non
possunt. Hec igitur caro que reg
num dei non ingreditur igni et gla
dio foris traditur. Sed post hec senten
cia valde formidanda subiun
gitur: Et multiplicabuntur interfecti
a domino qui sanctificabantur
et mundos se putabant in ortis
post ianuam intrinsecus. Quid
enim per ianuam nisi in
gressus religionis et secte
cionis conversacionis exprimitur? vel
certe qui seculo renunciat vel
clericatus officium accedit sive
quod sacerdocium et ceteris agit. Et
quid ortorum nomine nisi co
nversaciones talium designantur
adornate virtutum floribus et bonorum
operum virore vernantes. In quibus
sanctificatur qui sanctitatis actores fa
ciunt et mundos se putant, quia
iam se purgatos a peccatis sordi
bus estimant atque inmundicia
sibi sanctitatis arrogat. Et qui
de suis meritis presumunt ideo
veniunt eo quod ex superbia peri
tit interficiuntur. Hinc namque est
quod alias continetur talium de
regno pulchrior es. Descende
et dormi cum incircumcisis. Omnis
enim qui felicitatis sue infirmita
tes considerare negligit et pre
lacionis sue fastu vitam suam
gloriam attendit quo pulchrior
est inde descendit. Quia se extollit
de suis meritis in inmundicia intro
currit. Unde glosam sic exin
dicavit: Cum descendens cum in
circumcisis dormivit, quia in

ecclesia mortuo cum ceteris peccatoribus
desistit. Recte ergo dicitur qui
multiplicabuntur interfecti a domino
qui sanctificabantur et mundos se pu
tabant in ortis id est in ecclesiis
virtutum plantaris post ianuam
intrinsecus id est post ingressum sa
cre vite. Quia multi qui re
ligiosiores et deo viciniores
es videntur in illo die gladio
animadversionis eius interficientur.
Quamvis enim deo se appropinquare no
scitur cum supremus ecclesie di
gnitatibus vel muneribus agnoscit
cum vel preesse domini vel doctrine
magisterium prebet vel ad exer
cenda oracionis graciam conva
lescit. Et cum sepe minus pru
dencius sue securitate resol
vit insidiantis adversario inopi
nate ubique telo perforatur et in
mentem longe a deo fit. Unde
et adeptis sine cautele custo
dia appropinquabit. Recte utique
de omnibus huius atque talibus dicitur
quia multiplicabitur interfecti
a domino et mundos se putabant
in ortis post ianuam intrinsecus.
Hec ignorantino iudeos huius
ubi. Iuxta hystoriam denotat
primo scribas et phariseos qui
iuxta domini sententiam mundantes
quod foris erat calicis et paropsidis
intus pleni erant inmundi
cia. Precepit enim per moysen ut
si quis pollutus fuit in pecto
vate ... tempore ante
expiacionem moris per sacrificia et
victimas rediret ad templum quod
illi negligentes in locis deliciarum
et voluptatum id est in ortis ame
nissimis vel baptisteria ex
struebat vel piscinas ad areo
las irrigandas adulteria et
omnem libidinem turpitudinem

simplicibus ablue aquis se
putantes dum enim et sordes
haberent in modum carnis et mascu
li in masculos turpitudinem exerce
rent sanctificabantur in ortis et ab
luebant et credebant se mundos
sed inmundicia interius in dies
accederent. illi ergo iudei ueteres
hiis uerbis arguuntur qui la
tent mortis colebant ydola et
ibi sanctificabantur et laudabantur
mundos se putabant. Quia ue
niente deo inficientur confun
dentur enim ab ydolis quibus
sacrificauerunt et erubescent super
ortis quos elegerant. Possimus
etiam per ydolatras hereticos accipe
re qui se ab unitate ecclesie separan
tes errorum suorum figmenta quasi
quedam simulacra colunt in con
uenticulis suis. uelut in ortis
ubi statim quasi ab ... c. sanctifica
ieiuniis ac uigiliis et diuersis
abstinenciis atque mundos se
iudicant quia luxuriantibus
et ebriosis atque plurimis aliis
quam diuinos qui sunt in ecclesia
non conueniunt et nos quia ma
luimus inter tales habitare qui
nos ab unitate ecclesie scindere
contaminari putans estimant. Quod
dubium non est quod omnes istorum
multitudines que in impietate san
ctificantur et de inmundicia sua gloriantur
ueniente iudice peribunt. Haec
itaque quod dicitur quia multiplicata
sunt interfecti a domino qui sa
nctificabat et mundos se putabat
in ortis. post ianuam intrinsecus
sequitur. Qui comedebant
carnem suillam et abhominacionem
et murem simul consumentur dicit do
minus. Dicit autem lex Omne quod di
uidit ungulam et non ruminat
inmundum erit. A iure quoque

inter inmunda reputatur. Et quid
est ungulam diuidere et non rumi
nare nisi scienciam quidem discre
cionis habere. Ab eos autem inter
uerba iusticie non recogitat
ac tractat sed neglecta obliuioni
tradit. Quid ergo est suilla caro
nisi corpus infirmitatis commi
sationis eorum qui discrecionis
scienciam habet sed precepta dei
in corde suo ruminare non ne
gligunt faciendum ea. Comedit
igitur carnem suillam qui exemplum
inmunde actionis istorum est facie
corum suscipit et imitatur. Abho
minacio autem est quodlibet detesta
bile peccatum quibus non semper ab
ebrietate laborat eos denotat
qui in ... uenereis seruiunt
et quorum deus uenter est. Et ille
murem comedit qui exemplum
munere cupiditatis ab aliquo
suscipit. Abhominacionem uero
comedit qui execrabile factum
in se admittit. itaque qui eiusque
comedunt carnem suillam et ab
hominacionem et murem. in quantum
per penitenciam mutati fuerint consu
mentur omnes simul in die illa. Vel
simul tamen in iudiciis quas exerit
consumentur ut simul pereant et
qui prebet exemplum iniquitatis et qui
suscepit. Vel simul tamen eius qui
se mundos putat mortibus suis
sequitur. Ego autem opera eorum et
cogitaciones eorum uenio ut con
gregem cum omnibus gentibus et lin
guis. ... tamen diuino examine
faciet et in conspectu totius generis
humanis non solum opera singulorum
sed cogitaciones eorum ab inicio usque
in finem mundi [illegible] nisi que per pe
nitenciam delete fuerint congrega
bit ac manifestabit et uniuersis que

secundum ea que cogitaverunt et opera-
tus est recipiet. De electis vero
subiungit Et venient et videbunt
gloriam meam. Peccatis quippe
mixtis et reprobis in simplicium
convenientibus introducet in suos
in regnum suum. et ibi manife-
stabunt eis se ipsum. ut gloriam ma-
iestatis divinitatis eius in eternum se-
cuti esse videant. et in eius aspec-
tu sine fine gaudeant. Sequitur
Et ponam in eis signum. ponet
in eis signum quia ut dicit iohannes
apokalipsis nomen eius habent
scriptum in frontibus suis. vel ad
tempora mea primus intelligi potest
dubito illa contigisse. quia in
signum sancte crucis in omnibus qui
credidere accedunt ponit unde
et subditur. Et mittam ex eis qui
salvati fuerint ad gentes in
mare in affrica in lybia tenen-
tes sagittam ytalia et greciam
ad insulas longe. ad eos qui
non audierunt de me. et non vi-
derunt gloriam meam. Et annuncia-
bunt gloriam meam gentibus. Et
in domino in equis et in quadri-
gis et in lecticis. et in mulis
et in carrucis ad montem sanctum meum
ierusalem dicit dominus. quo si infe-
rant filii israel munus in vase mun-
do in domum domini. et assumam
ex eis in sacerdotes. et in levitas
dicit dominus. ut enim paulus
deo scribit. non ex operibus iusti-
cie que fecimus nos. sed secundum suam
misericordiam salvos nos fecit. per la-
vacrum regenerationis id est per baptis-
mum et vitam. Spe enim salvi fa-
cti sumus / ex his ergo qui baptizmo
et spe salvati fuerant. misit
christus ad gentes ipsum paulum
et barnabam ceterosque tales

In mare misit eos id est ad in-
sulas que sunt in mari. Et
tam vero que est mediana
pars mundi. et libia que est
superior atque italia que ab
occidente. et grecia que est
aquilone sita est. nominat
posuit sermo divinus. ac si
meridie et oriente occasuque
aquilone nominasset. et quia
hec principales sunt in orbe
regiones. Sermo autem predica-
tionis notatur sagitta. quia
in eo quod intra fuerit male vi-
ventium corda transfigit. Predicatores
autem veritatis etiam ad insulas
longinquas in occeano missi sunt
et ad eos qui nichil antea
de eo audierant neque gloriam mira-
bilium que in terris gessit vi-
derant. Predicatores non creditum
sunt omnibus qui ad fidem venerunt
et deum tamen eis prius habere incipi-
unt qui deducturus gentibus addu-
cuntur domino in equis et quadrigis
et lecticis et in mulis et in
carrucis. Nam quid equos
nisi discretos predicatores appel-
lat. et quadrigas nisi predicatores
vero que quatuor voluminibus
euangelii quasi quatuor rotis fe-
runtur. vel in lege et prophetis
atque evangelio et apostolis velut
in quatuor rotis innituntur.
Unde et alias dicitur ei qui
ascendis super equos tuos
et quadrige tue salvatio. Lecti-
ca vero dicitur a lecti similitudine
et est gestatorium. in quo velut
in lectum super quatuor equos por-
tari solebant filii nobilium
cooperte cortina desuper. Cum
gestatorio simile fuit vas
quod ad petrum de celo submissum est.


Vidit enim potius in excessu mentis descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis submitti de celo in terram in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terre et volatilia celi. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide et manduca. Lectica ergo que significatur creditur quod et illud vas id est vehiculum predicationis evangelice in quo molliter feruntur et quiescunt et nutriuntur delicate anime fidelium et a strepitu negociorum secularium absconduntur. Lecticas autem plurali numero posuit quia omnes quippe prudentes doctores et religiosos exilibus et arte predicationis sue componit gestationum hominum ad inveniendum misericordiam promovendumque fidelium animas. Que nobilium filias quondam aut per mulos sive mulas que semper sunt steriles figurantur non electorum sacerdotum perpetua castitas. Ita quod mula virginitatem seu continentiam significet agnoscimus cum Salomonem super mulam David in pompam regni ut in regem super Israel constituatur. Quondam enim per Salomonem non Christus et quod per mulam nonnisi primitiva ecclesia mente et corpore casta designatur. Super quam salvator impositus rex est super universum Israel id est super omnem populum credentium constitutus. In mulis quoque prelatos ecclesie semper castos intelligamus. Carruce autem et ipsa sunt nobilia vehicula que a carro nomen acceperunt. Et quod in carrucis non ignobiles portari consueverunt, quia nos in via dei portant et ad celestia subvehunt. In equis itaque et in quadrigis et lecticis atque mulis et carrucis adducunt fratres vestros de cunctis gentibus ad montem sanctum Ierusalem, dum pastores, predicatores ac primum ipsum doctrine et actionis eorum adducunt undique credentes ad ecclesiam. Et adducunt sicut munus quod in vase mundo a filiis Israel inferri solebat in domum domini. Quia et ipsi sunt acceptabile munus atque in isto vase predicationis a doctoribus in ecclesiam inferuntur. Vel qui veloces sunt in fide equis vehuntur. Qui vero multiplices in gratia quadrigis. Qui consolatione indigent lecticis lectis et umbraculis, ut audire mereantur: Per diem sol non uret te neque luna per noctem. In mulis adducunt continentes. At steriles carruce non illi intelligendi sunt quibus loquitur apostolus: Omnia vestra portate. Et in vase mundo casta corpore adducunt domino, sicut iam et ceteris omnibus in sacerdotes et levitas assumit. Quia non iam de sola tribu Levi sed et de cunctis nationibus sacerdotes et levite digni deo eliguntur. Ora non filii quos sancta predicatores ad ecclesiam adducunt deo metum placet et tu eo regunt pulchre subiungit: Quia sicut celi novi et terra nova que ego stare facio coram me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum. Ita sicut necum stabunt celi novi et terra nova que dominus ante se stare faciet et post diem iudicii sic stabit eternaliter coram eo semen predicatorum id est filii quos per evangelium generant et nomen eorum in libro vite coram oculis dei permanebit. Hinc et beatus apostolus dicit eo fidelibus suis sit: Deum potentem est vos conservare sine peccato et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in adventu.

domini nostri ihesu christi. Omne sine quo stabunt electi ante faciem eius. n
a scriptis adillum erigentur in tuen
dum raptique intentione cordis
et dulcedine contemplationis
decore vultus eius semper assi
stent. Erunt. Et erit mensis
ex mense. et sabbatum ex sabbato. quia
comparatione potius est quod enim in
mensis nisi perfecto dierum. quid
vero sabbatum nisi requies. in qua
fieri opus servile non liceat. Er
it ergo mensis ex mense. quia qui
hic perfecte vixerit. illic de perfec
tione gloriam pondere. Et sabbatum
erit ex sabbato quia qui hic cessa
verit a pravo opere. illic requiescet
in celesti retributione. Et quia deus
in die resurrectionis etiam corpora
iustorum in illa in tuendum patriam
introducet. congrue subditur. Et
veniet omnis caro. ut adoret
coram facie mea. dicit dominus.
Receptis enim corporibus omnes electi
ingredientur aulam superni regni. et
ante sedem maiestatis eius
venientes. cadent in faciem sua
leti. gratias agentes et adorabunt
eum. Sicut ex apokalipsi iohannis
evidenter agnoscimus. Porro veri
conspectum luminis. cuius viderit
quam angusta sunt omnia que
creata sunt deprehendit. et quod
augustine in omni creatura facile
videbunt. Unde et subditur. Et
egredientur et videbunt cadavera
virorum qui prevaricati sunt in me.
Non tamen corporaliter eos de illa
regione beatorum credimus egressu
ros. sed magnitudine visionis
egredientur. quia mentis eorum am
plitudine latitudo celi concludi
non poterit. Sed visus eorum lumi
nis parte celestis reddetur. ut
non solum ea que intus. sed et ea
que foris fuerint manifeste co
spiciant. Nam luce visionis
intime lavatur sinus mentis. Cuique


videnti luminis raptus sinus in
interioribus ampliatur. tantumque
expanditur. adeo ut angusta ei
videatur omnis creatura. Unde
non longa ammiratione. sed claritatis
alte prioris visus a superne
dicuntur egressuri. ut videant
cadavera prevaricatorum. et corpora
peccatorum in suppliciis ardentia.
Quia dum in conspectu luminis co
ditoris aspiciunt. per hoc. ut omnia
que in illo beatitudinis regno sunt
videant sibi et cuncta que in uni
versitate creature sunt. libero
mentis visu conspiciant. Quasi utique
in tormentis semper inveniuntur in mi
seriis. ut inde eorum gaudium
crescat. quia evaserunt in mi
seriis malum conspiciunt. quod misericordia
cordie evaserunt. tanto quoque ma
iores. creatori suo gratias re
ferunt. quanto vident in aliis que
ipsi pati si essent relicti potu
issent. Nec illam tamen beatitu
dinis claritate apud iustorum
animam suffocat aspecta pena re
proborum. Quia ubi iam compa
ssio miserie non erit. minui
procul dubio beatorum letitia
non valebit. Quid autem mirum
si dum iusti iniustorum tormenta
conspiciunt. hoc eis eveniat in
obsequium gaudiorum. quando et in
pictura niger color substernitur.
ut albus vel rubeus clari
or videatur. Et quamvis ei sua gau
dia ad perfruendum plene sufficiat
mala tamen reproborum ad augu
mentum letitie absque dubio semper
aspiciunt. quia ut dictum est qui
creatoris sui claritate videt nichil
in creatura agitur quod videre non
possint. Cadavera autem appellat
corpora reproborum quia sentencia
sunt et eterna morte non desinunt
degentibus et subiungitur. Vermis
eorum non morietur et ignis eorum.

non extinguetur. Ignis enim ille gehennalis nunquam extinguetur sicut et iohannes asserit dicens de domino paleas autem comburet igni inextinguibili. Ingnis et vermes inmortales esse credendi sunt qui carnes impiorum sine fine comedant ut non solum ab igne perpetualiter crucientur sed et vermibus devorentur. Unde et Iudith in cantico suo ait. dabit ignem et vermes in carnes eorum ut urant et sentiant mala usque in sempiternum. Et alibi scriptum est vindicta carnis impii ignis et vermes. Sicut ergo corporeus est ille ignis sic et vermes sunt corporei. quia et ignis corpora reproborum concremat et vermes ea dilacerat. Vel in verme putredo gehenne designatur. et in igne ardor. Seu vermis dicitur sera scelerum penitudo. que nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit ut ignis sit pena extrinsecus. vermis animi dolor intrinsecus accusans. Deinde adhuc subdit. Et erunt usque ad sacietatem visionis omni carni usque ad sacietatem. quippe visionis erunt quia derisione saciabuntur omnes iusti. quos sine intermissione videbunt. ante oculos suos perpetue ignominie mancipata omnem carnem vocat ut eos electos. post resurrectionem corporum gloria incorruptionis vestitos

Hys dictis propheticus liber finem accipit et pulchre beatus Isayas librum suum in hoc loco terminat ut qui de his magis quam in prima vita fuit hinc usque locutus est ut illis que in futuro complebuntur finem dicendi faciat Nos quoque ad resurrectionis gloriam que in fine huius libri ostenditur et octonario numero frequenter designari solet attingere cupientes dicta eius prout celestis inspiratio nobis aperuit. ac iuxta sensum catholice veritatis que in omnibus libris orthodoxorum patrum invenitur et secundum normam fidei. quam tenet ecclesia. octo voluminibus comprehense pertractavimus. non preiudicantes aliorum intelligentie. qui de his forsitan aliter senserunt vel senciunt Et simpliciter quod nobis visum est ostendentes. Nichil enim obest scripturam sacram aliter atque aliter intelligi. Dummodo veritas catholica teneatur. et quod intellectum fide pietate nutriat. nec ab aliis se pretermitte sententiis improbari possit Unde qui melius hec interpretari poterit manifestet impigre. quod multis utile noverit. ne in novissimo peccunia domini sui arguatur occultasse. Qui vero hec melius non exposuit. aut meliorem libri huius explanationem non habuerit huic non detrahat. quod nostra exiguitas dedit. Nam quia opus erat expositore ut propheticus iste liber tam utilis ac necessarius. qui et plus ceteris prophetarum libris frequentatur ecclesia intelligi posset et nusquam in regionibus nostris integram super eum explanationem inveniebamus impulsus sum opus istud aggredi ut quantulamcumque darem intelligentiam his qui prophetie dicta legebat vel audiebat et non intelligebat. Quem ergo probavimus huic non intelligit et alia eius expositionem non habuerit vel non invenerit non dedignetur ista accipere. nisi semper ignaviam voluerit ignorare. Si quis vero hanc forte gratam sibi esse indicaverit aut aliquem ex ea fructum perceperit. auctorem bonorum omnium inde grates referat. ipsumque precetur ut tanti laboris mercedem in futuro seculo michi retribuat. qui vivit et regnat deus in omnia secula seculorum amen.



II



[illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] quibus continentur vz duas pergamenas [illegible] XX [illegible]

